11. A aquello no se llega si no es purgada primero la mente por el fuego de la tribulación.---Pues a nuestra mente por la consideración de su ceguera primero se le envía el fuego de la tribulación, para que toda la herrumbre de los vicios sea quemada; y entonces, limpiados los ojos del corazón, se abre aquella alegría de la patria celestial, para que primero purguemos llorando lo que hicimos; y después más manifiestamente contemplemos por los gozos lo que buscamos. Primero del filo de la mente, interponiéndose la tristeza abrasadora, se limpia la calígine de los males, y entonces resplandeciendo de pronto la coruscación de la luz incircunscrita es ilustrada. Vista la cual de cualquier modo, se absorbe en el gozo de una cierta seguridad, y como arrebatada más allá de sí tras el fallo de la vida presente, en una cierta novedad de algún modo se recrea. Allí la mente desde la inmensa fuente por la infusión del rocío celestial es rociada; allí contempla que no se basta a sí misma para aquello a que ha sido arrebatada, y sintiendo la verdad, ve que por grande que sea la verdad misma, no la ve. A la cual verdad tanto más lejos se estima, cuanto más se aproxima, porque si no la viera de algún modo, de ninguna manera sentiría que no puede verla.

12. Animus in contemplatione luce divina reverberatus ad se relabitur. Contemplatio non est solida et permanens visio.---Adnisus ergo animi, dum in illam intenditur, immensitatis ejus coruscante circumstantia reverberatur. Ipsa quippe cuncta implens, cuncta circumstat; et idcirco mens nostra nequaquam se ad comprehendendam incircumscriptam circumstantiam 765 dilatat, quia eam inopia suae circumscriptionis angustat. Unde et ad semetipsam citius labitur, et prospectis quasi quibusdam veritatis vestigiis, ad sua ima revocatur. Haec ipsa tamen per contemplationem facta non solida et permanens visio, sed, ut ita dixerim, quasi quaedam visionis imitatio, Dei facies dicitur. [Vet. VII.] Quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, non immerito cognitionem Dei, faciem ejus vocamus. Unde Jacob postquam cum angelo luctatus est, ait: Vidi Dominum facie ad faciem (Genes. XXXII, 30). Ac si diceret: Cognovi Dominum, quia me cognoscere ipse dignatus est. Quam cognitionem plenissime fieri Paulus testatur in fine dicens: Tunc cognoscam sicut et cognitus sum (I Cor. XIII, 12). Quia ergo post laborum certamina, post tentationum fluctus, saepe in excessu anima suspenditur, ut cognitionem divinae praesentiae contempletur, quam tamen praesentiam et sentire possit, et explere non possit, recte post tot labores de hoc tentato homine dicitur: Videbit faciem ejus in jubilo. Quia vero unusquisque quanto amplius coelestia contemplatur, tanto magis a terrena operatione corrigitur, bene post gratiam contemplationis, justitiam subdit operationis, dicens:

CAPUT VII.

IBID. Et reddet homini justitiam suam.

13. Qua ratione justitia, nostra dicatur.---Justitia nostra dicitur, non quae ex nostro nostra est, sed quae divina largitate fit nostra, sicut in Dominica oratione dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie (Matth. VI, 11; Luc. XI, 3). Ecce et nostrum dicimus; et tamen, ut detur oramus. Noster quippe fit, cum accipitur, qui tamen Dei est, quia ab illo datur. Et Dei ergo est ex munere, et noster fit veraciter per acceptionem. Ita ergo hoc loco homini suam justitiam Dominus reddit, non quam ex semetipso habuit, sed quam conditus ut haberet accepit, et in qua lapsus perseverare noluit. Illam ergo justitiam reddet Deus homini, ad quam conditus fuit, ut inhaerere Deo libeat, ut minacem ejus sententiam pertimescat, ut serpentis callidi blandis jam promissionibus non credat.

12. El ánimo en la contemplación, reverberado por la luz divina, recae sobre sí. La contemplación no es una visión sólida y permanente.---Por tanto, el esfuerzo del ánimo, mientras se tensa hacia aquello, es reverberado por la coruscante circunstancia de su inmensidad. Pues ella, llenándolo todo, lo rodea todo; y por tanto nuestra mente de ninguna manera se dilata para comprender la circunstancia incircunscrita, porque la penuria de su propia circunscripción la estrecha. De donde también resbala más rápidamente hacia sí misma, y habiendo mirado como ciertos vestigios de la verdad, es revocada a sus propios abismos. Sin embargo, esto mismo hecho por la contemplación, no una visión sólida y permanente, sino, por así decirlo, como una cierta imitación de la visión, se llama la cara de Dios. [Vet. VII.] Pues porque por la cara reconocemos a cualquiera, no sin mérito llamamos al conocimiento de Dios su cara. De donde Jacob después que luchó con el ángel, dice: Vi al Señor cara a cara (Gén. XXXII, 30). Como si dijera: Conocí al Señor, porque él mismo se dignó que yo le conociera. Conocimiento el cual Pablo atestigua que se hará plenísimamente al final diciendo: Entonces conoceré como también soy conocido (I Cor. XIII, 12). Porque pues después de los certámenes de los trabajos, después de las fluctuaciones de las tentaciones, a menudo en el exceso el alma se suspende, para que contemple el conocimiento de la divina presencia, presencia la cual sin embargo pueda sentir, y no pueda agotar, rectamente después de tantos trabajos se dice sobre este hombre tentado: Verá su cara en júbilo. Pero porque cada cual cuanto más ampliamente contempla lo celestial, tanto más se corrige de la operación terrena, bien después de la gracia de la contemplación, añade la justicia de la operación, diciendo:

CAPÍTULO VII.

IBÍD. Y devolverá al hombre su justicia.

13. Por qué razón la justicia se dice nuestra.---Se dice nuestra justicia, no la que por lo nuestro es nuestra, sino la que por la divina largueza se hace nuestra, como en la oración dominical decimos: El pan nuestro de cada día dánosle hoy (Mat. VI, 11; Luc. XI, 3). He aquí que lo decimos nuestro; y sin embargo, oramos para que se nos dé. Pues se hace nuestro cuando se recibe, el cual sin embargo es de Dios, porque por él es dado. Y de Dios por tanto es por el don, y nuestro se hace verdaderamente por la acepción. Así pues en este lugar el Señor devuelve al hombre su justicia, no la que tuvo por sí mismo, sino la que creado para que la tuviera recibió, y en la cual caído no quiso perseverar. Aquella justicia por tanto devolverá Dios al hombre, para la cual fue creado, para que le plazca adherirse a Dios, para que tema su amenazante sentencia, para que ya no crea a las blandas promesas de la serpiente astuta.

14. Quotidie diabolus verba Dei de cordibus hominum conatur evellere.---Quod enim in paradiso egit (Genes. III, 5), hoc quotidie antiquus hostis agere non desistit. Verba quippe Dei de cordibus hominum molitur evellere, atque in eis ficta promissionis suae blandimenta radicare; quotidie id quod Deus minatur levigat, et ad hoc credendum quod falsum promittit invitat. Falso enim pollicetur temporalia, ut mentibus hominum ea supplicia leviget quae Deus minatur aeterna. Nam cum praesentis vitae gloriam spondet, quid aliud dicit quam, Gustate, et eritis sicut dii? [Vet. VIII.] Ac si aperte dicat: Temporalem concupiscentiam tangite, et in hoc mundo sublimes apparete. Et cum timorem divinae sententiae amovere conatur, quid aliud loquitur quam id quod primis hominibus dixit: Cur praecepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi (Genes. III, 1)? Sed quia divino munere redemptus homo justitiam recepit, quam dudum conditus amisit, robustiorem se jam contra blandimenta callidae persuasionis exercet, quia experimento didicit quantum obediens esse debeat praecepto. Et quem tunc culpa duxit ad poenam, nunc poena sua restringit a culpa, ut tanto magis delinquere metuat, quanto cogente supplicio et ipse jam quod perpetravit accusat. Unde et sequitur:

Caput VIII

[Rec. VI].

VERS. 27---Respiciet homines, et dicet: Peccavi.

766 15. Qui sanctorum Patrum exempla respicit, peccatorem se intelligit, quod justitiae est initium.---Se peccatorem non cognosceret, si justitiam non haberet. Nemo quippe tortitudinem suam, nisi cum rectus esse coeperit, deprehendit. Nam qui omnino perversus est, neque hoc potest videre quod est. Qui vero peccatorem se intelligit, jam ex parte aliqua justus esse inchoavit, atque id quod non justus fecerat, ex eo quod justus est accusat. Qua accusatione sua Deo inhaerere inchoat, dum rectum contra se judicium proferens, hoc in se quod illi sentit displicere condemnat. Recepta ergo justitia sua dicit homo iste: Peccavi. Et notandum quod praemittitur: Respicit homines; et tunc deinde subjungitur: Et dicet, Peccavi. Ideo enim nonnulli peccasse se nesciunt, quia homines non attendunt. Nam si considerarent homines, citius agnoscerent quantum peccando infra homines cecidissent. Et quamvis Scriptura sacra aliquando homines ponere soleat humana sapientes, sicut ait Apostolus: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis (I Cor. III, 3)? et paulo post subjicit, dicens: Nonne homines estis?

14. Diariamente el diablo intenta arrancar las palabras de Dios de los corazones de los hombres.---Pues lo que hizo en el paraíso (Gén. III, 5), esto el antiguo enemigo no deja de hacer diariamente. Pues se empeña en arrancar las palabras de Dios de los corazones de los hombres, y en radicar en ellos los fingidos halagos de su promesa; diariamente suaviza aquello que Dios amenaza, e invita a creer aquello que falsamente promete. Pues falsamente promete lo temporal, para suavizar en las mentes de los hombres aquellas penas que Dios amenaza eternas. Pues cuando promete la gloria de la vida presente, ¿qué otra cosa dice sino: Gustad, y seréis como dioses? [Vet. VIII.] Como si abiertamente dijera: Tocad la concupiscencia temporal, y apareced sublimes en este mundo. Y cuando intenta quitar el temor de la divina sentencia, ¿qué otra cosa habla sino aquello que dijo a los primeros hombres: ¿Por qué os mandó Dios que no comierais de todo leño del paraíso? (Gén. III, 1). Pero porque por el divino don el hombre redimido recibió la justicia, que hace tiempo creado perdió, más robusto se ejercita ya contra los halagos de la astuta persuasión, porque por experimento aprendió cuánto deba ser obediente al precepto. Y a quien entonces la culpa llevó a la pena, ahora su pena lo restringe de la culpa, para que tanto más tema delinquir, cuanto obligándole el suplicio él mismo ya también lo que perpetró acusa. De donde también sigue:

Capítulo VIII

[Rec. VI].

VERS. 27---Mirará a los hombres, y dirá: Pequé.

15. El que mira los ejemplos de los santos Padres, se entiende a sí mismo pecador, lo cual es el inicio de la justicia.---No se conocería pecador, si no tuviera justicia. Pues ninguno detecta su torcedura, sino cuando ha empezado a ser recto. Pues quien es del todo perverso, ni esto puede ver que es. Pero quien se entiende a sí mismo pecador, ya en alguna parte empezó a ser justo, y aquello que como no justo había hecho, lo acusa desde aquello que es justo. Por cuya acusación suya empieza a adherirse a Dios, mientras profiriendo un recto juicio contra sí mismo, condena esto en sí que siente que le desagrada. Recibida pues su justicia dice este hombre: Pequé. Y se ha de notar que se antepone: Mira a los hombres; y después seguidamente se añade: Y dirá: Pequé. Pues por esto algunos no saben que han pecado, porque no atienden a los hombres. Pues si consideraran a los hombres, más rápidamente reconocerían cuánto pecando habrían caído por debajo de los hombres. And aunque la Sagrada Escritura suele a veces poner "hombres" por los que saben según lo humano, como dice el Apóstol: Pues habiendo entre vosotros celo y contención, ¿no sois carnales (I Cor. III, 3)? y poco después añade, diciendo: ¿No sois hombres?

nonnunquam tamen homines dicit eos quos a bestiis ratio distinguit, id est quos non atteri bestiali passionum motu demonstrat. Quibus per prophetam Dominus dicit: Vos autem greges pascuae meae homines estis (Ezech. XXXIV, 31), quia illos nimirum Dominus pascit, quos voluptas carnis jumentorum more non afficit. At contra hi qui carnali affectioni succumbunt, non jam homines, sed jumenta nominantur, sicut de quibusdam in peccato suo morientibus per prophetam dicitur: Computruerunt jumenta in stercore suo (Joel. I, 17). Jumenta quippe in stercore suo computrescere est carnales homines in fetore luxuriae vitam finire. Non enim esse homines, sed jumenta declarantur, de quibus per prophetam dicitur: Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat (Jerem. V, 8). Et de quibus propheta alius dicit: Ut carnes asinorum, carnes eorum; et fluxus equorum, fluxus eorum (Ezech. XXIII, 20). Unde et per David dicitur: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psal. XLVIII, 13). Cum ergo vocentur homines hi qui justitiae ratione suffulti sunt, et irrationabilia jumenta nominentur hi qui carnali delectationi deserviunt, recte de hoc poenitente dicitur: Respiciet homines, et dicet: Peccavi. [Vet. IX.] Ac si dicatur: Sanctorum virorum exempla conspicit, atque eorum comparatione se pensans, iniquum se esse deprehendit. Qui enim plenissime intelligere appetit qualis est, tales nimirum debet conspicere qualis non est ut ex bonorum forma metiatur, quanto ipse deserto bono deformis est. Ex his quippe quibus plenissime bona adsunt, perpendit recte, quae sibi minus sunt, atque in illorum pulchritudine conspicit foeditatem suam, quam in semetipso et potest perpeti, et sentire non potest. Lucem namque debet conspicere, qui vult de tenebris judicare, ut in illa videat quid de tenebris aestimet, per quas videre praepeditur. Peccator namque si incognita vita justorum semetipsum conspicit, peccatorem se nullatenus comprehendit. Videre enim se non potest, quia, fulgorem lucis nesciens, cum semetipsum conspicit, quid aliud quam tenebras attendit? Justorum ergo debemus vitam conspicere, ut subtiliter deprehendamus nostram. Illorum videlicet species, quasi quaedam formanobis imitanda proponitur.

767 16. Justi libri sunt, ex quibus judicabimur.--- Viva lectio est vita bonorum; unde et non immerito iidem justi in sacro eloquio libri nominantur, sicut scriptum est: Libri aperti sunt, et alius liber apertus est, qui est vitae, et judicati sunt mortui ex his quae scripta erant in libris (Apoc. XX, 12). Liber namque vitae est ipsa visio advenientis judicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum, quia quisquis eum viderit, mox, teste conscientia, quidquid non fecit intelligit.

sin embargo a veces llama "hombres" a aquellos a quienes la razón distingue de las bestias, esto es, a quienes demuestra que no son desgastados por el movimiento bestial de las pasiones. A los cuales por el profeta dice el Señor: Mas vosotros, rebaños de mi dehesa, hombres sois (Ezeq. XXXIV, 31), porque a saber el Señor apacienta a aquellos a quienes la voluntad de la carne no afecta al modo de los jumentos. Pero por el contrario estos que sucumben a la afección carnal, ya no hombres, sino jumentos son llamados, como se dice por el profeta de algunos que mueren en su pecado: Se pudrieron los jumentos en su estiércol (Joel I, 17). Pues pudrirse los jumentos en su estiércol es acabar los hombres carnales la vida en el hedor de la lujuria. Pues se declaran no ser hombres, sino jumentos, de quienes se dice por el profeta: Cada uno relinchaba tras la mujer de su prójimo (Jerem. V, 8). Y de quienes otro profeta dice: Como carnes de asnos, sus carnes; y flujo de caballos, su flujo (Ezeq. XXIII, 20). De donde también se dice por David: El hombre cuando estaba en honor, no entendió, fue comparado a los jumentos insipientes, y se hizo semejante a ellos (Sal. XLVIII, 13). Puesto que pues son llamados hombres estos que están apoyados por la razón de la justicia, y son llamados jumentos irracionales estos que sirven al deleite carnal, rectamente se dice de este penitente: Mirará a los hombres, y dirá: Pequé. [Vet. IX.] Como si se dijera: Mira los ejemplos de los varones santos, y pesándose por comparación con ellos, se detecta a sí mismo ser inicuo. Pues quien desea entender plenísimamente cuál es, a tales a saber debe mirar cual no es para que desde la forma de los buenos mida cuánto él mismo, abandonado el bien, es deforme. Pues desde estos a quienes plenísimamente les asisten los bienes, pesa rectamente las cosas que le son menos a sí mismo, y en la hermosura de aquellos mira su propia fealdad, la cual en sí mismo tanto puede tolerar, como no puede sentir. Pues la luz debe mirar, quien quiere juzgar de las tinieblas, para que en ella vea qué ha de estimar de las tinieblas, por las cuales se le impide ver. Pues el pecador si incógnita la vida de los justos se mira a sí mismo, de ninguna manera se comprende pecador. Pues no puede verse a sí mismo, porque, ignorando el fulgor de la luz, cuando se mira a sí mismo, ¿a qué otra cosa atiende sino a las tinieblas? De los justos por tanto debemos mirar la vida, para que sutilmente detectemos la nuestra. La especie de aquellos a saber, como una cierta forma se nos propone para ser imitada.

767 16. Los justos son libros, desde los cuales seremos juzgados.---Lectura viva es la vida de los buenos; de donde también no sin mérito los mismos justos en la sagrada elocuencia son llamados libros, como está escrito: Los libros fueron abiertos, y otro libro fue abierto, que es el de la vida, y fueron juzgados los muertos desde aquellas cosas que estaban escritas en los libros (Apoc. XX, 12). Pues el libro de la vida es la misma visión del juez que viene. En el cual como si estuviera escrito está todo mandato, porque quienquiera que lo viera, pronto, testificando la conciencia, entiende cualquier cosa que no hizo.

Libri etiam aperti referuntur, quia justorum tunc vita conspicitur, in quibus mandata coelestia opere impressa cernuntur. Et judicati sunt mortui ex his quae scripta erant in libris, quia in ostensa vita justorum, quasi in expansione librorum legunt bonum quod agere ipsi noluerunt, atque ex eorum qui fecerunt comparatione damnantur. Ne ergo unusquisque tunc videns eos quod non fecit defleat, nunc in eis quod imitetur attendat. Quod quidem facere electi non cessant. Meliorum namque vitam considerant, et deterioris usus conversationem mutant.

[Vet. X.] 17. Et lilia inter quae pasci debemus.---Unde sponsi voce sanctae Ecclesiae in Canticis canticorum dicitur: Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, et inclinentur umbrae (Cant. IV, 5). Quae enim sunt duo ubera, nisi ex Judaea ac gentilitate veniens uterque populus, qui in sanctae Ecclesiae corpore per intentionem sapientiae arcano est cordis infixus? Ex quo populo hi qui electi sunt idcirco capreae hinnulis comparantur, quia per humilitatem quidem parvos sese ac peccatores intelligunt, sed eis per charitatem currentibus, si qua obstacula de impedimento temporalitatis obviant, transeunt, et datis contemplationis saltibus, ad superna conscendunt. Qui ut haec agant praecedentium sanctorum exempla conspiciunt. Unde et in liliis pasci referuntur. Quid enim per lilia, nisi illorum vita declaratur, qui veraciter dicunt: Christi bonus odor sumus Deo (II Cor. II, 15)? Electi ergo ut assequi summa praevaleant, conspecta odorifera et candida justorum vita, satiantur. Jam quidem videre Dominum sitiunt, jam de ejus contemplatione satiari charitatis aestibus inardescunt. Sed quia in hac vita positi necdum valent, per praecedentium interim Patrum exempla pascuntur. Unde et apte illic tempus de ipso liliorum pastu definitur, dum dicitur: Donec aspiret dies, et inclinentur umbrae. Tandiu quippe refici justorum exemplis indigemus, donec praesentis mortalitatis umbras, aeterno die aspirante, transeamus. Cum enim hujus temporalitatis umbra, transacta hac mortalitate, fuerit inclinata, quia ipsius diei internum lumen cernimus, nequaquam jam appetimus ut ad amorem ejus per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdum eum intueri possumus, summopere necesse est ut eorum qui illum perfecte secuti sunt conspectis actionibus incitemur. Intueamur ergo quam pulchra est agilitas sequentium, et videamus quam turpis sit nebetudo pigrorum. Statim namque, ut bene agentium gesta respicimus, nosmetipsos confusione intima ulciscente judicamus: mox verecundia mentem concutit, mox juste saeviens reatus addicit; et vehementer hoc etiam displicet, quod adhuc fortasse turpiter libet.

También se refieren "libros abiertos", porque entonces se mira la vida de los justos, en quienes los mandatos celestiales se ven impresos por la obra. Y fueron juzgados los muertos desde aquellas cosas que estaban escritas en los libros, porque en la mostrada vida de los justos, como si en la expansión de los libros leen el bien que ellos mismos no quisieron hacer, y desde la comparación de los que lo hicieron son condenados. Para que pues no cada cual entonces viéndolos llore lo que no hizo, ahora en ellos atienda a lo que imite. Lo cual a saber hacer los electos no cesan. Pues consideran la vida de los mejores, y cambian la conversación de un uso peor.

[Vet. X.] 17. Y los lirios entre los cuales debemos ser apacentados.---De donde por la voz del esposo se dice a la santa Iglesia en el Cantar de los cantares: Tus dos pechos como dos crías de corza gemelas, que se apacientan entre los lirios, hasta que sople el día, y se inclinen las sombras (Cant. IV, 5). ¿Qué son los dos pechos, sino de Judea y de la gentilidad viniendo ambos pueblos, que en el cuerpo de la santa Iglesia por la intención de la sabiduría en lo arcano del corazón están fijos? De cuyo pueblo estos que son electos por eso a las crías de corza son comparados, porque por la humildad a saber pequeños se entienden a sí mismos y pecadores, pero corriendo ellos por la caridad, si algunos obstáculos del impedimento de la temporalidad se les oponen, los pasan, y dados saltos de contemplación, a lo supremo ascienden. Los cuales para que hagan estas cosas los ejemplos de los precedentes santos miran. De donde también se refieren apacentarse en los lirios. Pues ¿qué por los lirios, sino la vida de aquellos se declara, que verazmente dicen: De Cristo buen olor somos para Dios (II Cor. II, 15)? Los electos por tanto para que prevalezcan alcanzar lo sumo, vista la olorosa y cándida vida de los justos, se sacian. Ya a saber tienen sed de ver al Señor, ya de su contemplación saciarse por los ardores de la caridad se encienden. Pero porque puestos en esta vida todavía no valen, por los ejemplos de los precedentes Padres entretanto se apacientan. De donde también aptamente allí el tiempo sobre ese mismo pasto de los lirios se define, mientras se dice: Hasta que sople el día, y se inclinen las sombras. Durante tanto tiempo a saber de ser refrescados por los ejemplos de los justos necesitamos, hasta que las sombras de la presente mortalidad, aspirando el día eterno, pasemos. Pues cuando la sombra de esta temporalidad, transcurrida esta mortalidad, haya sido inclinada, porque del mismo día la luz interna discernimos, de ninguna manera ya deseamos que para su amor por los ejemplos de otros nos inflamemos. Pero ahora porque todavía no podemos mirarlo, sumamente necesario es que por las vistas acciones de los que lo han seguido perfectamente seamos incitados. Miremos por tanto cuán bella es la agilidad de los que siguen, y veamos cuán torpe es la embotadura de los perezosos. Pues inmediatamente, al mirar los hechos de los que obran bien, a nosotros mismos con una confusión íntima vengadora nos juzgamos: pronto la vergüenza sacude la mente, pronto el reato justamente sañudo condena; y vehementemente esto también desagrada, que todavía quizá torpemente place.

18. Justus templum Dei est, ex cujus conspectu de iniquitatibus nostris confundimur.---Unde bene per Ezechielem dicitur: Fili hominis, 768 ostende domui Israel templum, ut confundantur ab iniquitatibus suis, et metiantur fabricam, et erubescant ex omnibus quae fecerunt (Ezech. XLIII, 10). Templum quippe Dei filiis Israel ad confusionem ostenditur, quando uniuscujusque justi anima, quam inspirando Deus inhabitat, quanta sanctitate fulgeat, ad confusionem suam peccatoribus demonstratur, ut in illa bonum quod negligunt videant, et in seipsis malum quod operantur erubescant. Metiri vero fabricam est pensare subtiliter justorum vitam. Sed dum metitur fabricam, necesse est ut ex cunctis quae fecimus erubescamus, quia bonorum vitam quanto subtilius pensando discutimus, tanto severius in nobis omnia inique gesta reprobamus. Bene autem prophetae dicitur ut ostendat templum. Quia enim justorum rectitudinem considerare peccator dissimulat, saltem hanc ex voce praedicantis agnoscat. Templum quippe peccatoribus ostendere est sponte sua considerare nolentibus rectorum opera narrare. Qui itaque, sicut diximus, perduci ad summa desiderant, semper necesse est ut meliorum provectibus intendant, quatenus tanto districtius in se culpas judicent, quanto in illis altius quod admirentur vident.

19. Ipsi justi ex aliorum sanctorum consideratione proficiunt.---Sed quid ista de peccantibus dicimus, cum ipsos quoque operatores justitiae tanta provehi dispensatione videamus (I Cor. XII, 8, 9, 10 et 11)? Alius namque donum scientiae accipit, et tamen ad virtutem mirae abstinentiae non pertingit. Alius magna abstinentiae virtute accingitur, nec tamen in summa scientiae contemplatione dilatatur. Alius per prophetiae spiritum valet omnia ventura praenoscere, sed tamen per curationis gratiam non valet praesentis molestiae mala sublevare. Alius per curationis gratiam mala praesentis molestiae sublevat, sed tamen quia prophetiae spiritum non habet, quid sequatur ignorat. Alius indigentibus multa jam propria largiri potest, sed tamen injuste agentibus obviare libere non potest. Alius injuste agentibus audacter pro Deo obviat, sed tamen indigentibus quae habet tribuere omnia recusat. Alius jam et ab otioso se sermone restringens, linguae lasciviam superat, sed tamen adhuc insurgentes irae stimulos perfecte non calcat. Alius insurgentem iram jam perfecte edomat, sed tamen adhuc linguam in laetitiam relaxat.

18. El justo es templo de Dios, desde cuya vista de nuestras iniquidades nos confundimos.---De donde bien por Ezequiel se dice: Hijo de hombre, 768 muestra a la casa de Israel el templo, para que se confundan por sus iniquidades, y midan la fábrica, y se avergüencen de todo lo que hicieron (Ezeq. XLIII, 10). Pues el templo de Dios se muestra a los hijos de Israel para confusión, cuando de cada justo el alma, la cual inspirando Dios habita, con cuánta santidad brille, para su confusión se demuestra a los pecadores, para que en ella el bien que descuidan vean, y en sí mismos el mal que obran se avergüencen. Medir a saber la fábrica es pensar sutilmente la vida de los justos. Pero mientras mide la fábrica, es necesario que de todo lo que hicimos nos avergoncemos, porque la vida de los buenos cuanto más sutilmente pensando la discutimos, tanto más severamente en nosotros todo lo inicuamente hecho reprobamos. Bien pues al profeta se le dice que muestre el templo. Pues porque la rectitud de los justos considerar el pecador disimula, al menos ésta por la voz del que predica la reconozca. Pues mostrar el templo a los pecadores es narrar las obras de los rectos a los que por su voluntad no quieren considerar. Los que por tanto, como dijimos, desean ser conducidos a lo sumo, siempre es necesario que a los provechos de los mejores atiendan, para que tanto más estrechamente en sí las culpas juzguen, cuanto en ellos más alto lo que admiren ven.

19. Los mismos justos por la consideración de los otros santos aprovechan.---Pero ¿qué estas cosas de los que pecan decimos, cuando a los mismos operarios de la justicia con tan gran dispensación vemos ser promovidos (I Cor. XII, 8, 9, 10 y 11)? Pues uno recibe el don de la ciencia, y sin embargo a la virtud de la admirable abstinencia no llega. Otro de gran virtud de abstinencia se ciñe, ni sin embargo en la suma contemplación de la ciencia se dilata. Otro por el espíritu de profecía vale preconocer todo lo por venir, pero sin embargo por la gracia de la curación no vale los males de la presente molestia aliviar. Otro por la gracia de la curación los males de la presente molestia alivia, pero sin embargo porque el espíritu de profecía no tiene, qué siga ignora. Otro a los indigentes muchas cosas ya propias puede largar, pero sin embargo a los que inicuamente obran obviar libremente no puede. Otro a los que inicuamente obran audazmente por Dios obvia, pero sin embargo a los indigentes las cosas que tiene atribuir todas rehúsa. Otro ya también de ocioso discurso restringiéndose, la lascivia de la lengua supera, pero sin embargo todavía los insurgentes estímulos de la ira perfectamente no pisa. Otro la insurgente ira ya perfectamente doma, pero sin embargo todavía la lengua en la alegría relaja.

Quid est hoc, quod iste eo bono indiget quo alius pollet; et ille, cum multis polleat, abunde aliis bonum adesse considerat quod sibi deesse suspirat, nisi quod mira nobiscum dispensatione agitur, ut per hoc quod alter habet, et iste non habet, unus altero melior ostendatur, quatenus tanto ardentius ad humilitatem quisque proficiat, quanto ex bonis quae non habet inferiorem se habentibus pensat? Sicque fit ut dum ille in isto, atque hic in illo respicit quod admiretur, distincta bona et ab altitudine elationis reprimant, et ad studium profectus accendant. Magna namque sollicitudine ad curam nostrae meliorationis accingimur, quando id virtutis in aliis cernimus quod non habemus. Unde Ezechiel propheta, cum volantia animalia descripsisset, adjunxit: Et audivi post me vocem commotionis magnae: Benedicta gloria Domini de loco sancto suo, et vocem alarum animalium percutientium 769 alteram ad alteram (Ezech. III, 12). Quid namque alas animalium, nisi virtutes debemus sentire sanctorum? Qui dum terrena despiciunt, ad coelestia volando sublevantur. [Vet. XI.] Unde recte etiam per Isaiam dicitur: Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquilae (Isai. XL, 31). Volantia itaque animalia alis suis se vicissim feriunt, quia sanctorum mentes in eo quod superna appetunt, consideratis invicem alternis virtutibus excitantur. Ala enim sua me percutit, qui exemplo sanctitatis propriae me ad melius accendit. Et ala mea vicinum animal ferio, si aliquando alteri opus bonum quod imitetur ostendo.

20. Quod exemplo sanctorum apostolorum Pauli et Petri confirmatur.---Sed quia sanctorum vitam significari istis animalibus diximus, libet in ipso volatu animalium oculos mentis attollere, et quanta vicissim alarum percussione se excitent, subtili consideratione pensare. Paulus namque, cum caeterorum sanctorum sollicitudinem in praedicatione robustius laborando transcenderet, ut ab elatione se premeret, et vires suas in humilitatis gremio nutriret, crudelitatis suae antiquae non immemor, apostolorum omnium innocentiam contemplatus, ait: Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei (I Cor. XV, 9). Et tamen eorumdem omnium apostolorum primus, quasi accepti principatus oblitus, ac si minus ipse aliquid saperet, in Paulo sapientiam miratur, dicens: Sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quaedam difficilia intellectu (II Petr. III, 15). Ecce Paulus in apostolis miratur innocentiam, ecce apostolorum princeps miratur in Paulo sapientiam.

¿Qué es esto, que éste de aquel bien carece en que otro destaca; y aquel, aunque en muchas cosas destaque, abundantemente en otros el bien que asista considera que a sí mismo faltar suspira, sino que con maravillosa dispensación se actúa con nosotros, para que por esto que otro tiene, y éste no tiene, uno mejor que el otro se muestre, para que tanto más ardientemente a la humildad cada cual aproveche, cuanto por los bienes que no tiene inferior a los que los tienen se piensa? Y así se hace para que mientras aquel en éste, y éste en aquel mira lo que admire, los distintos bienes tanto de la altura de la elación repriman, como al estudio del provecho enciendan. Pues con gran solicitud al cuidado de nuestra mejoría nos ceñimos, cuando aquello de la virtud en otros discernimos que no tenemos. De donde Ezequiel profeta, cuando los volantes animales hubiera descrito, añadió: Y oí tras de mí una voz de gran conmoción: Bendita la gloria del Señor desde su santo lugar, y la voz de las alas de los animales golpeando 769 una contra otra (Ezeq. III, 12). ¿Qué las alas de los animales, sino las virtudes debemos sentir de los santos? Quienes mientras lo terreno desprecian, a lo celestial volando se elevan. [Vet. XI.] De donde rectamente también por Isaías se dice: Los que confían en el Señor, mudarán la fortaleza, asumirán plumas como águilas (Isa. XL, 31). Los volantes animales por tanto con sus alas se golpean mutuamente, porque las mentes de los santos en aquello que lo supremo apetecen, consideradas mutuamente las alternas virtudes se excitan. Pues su ala me golpea, quien por el ejemplo de la santidad propia me a lo mejor enciende. Y con mi ala al animal vecino golpeo, si alguna vez a otro la obra buena que imite muestro.

20. Lo cual se confirma por el ejemplo de los santos apóstoles Pablo y Pedro.--- Pero porque dijimos que la vida de los santos se significaba por estos animales, place en ese mismo vuelo de los animales levantar los ojos de la mente, y pesar con sutil consideración por cuánta percusión de alas se excitan mutuamente. Pues Pablo, cuando trascendiera la solicitud de los demás santos trabajando más robustamente en la predicación, para que se reprimiera de la elación, y nutriera sus fuerzas en el gremio de la humildad, no inmemorable de su antigua crueldad, contemplada la inocencia de todos los apóstoles, dice: Pues yo soy el mínimo de los apóstoles, que no soy digno de ser llamado apóstol, porque perseguí a la Iglesia de Dios (I Cor. XV, 9). Y sin embargo el primero de todos esos mismos apóstoles, como olvidado del principado recibido, como si él mismo supiera menos algo, admira en Pablo la sabiduría, diciendo: Como también nuestro carísimo hermano Pablo según la sabiduría que le fue dada os escribió, como también en todas las epístolas, hablando en ellas de estas cosas en las cuales hay algunas difíciles de entender (II Ped. III, 15). He aquí que Pablo admira en los apóstoles la inocencia, he aquí que el príncipe de los apóstoles admira en Pablo la sabiduría.

[Vet. XII.] Quid est hoc, nisi quod sancti viri, dum virtutum consideratione vicissim sibi alios praeferunt, volantia animalia alarum percussione se tangunt, ut eo ad volatum se altius excitent, quo humilius alter in altero quod admiretur videt? Hinc itaque colligendum est quanta debemus sollicitudine meliorum vitam conspicere nos, qui in infimis jacemus, si et hi qui jam tanta sanctitate sublimes sunt, ut per humilitatis gressum ad majora proficiant, adhuc quaerunt in aliis quod imitantes admirentur.

21. Reprobi ad deteriorum exempla semper convertuntur.---Sed haec reprobi nesciunt, quia mentis oculos semper in infimis premunt, qui et si quando in viam Domini veniunt, non ad meliorum vestigia, sed ad intuenda semper deteriorum exempla vertuntur. Neque enim eorum vitam considerant, quibus se humiliando postponant, sed quibus superbiendo se praeferant. Deteriores namque respiciunt, quibus meliores se esse gloriantur; et idcirco proficere ad meliora non possunt, quia hoc sibi sufficere aestimant, quod pessimos antecedunt. O miseri, viam pergunt, et in terga respiciunt. Per spem quidem, quasi ante se pedem proferunt, sed per considerationem pravorum hominum post se oculos tendunt. Recti videri appetunt, sed ad inveniendos se tortam regulam sumunt. Si enim semetipsos quales sunt cognoscere appetunt, non deteriorum conspicere, sed meliorum exempla debuerant. Idcirco ergo peccatores se esse non intelligunt, quia homines non attendunt. Nam si homines attenderent quantum 770 peccando distarent a bonis hominibus, invenirent. De hoc ergo poenitente qui idcirco bonorum exempla considerat ut sibimetipsi quantum a bono recessit innotescat bene dicitur:

CAPUT IX.

VERS. 27. --- Respiciet homines et dicet: Peccavi et vere deliqui, et ut eram dignus non recepi.

22. Dum se ficte peccatores esse confitentur, de confessione peccati ornari volunt, non humiliari. --- Peccatores se esse plerumque confitentur etiam qui se peccasse non credunt. Nam saepe contingit ut passim se homines iniquos esse fateantur, sed cum peccata sua veraciter aliis arguentibus audiunt, defendunt se summopere, atque innocentes videri conantur. Unusquisque ergo cum talis est, si deliquisse se dicit, vere non dicit, quippe qui peccatorem se non ex cordis intimo, sed verbotenus asserit.

[Vet. XII.] ¿Qué es esto, sino que los varones santos, mientras por la consideración de las virtudes mutuamente se anteponen a otros a sí mismos, los volantes animales por la percusión de las alas se tocan, para que tanto más alto al vuelo se exciten, cuanto más humildemente uno en otro mira lo que admire? De aquí por tanto se ha de colegir con cuánta solicitud debemos mirar la vida de los mejores nosotros, que yacemos en lo ínfimo, si también estos que ya por tanta santidad son sublimes, para que por el paso de la humildad a cosas mayores aprovechen, todavía buscan en otros lo que imitando admiren.

21. Los réprobos a los ejemplos de los peores siempre se convierten.---Pero esto los réprobos lo ignoran, porque los ojos de la mente siempre en lo ínfimo los hunden, quienes aunque alguna vez vengan a la vía del Señor, no a los vestigios de los mejores, sino a mirar siempre los ejemplos de los peores se convierten. Pues ni consideran la vida de aquellos, a quienes humillándose se pospongan, sino a quienes soberbiendo se antepongan. Pues a los peores miran, de quienes se glorían ser mejores; y por tanto aprovechar a lo mejor no pueden, porque esto se estiman bastarles, que anteceden a los pésimos. Oh míseros, prosiguen el camino, y miran a la espalda. Por la esperanza a saber, como ante sí adelantan el pie, pero por la consideración de los hombres malos tras de sí tienden los ojos. Rectos parecer apetecen, pero para encontrarse a sí mismos toman una regla torcida. Pues si a sí mismos cuales son conocer apetecen, no de los peores mirar, sino de los mejores los ejemplos debieran. Por eso por tanto no entienden ser pecadores, porque a los hombres no atienden. Pues si a los hombres atendieran cuánto 770 pecando distaran de los hombres buenos, encontrarían. Sobre este penitente por tanto que por eso los ejemplos de los buenos considera para que a sí mismo cuánto del bien se alejó le sea manifiesto bien se dice:

CAPÍTULO IX.

VERS. 27. --- Mirará a los hombres y dirá: Pequé y verdaderamente delinquí, y no recibí según era digno.

22. Mientras se confiesan ficticiamente pecadores, quieren ser adornados por la confesión del pecado, no humillados. --- Frecuentemente se confiesan pecadores incluso quienes no creen haber pecado. Pues a menudo sucede que los hombres confiesan por todas partes que son inicuos, pero cuando oyen sus pecados verdaderamente argüidos por otros, se defienden sumamente, e intentan parecer inocentes. Cada uno, por tanto, cuando es tal, si dice que él ha delinquido, verdaderamente no lo dice, puesto que se afirma pecador no desde lo íntimo del corazón, sino de palabra.

Quia enim scriptum est: Justus in principio accusator est sui (Prov. XVIII, 17), iste de confessione peccati ornari voluit, non humiliari; per accusationem suam humilis appetiit videri, non esse. Nam si confitendo peccatum esse humilis veraciter appeteret, de perpetratione peccati arguentes se alios non impugnaret. Itaque justus vitam suam judicans per exempla meliorum ex cordis intimo cognoscit se esse quod dicit. Ait enim: Peccavi, et vere deliqui. Atque de eo ipso quod tolerat flagello subjungit: Et ut eram dignus non recepi.

23. Qui pro peccatis flagellatur, minus se percussum quam mereatur, agnoscat. Poena nos interrogat, si vere culpam agnoscamus. --- Unusquisque enim in flagello positus minus adhuc peccata sua considerat, si vel tantum vel amplius se percussum quam merebatur existimat. Iste autem, quia quanto majorum exempla considerat, tanto districtiori examinatione se pensat, minus se percussum quam mereatur agnoscit, quia in illorum justitia conspicit quam gravis sibi culpa fuerit quod erravit; et idcirco hoc quod patitur districtum esse non sentit, quia districte novit pensare quod fecit. Valde autem facile est ut peccatorem se quisque, cum nihil pro peccato suo patitur fateatur. Secure videlicet iniquos nos dicimus, cum vindictam nullam de iniquitate sentimus. Nam peccatores nos quidem in tranquillitate loquimur, sed cum de peccatis ipsis flagello interveniente corripimur, murmuramus. Poena ergo nos interrogat, si veraciter cognoscimus culpam. Vir itaque justus, quia culpam suam districte considerat, etiam in flagello positus dicat: Et ut dignus eram non recepi. Sequitur:

CAPUT X.

VERS. 28.---Liberavit enim animam suam, ne pergeret in interitum.

24. Gratiae praevenientis et liberi arbitrii subsequentis concordia.---Quia praeveniente divina gratia in operatione bona, nostrum liberum arbitrium sequitur, nosmetipsos liberare dicimur, qui liberanti nos Domino consentimus. Unde Paulus, cum diceret: Abundantius illis omnibus laboravi (I Cor. XV, 10), ne labores suos sibi tribuisse videretur, illico adjunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim praevenientem Dei gratiam in se per liberum arbitrium fuerat subsecutus, apte subjungit, Mecum: ut et divino muneri non esset ingratus, et tamen a merito liberi arbitrii non remaneret extraneus. De hoc autem qui liberatori suo semetipsum cognoscendo consensit, recte dicit: Liberavit animam suam, ne pergeret in interitum. Sequitur:

Pues porque está escrito: El justo en el principio es acusador de sí mismo (Prov. XVIII, 17), éste quiso ser adornado por la confesión del pecado, no humillado; por su acusación apeteció parecer humilde, no serlo. Pues si confesando el pecado apeteciera verdaderamente ser humilde, no impugnaría a los otros que lo arguyen de la perpetración del pecado. Así, el justo juzgando su vida por los ejemplos de los mejores conoce desde lo íntimo del corazón que él es lo que dice. Pues dice: Pequé, y verdaderamente delinquí. Y de aquello mismo que tolera por el azote añade: Y no recibí según era digno.

23. Quien es azotado por los pecados, reconozca que ha sido menos herido de lo que merecía. La pena nos interroga, si verdaderamente reconocemos la culpa. --- Pues cada uno puesto en el azote considera todavía menos sus pecados, si estima que ha sido herido o tanto o más de lo que merecía. Mas éste, porque cuanto más considera los ejemplos de los mayores, con tanto más estrecho examen se pesa, reconoce que ha sido menos herido de lo que merecía, porque en la justicia de aquéllos ve cuán grave fue para sí la culpa de haber errado; y por eso no siente que esto que padece sea estrecho, porque estrechamente sabe pesar lo que hizo. Mas es muy fácil que cada uno se confiese pecador, cuando nada padece por su pecado. Seguramente decimos que somos inicuos, cuando no sentimos ninguna venganza de la iniquidad. Pues ciertamente hablamos como pecadores en la tranquilidad, pero cuando somos corregidos de esos mismos pecados interviniendo el azote, murmuramos. La pena, por tanto, nos interroga si verdaderamente conocemos la culpa. El varón, pues, justo, porque considera estrechamente su culpa, incluso puesto en el azote diga: Y no recibí según era digno. Sigue:

CAPÍTULO X.

VERS. 28.---Pues libró su alma, para que no pasara a la perdición.

24. La concordia de la gracia preveniente y del libre albedrío subsiguiente.---Porque previniendo la divina gracia en la operación buena, nuestro libre albedrío sigue, nosotros mismos se dice que nos libramos, quienes al Señor que nos libra consentimos. De donde Pablo, cuando dijera: Más abundantemente que todos ellos trabajé (I Cor. XV, 10), para que no pareciera haberse atribuido sus trabajos a sí mismo, al punto añadió: Pero no yo, sino la gracia de Dios conmigo. Porque pues a la preveniente gracia de Dios en sí por el libre albedrío había seguido, aptamente subjunta, Conmigo: para que ni al divino don fuera ingrato, y sin embargo del mérito del libre albedrío no permaneciera extraño. Pero sobre éste que a su libertador conociéndose a sí mismo consintió, rectamente se dice: Libró su alma, para que no pasara a la perdición. Sigue:

IBID.---Sed vivens lucem videret. Lucem scilicet veritatis quam corde mortuus videre non posset. Vel certe, quia Dominus dixit: Ego sum lux mundi (Joan. VIII, 12), videbunt lucem etiam mortui, quando omnes injusti eum venire ad judicium in humanitatis forma conspexerint. Sed vivens tunc lucem respicit, qui liberis oculis cordis in forma eum divinitatis attendit. Sequitur:

Caput XI.

[Rec. VII].

VERS. 29.---Haec omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos.

25. Tribus vicibus electi prius maerore, posterius gaudio affici solent.---De hoc tentato flagellatoque homine dictum superius fuerat: Abominabilis ei fit in vita sua panis; et appropinquavit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis. Inferius vero subnexum est: Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit; et videbit faciem ejus in jubilo, et liberavit animam suam, ne pergeret in interitum, sed vivens lucem videret. In his itaque jam collectis coacervatisque sententiis, et supra moeror amaritudinis, et infra subjuncta est laetitia securitatis; moxque post haec dicitur: Haec omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos. Ac si diceret: Quod semel de uno dixi, hoc tribus vicibus per singulos agitur. Sed solerter intuendum est quae tres istae vices sint quibus unusquisque homone anxietate moeroris afficitur, et post moerorem protinus ad securitatem laetitiae revocatur. Id enim superius, sicut jam dixi, narraverat, quod et gravis prius moeror afficit, et magna postmodum laetitia attollit. Igitur si vigilanter intendimus, has tres vices moeroris et laetitiae in uniuscujusque electi animo istis alternari modis invenimus, id est conversione, tentatione et morte.

26. 1. In conversione, cum hinc spiritus vocat, hinc caro revocat.---In prima quippe quam diximus conversionis vice gravis moeror est, cum sua unusquisque peccata considerans, curarum saecularium vult compedes rumpere, et viam Dei per spatium securae conversationis ambulare; desideriorum temporalium onus grave abjicere, et leve jugum Domini libera servitute portare. Cogitanti enim ista occurrit illa familiaris sua delectatio carnalis, quae inveterata dudum, quanto eum diutius tenuit, tanto arctius astringit, atque a se tardius abire permittit. Et quis ibi moeror, quae anxietas cordis, quando hinc spiritus vocat, hinc caro revocat; hinc amor novae conversationis invitat, hinc usus vetustae perversitatis impugnat; hinc desiderio ad coelestem patriam flagrat, et hinc in semetipso carnalem concupiscentiam tolerat, quae eum etiam aliquo modo invitum delectat? Recte ergo de hoc amarescente homine dici potest: Abominabilis ei fit in vita sua panis; et appropinquavit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis.

IBID.---Sino que viviendo vea la luz. La luz a saber de la verdad que muerto de corazón no podría ver. O ciertamente, porque el Señor dijo: Yo soy la luz del mundo (Juan VIII, 12), verán la luz incluso los muertos, cuando todos los injustos lo miren venir al juicio en forma de humanidad. Pero vivo entonces mira la luz, el que con los ojos libres del corazón en forma de divinidad lo atiende. Sigue:

CAPÍTULO XI.

VERS. 29.---He aquí que todas estas cosas obra Dios tres veces por cada uno.

25. En tres veces los electos primero con dolor, después con gozo suelen ser afectados.---Sobre este hombre tentado y azotado se había dicho arriba: Abominable se le hace en su vida el pan; y se acercó a la corrupción su alma, y su vida a los mortíferos. En cambio abajo se ha subyuntado: Deprecará a Dios, y le será aplacable; y verá su faz en júbilo, y libró su alma, para que no pasara a la perdición, sino que viviendo vea la luz. En estas por tanto ya recolectadas y amontonadas sentencias, y arriba el dolor de la amargura, y abajo está subyuntada la alegría de la seguridad; y pronto después de estas cosas se dice: He aquí que todas estas cosas obra Dios tres veces por cada uno. Como si dijera: Lo que una vez de uno dije, esto tres veces por cada uno se hace. Pero debe ser hábilmente observado cuáles sean esas tres veces por las cuales cada hombre es afectado con la ansiedad del dolor, y después del dolor es al punto revocado a la seguridad de la alegría. Pues eso arriba, como ya dije, lo había narrado, que tanto el grave dolor primero afecta, como la gran alegría después eleva. Por tanto si vigilantes atendemos, encontramos estas tres veces de dolor y alegría en el ánimo de cada electo alternarse de estos modos, esto es, en la conversión, en la tentación y en la muerte.

39. Superbi doctores non quaerunt auditores suos sapientes efficere, sed suam sapientiam ostentare.---Ac si diceret: Sicut nec auris escas, nec guttur verba cognoscit; ita nec stultus quisque sententiam sapientis intelligit. Sapientes ergo atque eruditi audite quod dico, qui potestis ea quae fuerint dicta cognoscere. Videamus igitur quantum tumeat, qui verba sua non nisi a sapientibus audiri decenter existimat. Verus autem sapientiae praedicator dicit: Sapientibus et insipientibus debitor sum (Rom. I, 14). At contra arrogans in praedicatione sua aures tantummodo sapientium exspectat, quia non ideo praedicat ut possit quoslibet sapientes efficere, sed ideo sapientes quaerit, ut possit quod senserit superbiendo monstrare. Sicut enim superius dictum est, non illos appetit erudire, sed se ostendere; nec intuetur quam justi qui audiunt fiant, sed ipse quam doctus, cum a doctis auditur appareat. Quia vero praedicationem arrogantium nullus admitteret, si non et aliquid de humilitatis imagine permiscerent, bene Eliu postquam per tumida verba se extulit, rursum quasi ad aequalitatis concordiam condescendit, dicens:

CAPUT XVI

VERS. 4.---Judicium eligamus nobis, et inter nos videamus quid sit melius.

40. Humilitatem quandoque prae se ferunt, sed fictam.---Sed utrum hoc judicium ex humili corde quaesierit, facile cognoscimus, si subsequentia ejus verba pensemus. Sequitur:

VERS. 5, 6.---Quia dixit Job: Justus sum, et Deus subvertit judicium meum. In judicando enim me mendacium est; et violenta sagitta mea absque ullo peccato.

Justos falsorum criminum insimulant.---Haec beatum Job dixisse queritur, quae tamen quia minime dixerit, requisita sacrae historiae verba testantur. Sed qui judicium aeque quaesierat, ex culpa quam finxit, protinus sententiam promulgat. Nam sequitur:

VERS. 7, 8.---Quis est vir, ut est Job, qui bibit subsannationem quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniquitatem, et ambulat cum viris impiis?

Ecce judicium quaerens judicium protulit, et post allegationem suam nulla beati Job exspectata sententia, eum damnatione dignum ex reproborum societate judicavit. Ait enim: Quis est vir, ut est Job? Ut utique subaudiamus, nullus. Atque subjungit: Qui bibit subsannationem quasi aquam. Aqua autem cum bibitur, ita liquide sumitur, ut ad sorbendum nulla sui pinguedine retardetur. Subsannationem vero ut aquam bibere est Deum sine aliquo obstaculo cogitationis irridere, ut in eo quod superbit lingua vel conscientia, nulla trepidatio contradicat.

39. Los soberbios doctores no buscan hacer sabios a sus oyentes, sino su sabiduría ostentar.---Como si dijera: Así como ni el oído las viandas, ni la garganta las palabras conoce; así ni cualquier estulto la sentencia del sabio entiende. Sabios por tanto y eruditos oíd lo que digo, que podéis esas cosas que hubieren sido dichas conocer. Veamos pues cuánto se hinchen, que sus palabras no sino por sabios ser oídas decentemente estima. El verdadero pues predicador de la sabiduría dice: A los sabios y a los insipientes deudor soy (Rom. 1, 14). Pero al contrario el arrogante en su predicación las orejas solamente de los sabios espera, porque no por eso predica para que pueda a cualesquiera sabios hacer, sino por eso a los sabios busca, para que pueda lo que hubiere sentido soberbiando mostrar. Pues como arriba se ha dicho, no a aquellos apetece erudir, sino a sí mostrar; ni intuye cuán justos los que oyen se hagan, sino él cuán docto, cuando por los doctos es oído, aparezca. Porque a la verdad la predicación de los arrogantes ninguno admitiría, si no también algo de la imagen de la humildad mezclaran, bien Eliú después de que por túmidas palabras se ensalzó, de nuevo como a la concordia de la igualdad descendió, diciendo:

CAPÍTULO XVI

VERS. 4.---Escojamos para nosotros el juicio, y entre nosotros veamos qué sea lo mejor.

40. La humildad a veces pretenden, pero ficticia.---Pero si este juicio de humilde corazón buscó, fácilmente conocemos, si las subsiguientes palabras suyas pesamos. Sigue:

VERS. 5, 6.---Porque dijo Job: Justo soy, y Dios subvirtió mi juicio. En juzgarme a mí hay mentira; y violenta saeta mía sin ningún pecado.

A los justos de falsos crímenes acusan.---Estas cosas al bienaventurado Job haber dicho se queja, las cuales sin embargo porque mínimamente dijo, las requeridas palabras de la sagrada historia testifican. Pero el que el juicio igualmente había buscado, de la culpa que fingió, de seguido la sentencia promulga. Pues sigue:

VERS. 7, 8.---¿Qué varón hay, como es Job, que bebe la derisión como agua, que camina con los que obran iniquidad, y anda con varones impíos?

He aquí buscando juicio el juicio profirió, y después de su alegación ninguna del bienaventurado Job esperada sentencia, a él de damnación digno por la sociedad de los réprobos juzgó. Dice pues: ¿Qué varón hay, como es Job? Para que a saber subentendamos, ninguno. Y subraya: Que bebe la derisión como agua. El agua pues cuando se bebe, así líquidamente se toma, que para sorber por ninguna gordura suya se retarde. La derisión en verdad como agua beber es a Dios sin ningún obstáculo de la cogitación irritar, para que en eso que se ensoberbece la lengua o la conciencia, ninguna trepidación contradiga.

Haec autem ejus sententia super beatum Job quantum a tramite veritatis exorbitet, illa Domini attestatione cognoscimus, qua ad diabolum dicit: Nunquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra (Job. I, 8)? Ecce quem Veritas dicit absque comparatione justum, eum Eliu asserit absque comparatione peccatorem. Sed haec esse propria arrogantium praedicatorum solent, ut etiam afflictos auditores suos magis districte corripere appetant, quam blande refovere. Plus enim student, ut mala objurgando increpent, quam bona laudando confirment. Superiores quippe videri desiderant, et magis gaudent cum eorum animum ira elevat, quam cum charitas exaequat. Semper invenire optant quod increpando rigide feriant. Unde scriptum est: In ore stulti virga superbiae (Prov. XIV, 3), quia videlicet percutere rigide scit, sed compati humiliter nescit.

41. Sancti praedicatores, cum alios correpturi sunt, blandimenta praemittunt. Ut periti medici, prius palpant, postea feriunt.---Solent etiam praedicatores justi auditores suos objurgando corripere, solent in eorum vitia districta increpatione saevire. Unde scriptum est: Verba sapientium quasi stimuli, et sicut clavi in altum defixi (Eccl. XII, 11). Recte autem eorum verba clavi vocati sunt, quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere. An Joannis verba clavi non erant, cum dicebat: Progenies viperarum, quis vobis demonstravit fugere ab ira ventura (Matth. III, 7)? An verba Stephani clavi non erant, cum dicebat: Vos semper Spiritui sancto resistitis (Act. VII, 51). An verba Pauli clavi non erant, cum dicebat: O insensati Galatae, quis vos fascinavit (Galat. III, 1)? Et rursum cum Corinthiis diceret: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis (I Cor. III, 3)? Sed necesse est ut caute videamus quia praedicatores justi in ipsis quos corrigunt, cum ex parte alia fortasse aliquid bonae operationis inveniunt, ad eadem objurgationis verba cum quanta dispensatione descendunt. Ecce Paulus Corinthios docens, eosque in culpa divisionis aspiciens exorsus est, dicens: Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu, quia in omnibus divites facti estis in illo (I Cor. I, 4). Multum profecto laudavit quos in Christo divites in omnibus dixit. Et ecce adhuc blandimenta multiplicat, dicens: In omni verbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis (Ibid., 5). Testimonium Christi confirmatum est in vobis, dixit, ac si opere peregissent quod doctrina didicerant.

Esta pues su sentencia sobre el bienaventurado Job cuánto del trámite de la verdad orbite, por aquella del Señor atestación conocemos, por la cual al diablo dice: ¿Acaso consideraste a mi siervo Job, que no haya a él semejante en la tierra (Job 1, 8)? He aquí a quien la Verdad dice sin comparación justo, a él Eliú aserta sin comparación pecador. Pero estas cosas suelen ser propias de los arrogantes predicadores, que también a los afligidos oyentes suyos más estrictamente corregir apetecen, que blandamente refocilar. Más pues estudian, para que los males denostando increpen, que los bienes laudando confirmen. Superiores por cierto ser desean, y más se gozan cuando a su ánimo la ira eleva, que cuando la caridad iguala. Siempre encontrar optan lo que increpando rígidamente hieran. De donde está escrito: En la boca del estulto la vara de la soberbia (Prov. 14, 3), porque a saber herir rígidamente sabe, pero compadecer humildemente no sabe.

41. Los santos predicadores, cuando a otros han de corregir, blandimentos anteponen. Como peritos médicos, primero palpan, después hieren.---Suelen también los predicadores justos a sus oyentes denostando corregir, suelen en sus vicios con estricta increpación ensañarse. De donde está escrito: Las palabras de los sabios como estímulos, y como clavos en lo alto prefijados (Ecl. 12, 11). Rectamente pues sus palabras clavos son llamados, porque las culpas de los delincuentes no saben palpar, sino punzar. ¿Acaso las palabras de Juan clavos no eran, cuando decía: Progenie de víboras, quién os mostró huir de la ira venidera (Mat. 3, 7)? ¿Acaso las palabras de Esteban clavos no eran, cuando decía: Vosotros siempre al Espíritu Santo resistís (Hech. 7, 51)? ¿Acaso las palabras de Pablo clavos no eran, cuando decía: Oh insensatos Gálatas, quién os fascinó (Gál. 3, 1)? Y de nuevo cuando a los Corintios dijera: Pues habiendo entre vosotros celo y contención, ¿no sois carnales, y según el hombre andáis (1 Cor. 3, 3)? Pero es necesario que cautamente veamos que los predicadores justos en esos mismos a quienes corrigen, cuando por otra parte tal vez algo de buena operación encuentran, a esas mismas palabras de denuesto con cuánta dispensación descienden. He aquí Pablo a los Corintios enseñando, y a ellos en la culpa de la división mirando comenzó, diciendo: Gracias doy a mi Dios siempre por vosotros, en la gracia de Dios, que dada os es en Cristo Jesús, porque en todas las cosas ricos hechos estáis en él (1 Cor. 1, 4). Mucho por cierto loó a los que en Cristo ricos en todas las cosas dijo. He aquí todavía los blandimentos multiplica, diciendo: En toda palabra y en toda ciencia, como el testimonio de Cristo confirmado está en vosotros (Ibíd., 5). El testimonio de Cristo confirmado está en vosotros, dijo, como si por obra hubieran realizado lo que por doctrina habían aprendido.

Et mox in laudis consummatione subjunxit: Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi. Quaeso te, Paule, istis tot favoribus jam quo tendas insinues. Et ecce paulo post sequitur: Obsecro vos autem, fratres, per misericordiam Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones inter vos sunt. (Ibid., 10). De quibus contentionibus paulo post subdidit, dicens: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis (I Cor. III, 3)? Ecce quibus laudibus ad aperta correptionis verba descendit; ecce in corde audientium quam blanda favoris manu viam districtae increpationis aperuit. Prius namque superborum brachia studuit per blandimentorum vincula religare, ut postmodum potuisset vulnus superbiae ferro correptionis incidere. Erant profecto in Corinthiis et quae laudari debuissent, erant et quae argui. Peritus itaque medicus prius sana membra, quae circa vulnus erant, laudando palpavit, et postmodum putridum sinum vulneris feriendo transfixit. Habet ergo in sanctis praedicatoribus ad utraque aptum doctrinae regula pondus suum, ut et recta faventes nutriant, et perversa animadvertentes abscindant.

42. Aliud est percutere cum justitia stimulat, aliud cum inflat superbia. Quis in correptione servandus modus. Hunc ignorant superbi. Nonnunquam vero etiam praedicatores justi rigide feriunt. Sed aliud est cum justitia stimulat, aliud cum superbia inflat. Justi cum severe corrigunt, internae dulcedinis gratiam non amittunt. Nam saepe pro inquietudine refrenanda pravorum duritiam districti vigoris assumunt, sed intus charitatis igne liquefiunt, atque eorum amore ardent, in quos aspera correptione saeviunt; seque etiam eis intrinsecus in secreto cordis humiliant, quos foris duris animadversionum stimulis quasi despiciendo castigant. Plerumque autem et non despiciendo despiciunt, et non desperando desperant, ut tanto eos celerius a culpa pavescere ac resilire faciant, quanto jam quasi vicinius mortis foveam ostentant. Saepe etiam quodam decenti moderamine suas culpas coram discipulis indicant, ut illi audientes discant quomodo semetipsos de suis actionibus subtiliter reprehendant. Tanta autem dispensatione se temperant, ut neque cum se erigunt intrinsecus rigidi sint, neque rursum cum se humiliant extrinsecus remissi, quia et in disciplina humilitatem custodiunt, et in humilitate disciplinam. Paulus disciplinam tenuit, cum Corinthiis diceret: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis (I Cor. III, 3)?

Y luego en la consumación de la loa subrayó: De modo que nada os falte en ninguna gracia, esperando la revelación de nuestro Señor Jesucristo. Te ruego, Pablo, con estos tantos favores ya a dónde tiendas insinúes. He aquí poco después sigue: Os ruego pues, hermanos, por la misericordia de nuestro Señor Jesucristo, que eso mismo digáis todos, y no haya en vosotros cismas. Significado pues me ha sido de vosotros, hermanos míos, por los que son de Cloe, que contenciones entre vosotros hay (Ibíd., 10). De cuyas contenciones poco después subidió, diciendo: Pues habiendo entre vosotros celo y contención, ¿no sois carnales, y según el hombre andáis (1 Cor. 3, 3)? He aquí con qué loas a las abiertas palabras de corrección descendió; he aquí en el corazón de los oyentes con cuán blanda mano de favor la vía de la estrecha increpación abrió. Primero pues de los soberbios los brazos estudió por los vínculos de los blandimentos ligar, para que después hubiera podido el vulnus de la soberbia con el hierro de la corrección incidir. Había por cierto en los Corintios también cosas que loarse debieran, había y cosas que argüirse. El perito pues médico primero los sanos miembros, que alrededor del vulnus estaban, loando palpó, y después el pútrido seno del vulnus hiriendo transfixió. Tiene pues en los santos predicadores para ambas cosas apto de la doctrina la regla su peso, para que también lo recto favoreciendo nutran, y lo perverso animadvirtiendo abscindan.

42. Una cosa es herir cuando la justicia estimula, otra cuando hincha la soberbia. Qué modo ha de guardarse en la corrección. Este lo ignoran los soberbios. A veces en verdad también los predicadores justos rígidamente hieren. Pero una cosa es cuando la justicia estimula, otra cuando la soberbia hincha. Los justos cuando severamente corrigen, la gracia de la interna dulzura no pierden. Pues a menudo para la inquietud refrenar de los pravos la dureza de un estrecho vigor asumen, pero por dentro por el fuego de la caridad se licuan, y con el amor de ellos arden, en quienes con áspera corrección se ensañan; y a sí también a ellos intrínsecamente en el secreto del corazón humillan, a quienes por fuera con duros estímulos de animadversiones como despreciando castigan. Pleramente pues también y no despreciando desprecian, y no desesperando desesperan, para que tanto a ellos más celeremente de la culpa pavorizar y resiliar hagan, cuanto ya como más cercanamente el hoyo de la muerte muestran. A menudo también con un cierto decente moderamen sus culpas ante los discípulos indican, para que ellos oyendo aprendan cómo a sí mismos de sus acciones sutilmente reprendan. Con tanta pues dispensación se templan, que ni cuando se erigen intrínsecamente rígidos sean, ni de nuevo cuando se humillan extrínsecamente remisos, porque también en la disciplina la humildad custodian, y en la humildad la disciplina. Pablo la disciplina tuvo, cuando a los Corintios dijera: Pues habiendo entre vosotros celo y contención, ¿no sois carnales, y según el hombre andáis (1 Cor. 3, 3)?

Sed humilitatem in disciplina non perdidit, quia deprecando praemisit, dicens: Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata (I Cor. I, 10). Rursum humilitatem tenuit, cum eisdem Corinthiis loquens paulo latius fortasse quam voluerat, semetipsum reprehendit, dicens: Factus sum insipiens (II Cor. XII, 11). Sed disciplinam in hac humilitate non perdidit, quia illico adjunxit: Vos me coegistis. Exemplum magnae humilitatis exhibuit, cum discipulis dixit: Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Christum (II Cor. IV, 5). Sed in hac humilitate disciplinae justitiam non amisit, qui eisdem delinquentibus dicit: Quid vultis, in virga veniam ad vos (I Cor. IV, 21)? et caetera. Sciunt ergo praedicatores sancti utroque moderamine artem magisterii temperare, et cum delinquentium reatus inveniunt, sciunt modo severe corripere, modo humiliter deprecari. Sed cum arrogantantes viri eos imitari appetunt, sumunt ab eis aspera verba correptionis, et sumere ab eis veraciter nesciunt preces humilitatis. Magis enim terribiles possunt esse quam mites; et idcirco discunt unde se erigant, et discere negligunt, ut animum submittant. Cumque admonere delinquentes placide nesciunt, nimio rigoris usu per invectionis iracundiam, etiam contra recte agentes effrenantur. Quorum iste Eliu speciem tenens, beatum Job non refovet, sed objurgat, dicens: Quis est vir, ut est Job, qui bibit subsannationem quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniquitatem, et ambulat cum viris impiis? Et quia aliena semper est a veritate superbia, mox et ad falsa prorumpit, dicens:

CAPUT XVII.

VERS. 9.---Dixit enim: Non placebit vir Deo, etiamsi cucurrerit cum eo.

43. Aliena semper est a veritate superbia.---Quod profecto quia minime dixerit, quisquis beati Job verba legit agnoscit. Sed qui idcirco loquitur, ut semetipsum ostendendo superbiat, quid mirum si in altero fingit quod reprehendat? Quomodo enim veritati cohaereat in verbis increpationis, quem intra semetipsum longe ab eadem veritate dirimit tumor mentis? Sequitur:

VERS. 10.---Ideo viri cordati audite me.

Ecce iterum fastu superbiae inflatus, eos tantummodo, qui quasi digne intelligendo, se assequi valeant quaerit, et sic quod sentiebat erumpit, dicens:

CAPUT XVIII.

VERS. 10 et 11.---Absit a Deo impietas, et ab Omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, et juxta vias singulorum restituet eis.

Pero la humildad en la disciplina no perdió, porque deprecando antepuso, diciendo: Os ruego, hermanos, por la misericordia de Dios, que eso mismo digáis todos, y no haya en vosotros cismas (1 Cor. 1, 10). De nuevo la humildad tuvo, cuando a los mismos Corintios hablando un poco más latamente tal vez de lo que había querido, a sí mismo reprendió, diciendo: Hecho soy insensato (2 Cor. 12, 11). Pero la disciplina en esta humildad no perdió, porque al punto adjuntó: Vosotros me coaccionasteis. Ejemplo de magna humildad exhibió, cuando a los discípulos dijo: Pues no a nosotros mismos predicamos, sino a Jesucristo nuestro Señor, y a nosotros siervos vuestros por Cristo (2 Cor. 4, 5). Pero en esta humildad la justicia de la disciplina no perdió, quien a los mismos delincuentes dice: ¿Qué queréis, en vara venga a vosotros (1 Cor. 4, 21)? y lo demás. Saben pues los predicadores santos con ambos moderámenes el arte del magisterio templar, y cuando de los delincuentes los reatos encuentran, saben modo severamente corregir, modo humildemente deprecar. Pero cuando los arrogantes varones a ellos imitar apetecen, toman de ellos las ásperas palabras de la corrección, y tomar de ellos verazmente no saben las preces de la humildad. Más pues terribles pueden ser que mitis; y por eso aprenden de donde se erijan, y aprenden negligir, para que el ánimo sometan. Y cuando amonestar a los delincuentes plácidamente no saben, por el nimio uso del rigor por la iracundia de la invectiva, también contra los que rectamente obran se desenfrenan. De los cuales este Eliú la especie teniendo, al bienaventurado Job no refocila, sino que lo denuesta, diciendo: ¿Qué varón hay, como es Job, que bebe la derisión como agua, que camina con los que obran iniquidad, y anda con varones impíos? Y porque ajena siempre es de la verdad la soberbia, luego también a lo falso prorrumpes, diciendo:

CAPÍTULO XVII.

VERS. 9.---Dijo pues: No placera el varón a Dios, aun si hubiere corrido con él.

43. Ajena siempre es de la verdad la soberbia.---Lo cual por cierto porque mínimamente lo dijera, cualquiera que las palabras del bienaventurado Job lee lo reconoce. Pero quien por eso habla, para que a sí mismo mostrándose se ensoberbezca, ¿qué maravilla si en otro finge lo que reprenda? ¿Pues cómo a la verdad cohere en las palabras de increpación, a quien dentro de sí mismo lejos de esa misma verdad dirime el tumor de la mente? Sigue:

VERS. 10.---Por eso varones cordatos oídme.

He aquí de nuevo por el fasto de la soberbia hinchado, a ellos solamente, que como dignamente entendiendo, a él assequi puedan busca, y así lo que sentía erupciona, diciendo:

CAPÍTULO XVIII.

VERS. 10 y 11.---Lejos esté de Dios la impiedad, y del Omnipotente la iniquidad. El trabajo pues del hombre le rendirá a él, y según las vías de cada uno les restituirá.

44. Deus in hac vita non semper reddit singulis juxta opera.---Bene dixit, quia in omnipotente Deo iniquitas vel impietas non est. Sed in hac vita nequaquam semper hoc agitur, quod subjunxit, quia juxta opus suum singulis et juxta vias proprias reddit. Nam et multos illicita et perversa perpetrantes gratuito praevenit, atque ad opera sancta convertit, et nonnullos rectis actibus deditos flagello interveniente corripit, ac sic placentes quasi displiceant affligit, Salomone attestante, qui ait: Sunt justi quibus multa eveniunt, quasi opera egerint impiorum; et sunt impii qui ita securi sunt, ac si justorum facta habeant (Eccle. VIII, 14). Quod nimirum omnipotens Deus inaestimabili pietate dispensat, ut et justos flagella crucient, ne opera extollant; et injusti saltem sine poena hanc vitam peragant, quia ad tormenta quae sine fine sunt male agendo festinant. Nam quia aliquando justi nequaquam juxta opera flagellantur, hac ipsa historia quam tractamus ostenditur. Neque enim idem beatus Job pro culpa fuerat flagellatus, qui ante flagelli stimulum ipso judice attestante laudatus est. Verius ergo Eliu diceret, si dixisset: Quia in omnipotente Deo impietas atque iniquitas non est, etiam cum juxta vias proprias hominibus reddere non videtur. Nam et quod a nobis non intelligitur, ex occulti judicii non injusta lance profertur. Quia vero praedicatores arrogantes, dum multa inania spargunt, etiam saepe vera ac solida proferunt, Eliu recte subjungit:

CAPUT XIX.

VERS. 12.---Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subvertet judicium.

45. Justa Dei judicia, etsi occulta.---Ad diabolum Dominus dicit: Commovisti me adversus eum, ut afflgerem eum frustra (Job. II, 3). Eliu autem dicit: Quia non condemnabit Dominus frustra. Quod utique discordare dictis Veritatis creditur, nisi subtili consideratione pensetur. Aliud namque est damnare, aliud affligere. Affligeret ergo juxta aliquid frustra, sed frustra non damnat. An non juxta aliquid frustra Job afflixerat, cum non delebatur vitium, sed meritum augebatur? Frustra enim condemnare non potest, quia damnatio fieri non ex parte ad aliquid potest, quae videlicet in extremo punit omne quod hic quisque inique commiserit. Nec omnipotens Deus subvertit judicium, quia etsi minus recta videntur esse quae patimur, recte tamen in occulto examine decernuntur. Sequitur:

44. Dios en esta vida no siempre rinde a cada uno según sus obras.---Bien dijo, porque en el omnipotente Dios la iniquidad o la impiedad no está. Pero en esta vida de ninguna manera siempre esto se hace, lo que subrayó, que según la obra suya a cada uno y según las vías propias rinde. Pues también a muchos ilícitas y perversas cosas perpetrantes gratuitamente los previene, y a las obras santas los convierte, y a algunos a los rectos actos dedicados el azote interviniendo los corrige, y así a los placientes como si displacieran los aflige, Salomón atestando, quien dice: Hay justos a quienes muchas cosas suceden, como si las obras hubieran hecho de los impíos; y hay impíos que así seguros están, como si de los justos los hechos tuvieran (Ecl. 8, 14). Lo cual sin duda el omnipotente Dios con inaestimable piedad dispensa, para que también a los justos los azotes los crucien, no sea que las obras los ensalcen; y los injustos al menos sin pena esta vida pasen, porque a los tormentos que sin fin son mal obrando se apresuran. Pues porque alguna vez los justos de ninguna manera según las obras son azotados, por esta misma historia que tratamos se muestra. Pues ni el mismo bienaventurado Job por culpa había sido azotado, quien antes del estímulo del azote por el propio Juez atestante fue loado. Más verazmente pues Eliú diría, si hubiera dicho: Porque en el omnipotente Dios la impiedad y la iniquidad no está, aun cuando según las vías propias a los hombres rendir no parece. Pues también lo que por nosotros no se entiende, de la no injusta balanza del oculto juicio se profiere. Porque a la verdad los predicadores arrogantes, mientras muchas cosas vanas esparcen, también a menudo verdaderas y sólidas profieren, Eliú rectamente subraya:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 12.---Verdaderamente pues Dios no condenará en vano, ni el Omnipotente subvertirá el juicio.

45. Justos los juicios de Dios, aunque ocultos.---Al diablo el Señor dice: Me conmoviste contra él, para que lo afligiera en vano (Job 2, 3). Eliú pues dice: Que no condenará el Señor en vano. Lo cual por cierto discrepar de los dichos de la Verdad se cree, si no por sutil consideración se pese. Una cosa pues es condenar, otra afligir. Afligió pues según algo en vano, pero en vano no condena. ¿Acaso no según algo en vano a Job había afligido, cuando no se deleba el vicio, sino el mérito se aumentaba? Pues en vano condenar no puede, porque la condenación hacerse no en parte para algo puede, la cual a saber en el extremo castiga todo lo que aquí cada uno inicuamente hubiere cometido. Ni el omnipotente Dios subvierte el juicio, porque aunque menos rectas parecen ser las cosas que padecemos, rectamente sin embargo en el oculto examen se deciernen. Sigue:

Caput XX

[Rec. XI].

VERS. 13.---Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?

46. Quem per se condidit mundum, per se quoque regit.---Ut videlicet subaudias nullum. Per se quippe mundum regit, quem per se condidit; nec eget alienis adjutoriis ad regendum, qui non eguit ad faciendum. Sed haec idcirco colliguntur, ut liquido indicet quia omnipotens Deus, si per semetipsum regere non negligit quod creavit, quod bene creavit utique bene regit, quia quod pie condidit impie non disponit; et qui necdum facta curavit ut essent, quae sunt facta non deserit. Quia ergo praesens est in regimine qui auctor exstitit in creatione, ideo curam nostri non praeterit. Unde et apte subjungit:

CAPUT XXI.

VERS. 14.---Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius et flatum ad se trahet.

47. Curva hominum corda, cum vult, ad se erigendo, dirigit.---Curvum cor est cum ima appetit, dirigitur cum ad superna sublevatur. Si ergo homo cor suum ad Dominum dirigit, spiritum et flatum illius Dominus ad se trahit. Spiritum videlicet pro internis cogitationibus, flatum vero qui per corpus trahitur, pro externis actionibus ponit. Deo ergo spiritum hominis et flatum a se trahere est ad conversionem sui desiderii et interiora nostra et exteriora commutare, ut nihil jam menti exterius libeat, nihil caro inferius, vel si appetit, adipisci conetur; sed omne quod homo est ad eum videlicet a quo est et interius desiderando ferveat, et exterius se edomando constringat. Unde et apte subjungit:

Caput XXII

[Rec. XII].

VERS. 15.---Deficiet omnis caro simul, et homo in cinerem revertetur.

Capítulo XX

[Rec. XI].

VERS. 13.---¿A quién constituyó otro sobre la tierra, o a quién puso sobre el orbe, al que Él fabricó?

46. Quien por sí mismo fundó el mundo, por sí mismo también lo rige.---Para que a saber entiendas "a ninguno". Pues por sí mismo rige el mundo, el cual por sí mismo fundó; ni necesita de ajenos auxilios para regir, quien no los necesitó para hacer. Pero estas cosas por esto se coligen, para que liquidamente indique que, si el Dios omnipotente no descuida regir por sí mismo lo que creó, lo que bien creó ciertamente bien rige, porque lo que piadosamente fundó impíamente no lo dispone; y quien cuidó de las cosas aún no hechas para que fuesen, no desampara las que han sido hechas. Porque pues está presente en el régimen quien existió como autor en la creación, por eso no pasa por alto el cuidado de nosotros. De donde también aptamente subjunta:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 14.---Si dirigiere hacia él su corazón, su espíritu y su hálito atraerá hacia sí.

47. Los corazones encorvados de los hombres, cuando quiere, los dirige erigiéndolos hacia sí.---El corazón está encorvado cuando apetece las cosas ínfimas, se dirige cuando se eleva a las supremas. Si pues el hombre dirige su corazón al Señor, el Señor atrae hacia sí su espíritu y su hálito. Pone a saber el "espíritu" por las cogitaciones internas, pero el "hálito", que se atrae por el cuerpo, por las acciones externas. Para Dios pues atraer hacia sí el espíritu y el hálito del hombre es conmutar para la conversión de su deseo tanto nuestras cosas interiores como las exteriores, para que ya nada exterior le agrade a la mente, nada inferior a la carne, o si lo apetece, no se esfuerce por conseguirlo; sino que todo lo que el hombre es, fervientemente desee interiormente a Aquél de quien es, y exteriormente se restrinja edomándose a sí mismo. De donde también aptamente subjunta:

Capítulo XXII

[Rec. XII].

VERS. 15.---Defallará toda carne a la vez, y el hombre en ceniza se convertirá.

48. Tunc caro deficiet, et homo in cinerem per humilitatem revertitur. Simul enim omnis caro deficit, quando jam nullis suis moribus servit, quia praesidens spiritus cuncta ejus fluxa restringit, et quodam districtionis suae gladio omne quod in illa male vivebat, interficit. Hoc nimirum disciplinae gladio semetipsum Jeremias interfecerat, cum dicebat: Postquam convertisti me, egi poenitentiam; et postquam ostendisti mihi percussi femur meum (Jerem. XXXI, 19). Quid enim in femore, nisi voluptas carnis accipitur? Et quid est quod ait: Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, nisi quod postquam superna spiritaliter vidit, omne quod in se inferius carnaliter vivebat exstinxit, ut quanto magis summa patescerent, tanto amplius ima quae tenuerat non liberent? Nam quanto incipit quisque superius vivere, tanto et inchoat inferius interire. Juxta affectum namque carnalis operationis omnis caro Pauli simul interierat, cum dicebat: Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus (Galat. II, 29).

[Vet. XXVII.] 49. Peccator mortalitatis suae obliviscitur, secus justus.---Bene etiam Eliu hoc loco subdidit: Et homo in cinerem revertetur. In peccato enim quisque positus mortalitatis suae obliviscitur, et terram se esse non meminit, dum adhuc per superbiam inflatur. Post conversionis vero suae gratiam, cum humilitatis spiritu tangitur, quid esse se aliud quam cinerem recordatur? Jam in cinerem David reversus fuerat, cum dicebat: Memento, Domine, quod pulvis sumus (Psal. CII, 15). Abraham in cinerem reversus fuerat, dicens: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis (Genes. XVIII, 27). Et si viventem carnem necnon in terra mors solverat, hoc tamen apud se erant, quod se futuros absque dubitatione praevidebant. Hinc alias dicitur: Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertuntur (Psal. CIII, 29). Qui autem spiritus, nisi spiritus superbiae nominatur? Tollatur ergo spiritus eorum ut deficiant, id est subducto superbiae spiritu, nihil se de se esse cognoscant. Et revertantur in pulverem, id est humilientur ex infirma conditione. Propter hunc pulverem, ad cujus memoriam qui semetipsos considerant revocantur, per Sapientiam dicitur: Justi fulgebunt, et sicut scintillae in arundineto discurrent (Sap. III, 7). Sancti enim viri dum peccatoribus permiscentur, eos exemplorum suorum igne succendunt, atque omne quod nitent, in cinerem redigunt, quia pietatis flamma consumpti, dum infirmitatem conditionis suae conspiciunt, nihil aliud quam favillam se esse cognoscunt, ut a superbiae suae duritia resoluti, per poenitentiam dicant id quod supra protulimus: Memento, Domine, quia pulvis sumus (Psal. CII, 15). Bene ergo dicitur quia cum ad se spiritum hominis Dominus trahit, deficiet omnis caro simul, et homo in cinerem revertetur. [Rec. XIII.] Haec Eliu et vera sunt et magna, quae dicit; sed quia male mox ex eo quod bene sensit intumuit, verbis sequentibus prodit, dicens:

48. Entonces la carne defallece, y el hombre en ceniza por la humildad se convierte. Pues a la vez toda carne defallece, cuando ya a ninguna de sus costumbres sirve, porque el espíritu presidente restringe todos sus flujos, y con cierta espada de su estrechez (districtio) mata todo lo que en ella vivía mal. Ciertamente con esta espada de la disciplina Jeremías se había matado a sí mismo, cuando decía: Después que me convertiste, hice penitencia; y después que me mostraste, herí mi muslo (Jer. 31, 19). ¿Pues qué se recibe en el muslo, sino la voluptuosidad de la carne? ¿Y qué es lo que dice: Después que me mostraste, herí mi muslo, sino que después que vio las cosas supremas espiritualmente, extinguió todo lo que en sí vivía carnalmente por debajo, para que cuanto más las sumas se patentizasen, tanto más las ínfimas que había retenido no fuesen libres? Pues cuanto comienza cada uno a vivir superiormente, tanto también empieza a morir inferiormente. Pues según el afecto de la operación carnal toda la carne de Pablo a la vez había muerto, cuando decía: Vivo pues ya no yo, sino que vive en mí Cristo (Gál. 2, 20).

[Vet. XXVII.] 49. El pecador de su mortalidad se olvida, no así el justo.---Bien también Eliú en este lugar subdidit: Y el hombre en ceniza se convertirá. Pues puesto cada uno en el pecado de su mortalidad se olvida, y no recuerda que él es tierra, mientras todavía por la soberbia se infla. Pero después de la gracia de su conversión, cuando por el espíritu de humildad es tocado, ¿qué otra cosa que ceniza recuerda que es? Ya en ceniza David se había convertido, cuando decía: Recuerda, Señor, que polvo somos (Sal. 102, 14). Abraham en ceniza se había convertido, diciendo: Hablaré a mi Señor, siendo yo polvo y ceniza (Gén. 18, 27). Y si a la carne viviente aún en la tierra la muerte no había disuelto, sin embargo esto eran ante sí, porque preveían sin duda lo que habían de ser. De aquí en otra parte se dice: Quitarás el espíritu de ellos, y defallecerán, y en su polvo se convertirán (Sal. 103, 29). ¿Pero qué espíritu, sino el espíritu de soberbia se denomina? Quítese pues el espíritu de ellos para que defallezcan, esto es, retirado el espíritu de soberbia, nada se conozcan ser por sí mismos. Y conviértanse en polvo, esto es, humíllense por su enferma condición. Por este polvo, a cuyo recuerdo los que se consideran a sí mismos son revocados, por la Sabiduría se dice: Los justos brillarán, y como centellas en el cañaveral discurrirán (Sab. 3, 7). Pues los varones santos mientras a los pecadores se mezclan, con el fuego de sus ejemplos los encienden, y todo aquello en que brillan, en ceniza lo reducen, porque consumidos por la llama de la piedad, mientras la debilidad de su condición contemplan, nada más que favila se conocen ser, para que de la dureza de su soberbia resolutos, por la penitencia digan aquello que arriba protulimos: Recuerda, Señor, que polvo somos (Sal. 102, 14). Bien pues se dice que cuando hacia sí el espíritu del hombre el Señor atrae, defallará toda carne a la vez, y el hombre en ceniza se convertirá. [Rec. XIII.] Estas cosas que Eliú dice son tanto verdaderas como grandes; pero porque mal pronto de aquello que bien sintió se entumeció, por las palabras siguientes lo delata, diciendo:

Caput XXIII

[Vet. XXVIII].

VERS. 16.---Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, et ausculta vocem eloquii mei.

50. Superbi plus videndo caligant et caecutiunt. Quo magis superbiae vitium patimur, minus videmus. Habent hoc proprium omnes arrogantes, ut cum fortasse acutum aliquid sentiunt, inde mox ad vitium elationis erumpant, sensusque omnium in sui comparatione despiciant, seque in suo judicio aliorum meritis anteponant. Quibus contingit miseris ut plus videndo tenebrescant, quia dum subtilia attendunt, semetipsos intueri nesciunt; et quo intelligentiam acutius percipiunt, eo per superbiam deterius cadunt. Qui bene quidem subtilia conspicerent, si in eo quod proferunt se viderent. Superius namque Eliu dixerat: Si habes quod loquaris, responde mihi: loquere, volo enim te apparere justum (Job XXXIII, 32). Nunc autem ait: Si habes intellectum, audi quod dicitur. Ecce quomodo paulisper elatio per verborum incrementa proficit. Superius dubitavit si posset beatus Job proferre quod justum est; nunc vero discutit si hoc quod dicitur saltem possit audire. Ibi dixit: Si habes quod loquaris, responde mihi. Ac si diceret: Dic aliquid, si tamen dignus poteris esse qui dicas. Hic autem ait: Si habes intellectum, audi quod dicitur. Ac si aperte dicat: Audi me, si tamen dignus poteris esse qui audias. Isti sunt quotidiani defectus, qui in cordibus reproborum fiunt, quibus indesinenter ad deteriora descendunt, quia dum minora incaute negligunt, ad majora perniciose prorumpunt. Jam et hoc de superbia fuerat, quod beatum Job id quod justum est loqui posse dubitabat. Sed dum hanc in semetipso considerare negligit, ad nequiora pervenit, ut non solum posse ab eo dici quod justum est dubitet, sed etiam dicentem se justa ab eo intelligi posse desperet. Unde vitium superbiae ab ipsa mox radice secandum est, ut cum latenter oritur, tunc vigilanter abscidatur, ne provectu vigeat, ne usu roboretur. Difficile enim in se quisque inveteratam superbiam deprehendit, quia nimirum hoc vitium quanto magis patimur, tanto minus videmus. Sic quippe in mente superbia, sicut in oculis caligo generatur. Quo se haec latius dilatat, eo vehementius lumen angustat.

Capítulo XXIII

[Vet. XXVIII].

VERS. 16.---Si tienes pues entendimiento, oye lo que se dice, y escucha la voz de mi elocuio.

50. Los soberbios por ver más se oscurecen y ceguecen. Cuanto más el vicio de la soberbia padecemos, menos vemos. Tienen esto propio todos los arrogantes, que cuando tal vez algo agudo sienten, de ahí pronto al vicio de la elación irrumpen, y los sentidos de todos en comparación del suyo desprecian, y se anteponen en su juicio a los méritos de los otros. A los cuales miserables les acontece que por ver más se entenebrecen, porque mientras a las cosas sutiles atienden, a sí mismos mirarse no saben; y por cuanto la inteligencia más agudamente perciben, tanto por la soberbia peor caen. Quienes bien por cierto las cosas sutiles contemplarían, si en aquello que profieren se viesen a sí mismos. Pues arriba Eliú había dicho: Si tienes qué hablar, respóndeme: habla, pues quiero que aparezcas justo (Job 33, 32). Ahora pues dice: Si tienes entendimiento, oye lo que se dice. Ved cómo por un poco la elación por los incrementos de las palabras aprovecha. Arriba dudó si podía el bienaventurado Job proferir lo que es justo; ahora pues discute si esto que se dice al menos puede oírlo. Allí dijo: Si tienes qué hablar, respóndeme. Como si dijera: Di algo, si sin embargo podrás ser digno que lo digas. Aquí pues dice: Si tienes entendimiento, oye lo que se dice. Como si abiertamente diga: Óyeme, si sin embargo podrás ser digno que oigas. Estos son los defectos cotidianos, que en los corazones de los réprobos se hacen, por los cuales incesantemente a lo peor descienden, porque mientras lo menor incautamente descuidan, a lo mayor perniciosamente prorrumpen. Ya también esto de soberbia había sido, que el que el bienaventurado Job aquello que es justo hablar pudiese dudaba. Pero mientras ésta en sí mismo considerar descuida, a cosas peores llega, para que no sólo que pueda por él decirse lo que es justo dude, sino que también que el que dice cosas justas pueda por él ser entendido desespere. De donde el vicio de la soberbia desde la misma raíz pronto ha de ser segado, para que cuando latente nace, entonces vigilantemente sea abscindido, no sea que por el provecho vigore, no sea que por el uso se robore. Pues difícilmente en sí cada uno la inveterada soberbia deprehende, porque a saber este vicio cuanto más lo padecemos, tanto menos vemos. Así pues en la mente la soberbia, como en los ojos la calígine se genera. Por cuanto ésta más largamente se dilata, tanto más vehementemente la luz angustia.

Paulisper ergo elatio in praecordiis crescit, et cum se vastius extenderit, oppressae mentis oculum funditus claudit, ut captivus animus typum elationis et pati possit, et tamen id quod patitur videre non possit. Sed quia arrogantes viri aliquando, ut diximus, recta non recte sentiunt, et bona invenire noverunt, sed haec bene proferre contemnunt, Eliu post elationis typum, quo dixerat: Si habes intellectum, audi quod dicitur, subdit dicens:

Caput XXIV

[Vet. XXIX].

VERS. 17.---Nunquid qui non amat judicium sanari potest? Quomodo tu eum qui justus est in tantum condemnas?

51. In omnibus quae dicimus attendendum; quid, cui, quando et quomodo dicatur. Bonam quidem sententiam protulit, sed beato Job proferenda non fuit. In omni enim quod dicitur summopere intuendum est quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur. Eliu autem attendit quid diceret, sed cui diceret non attendit. Beatus quippe Job amabat judicium, quia causas suas cum Domino pensare subtiliter noverat. Nec condemnaverat eum qui justus est, sed cur sine peccato percussus fuerat in dolore positus cum humilitate requirebat. Amat judicium quisquis vias suas subtiliter discutit, et secretarium cordis ingressus, quid Dominus ipsi tribuat, quid ipse Domino debeat pensat. Quod beatus Job quomodo non fecerat, qui tam crebra sacrificia in expiatione filiorum etiam pro cogitationibus offerebat? Quia ergo Eliu dixit quod is qui judicium non amat sanari non possit, arguens beatum Job quod judicium non amaret, et quia eum qui justus est condemnasset, illico ejusdem justi, id est Domini, justitiam subdit, dicens:

Caput XXV

[Rec. XIV]

VERS. 18.---Qui dicit regi, apostata; qui vocat duces impios.

52. Apostata est qui aliis praeest non ut prosit, sed ut dominetur. --- Saepe novimus quod plerique qui praesunt inordinatum sibi metum a subditis exigunt, et non tam propter Dominum quam pro Domino venerari volunt. Intus enim se tumore cordis extollunt, cunctosque subditos in sui comparatione despiciunt, nec condescendendo consulunt, sed dominando premunt, quia videlicet alta cogitatione se erigunt, et aequales se illis quibus eos praeesse contingit non agnoscunt.

Por un poco pues la elación en los precordios crece, y cuando se hubiere extendido más vastamente, el ojo de la mente oprimida funditamente cierra, para que el ánimo cautivo el tipo de la elación tanto pueda padecer, como sin embargo aquello que padece ver no pueda. Pero porque los varones arrogantes algunas veces, como dijimos, las cosas rectas no rectamente sienten, y cosas buenas encontrar supieron, pero estas bien proferir las contemnen, Eliú después del tipo de la elación, por el que había dicho: Si tienes entendimiento, oye lo que se dice, subyunta diciendo:

Capítulo XXIV

[Vet. XXIX].

VERS. 17.---¿Acaso el que no ama el juicio puede ser sanado? ¿Cómo tú a Aquél que es justo en tanto condenas?

51. En todas las cosas que decimos se ha de atender: qué, a quién, cuándo y cómo se diga. Buena por cierto sentencia protulió, pero al bienaventurado Job no debió ser protulida. Pues en todo lo que se dice sumamente se ha de mirar qué se diga, a quién se diga, cuándo se diga, cómo se diga. Eliú pues atendió qué decía, pero a quién lo decía no atendió. Pues el bienaventurado Job amaba el juicio, porque sus causas con el Señor pensar sutilmente sabía. Ni había condenado a Aquél que es justo, sino por qué sin pecado había sido herido, puesto en el dolor, con humildad requería. Ama el juicio quienquiera que sus vías sutilmente discute, e ingresado al secretario del corazón, qué el Señor le tribuye a él, qué él mismo al Señor debe, piensa. ¿Lo cual el bienaventurado Job cómo no lo había hecho, quien tan frecuentes sacrificios en expiación de los hijos aun por las cogitaciones ofrecía? Porque pues Eliú dijo que el que el juicio no ama no puede ser sanado, arguyendo al bienaventurado Job que el juicio no amara, y porque a Aquél que es justo condenara, al punto la justicia del mismo Justo, esto es, del Señor, subyunta diciendo:

Capítulo XXV

[Rec. XIV]

VERS. 18.---El que dice al rey: apóstata; el que llama impíos a los jefes.

52. Apóstata es el que preside a otros no para que les aproveche, sino para dominar. --- Frecuentemente sabemos que muchos que presiden exigen de los súbditos un temor desordenado hacia sí mismos, y no tanto por el Señor cuanto en lugar del Señor quieren ser venerados. Pues por dentro se ensalzan con el tumor del corazón, y desprecian a todos los súbditos en comparación consigo mismos, ni aconsejan condescendiendo, sino que oprimen dominando, porque ciertamente con alta cogitación se erigen, y no se reconocen iguales a aquellos a quienes les toca presidir.

Contra hunc tumorem per Ecclesiasticum librum dicitur: Ducem te constituerunt; noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis (Eccli. XXXII, 1). Hunc tumorem Dominus per prophetam in pastoribus increpans ait: Vos autem cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia (Ezech. XXXIV, 4). Ipsa enim bona quae subditis dicunt dominando potius quam consulendo proferunt, quia videlicet quidquam eis quasi ex aequo dicere semetipsos existimant dejecisse. Singularitate enim gaudent culminis, et non aequalitate conditionis. Sed quia haec tumentia corda rectorum subtiliter Dominus pensat, bene contra eos dicitur: Qui dicit regi, apostata. Unusquisque enim superbus rector toties ad culpam apostasiae dilabitur, quoties, praeesse hominibus delectatus, honoris sui singularitate laetatur. Sub quo enim sit non considerat, et quod aequalibus quasi non sit aequalis exsultat. Unde autem haec vitiorum radix pullulat in corde regentium, nisi ex imitatione illius qui, despectis angelorum societatibus, dixit: Ascendam super altitudinem nubium, et similis ero Altissimo (Isai. XIV, 14)? Quia ergo unusquisque rector quoties extollitur in eo quod caeteros regit, toties per lapsum superbiae a summi rectoris servitio separatur; et cum aequales sibi subditos despicit, ejus super se dominium sub quo omnes aequales sunt non agnoscit, recte dicitur: Qui dicit regi, apostata.

[Vet. XXX.] 53. Impius est, si suae superbiae exemplo, subditos in praeceps trahat. --- Quia vero cum dominando praesunt, exemplo suae superbiae subditos ad impietatem trahunt, apte subjungitur: Qui vocat duces impios. Ad viam namque pietatis ducerent, si subditorum oculis humilitatis exempla monstrarent. [Rec. XV.] Dux autem est impius, qui a tramite veritatis exorbitat; et dum ipse in praeceps ruit, ad abrupta sequentes invitat. Dux est impius, qui per tumoris exempla viam ostendit erroris. Paulus dux esse impietatis metuebat, cum potestatis suae celsitudinem reprimebat, dicens: Nec quaerentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, cum possimus oneri esse, ut Christi apostoli, sed facti sumus in medio vestrum parvuli (I Thessal. II, 6). Parvulus in medio eorum factus fuerat, quia timebat ne si inter discipulos honorem suae celsitudinis vindicaret, exempla elationis ostenderet. Timebat nimirum ne dum ipse sibi potestatem pastoralis potentiae quaereret, grex subditus per abrupta sequeretur, et ad impietatem sequentes duceret, qui pietatis officium suscepisset.

54. Sibi subditis virtutum splendore praeluceat. Eorum culpas prudenter et humiliter corrigat.

Contra este tumor se dice por el libro del Eclesiástico: Te constituyeron jefe; no te ensalces, sino sé entre ellos como uno de ellos (Ecli. XXXII, 1). Este tumor reprendiendo el Señor por el profeta en los pastores dice: Mas vosotros con austeridad les mandabais, y con potencia (Ezeq. XXXIV, 4). Pues los mismos bienes que dicen a los súbditos los profieren dominando más bien que aconsejando, porque ciertamente juzgan haberse rebajado si les dicen algo como de igual a igual. Pues gozan de la singularidad de la cumbre, y no de la igualdad de la condición. Pero porque estos corazones hinchados de los rectores sutilmente el Señor los pesa, bien se dice contra ellos: El que dice al rey: apóstata. Pues cada rector soberbio tantas veces resbala hacia la culpa de la apostasía, cuantas veces, deleitado en presidir a los hombres, se alegra por la singularidad de su honor. Pues no considera bajo quién esté, y de que no sea como igual a los iguales se exulta. ¿Y de dónde brota esta raíz de los vicios en el corazón de los regentes, sino de la imitación de aquél que, despreciadas las sociedades de los ángeles, dijo: Subiré sobre la altura de las nubes, y seré semejante al Altísimo (Isa. XIV, 14)? Porque, por tanto, cada rector cuantas veces se ensalza en eso que rige a los demás, tantas veces por el lapso de la soberbia se separa del servicio del sumo Rector; y cuando desprecia a los súbditos iguales a sí, no reconoce el dominio de Aquél sobre sí bajo el cual todos son iguales, rectamente se dice: El que dice al rey: apóstata.

[Vet. XXX.] 53. Impío es, si por el ejemplo de su soberbia, arrastra a los súbditos al precipicio. --- Mas porque cuando presiden dominando, por el ejemplo de su soberbia arrastran a los súbditos a la impiedad, aptamente se añade: El que llama impíos a los jefes. Pues a la vía de la piedad conducirían, si mostraran a los ojos de los súbditos ejemplos de humildad. [Rec. XV.] Mas el jefe es impío, que se desvía del trámite de la verdad; y mientras él mismo se precipita, invita a los que lo siguen a los despeñaderos. Jefe es impío, el que por los ejemplos del tumor muestra la vía del error. Pablo temía ser jefe de impiedad, cuando reprimía la excelsitud de su potestad, diciendo: Ni buscando de los hombres gloria, ni de vosotros, ni de otros, cuando pudiéramos ser carga, como apóstoles de Cristo, mas nos hemos hecho párvulos en medio de vosotros (I Tesal. II, 6). Párvulo en medio de ellos se había hecho, porque temía que si entre los discípulos reivindicara el honor de su excelsitud, mostrara ejemplos de elación. Temía ciertamente que mientras él mismo buscara para sí la potestad de la potencia pastoral, la grey súbdita lo siguiera por los despeñaderos, y condujera a la impiedad a los que lo seguían, habiendo recibido el oficio de la piedad.

54. Preluzca a sus súbditos con el esplendor de las virtudes. Corrija sus culpas prudente y humildemente.

Unde necesse est ut is qui praeest quae exempla subditis praebeat solerter attendat; et tantis se sciat vivere, quantis praeesse; ac vigilanter inspiciat ne in eo quod praelatus est intumescat; ne jura debitae potestatis immoderatius exigat; ne disciplinae jus mutetur in rigorem superbiae; et unde a perversitate subditos restringere poterat, inde magis intuentium corda pervertat; ne, ut dictum est, impietatis dux per officium pietatis existat. Non autem debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene vivendo praeire; ne qui ad hoc eligitur ut aliorum culpas corrigat, quod resecare debuit, ipse committat. Hinc inde ergo se qui praesunt circumspiciant, ut sibi et subditis vivant, ut bonum quod faciunt, et intra sinum mentis abscondant, et tamen ex eo ad provectum sequentium exempla rectae operationis impartiant, ut subditorum animadvertentes culpas corrigant, nec tamen per vim ejusdem animadversionis intumescant, ut quaedam leniter correpta tolerent, nec tamen disciplinae vincula eadem lenitate dissolvant, ut quaedam tolerando dissimulent, nec tamen ea crescere dissimulando permittant. Laboriosa sunt ista, et nisi divina gratia fulciat, ad custodiendum difficilia. Recte vero de adventu districti judicis per Sapientiae librum dicitur: Horrende et cito apparebit, quoniam judicium durissimum his qui praesunt fiet (Sap. VI, 6). Quia ergo plerumque per potestatem regiminis ad culpam prorumpitur elationis, atque apud districtum judicem ipsa elatio impietas aestimatur, bene de Domino per Eliu dicitur: Qui vocat duces impios. De ipso quippe ducatu dum superbiunt, exemplo suo subditos ad impietatem trahunt.

55. Alios judicans, superno judici assidue se sistat. Potestas accepta non honor, sed onus aestimanda. Ambitus infinita mala. Cura pastoralis nec cupiditate amplectenda, nec formidine deferenda.

Unde magnopere curandum est ut qui regendis hominibus praefertur, apud se intra secretarium mentis in cathedra praesideat humilitatis. Cumque judicanti ei a caeteris foris assistitur, vigilanti oculo incessanter aspiciat, cui quandoque judici ipse de his judicandus assistat, ut quanto nunc ante eum quem non videt, sollicitius trepidat, tanto eum cum viderit securior cernat. [Rec. XVI.] Penset ergo qui ad satisfaciendum districto judici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit, quia quot regendis subditis praeest, reddendae apud eum rationis tempore, ut ita dicam, tot solus animas habet.

De donde es necesario que aquel que preside atienda solícitamente qué ejemplos ofrece a sus súbditos; y sepa que vive para tantos, a cuantos preside; e inspeccione vigilantemente no sea que se entumezca en aquello en que ha sido preferido; no sea que exija los derechos de la debida potestad más inmoderadamente; no sea que el derecho de la disciplina se mute en rigor de soberbia; y de donde podía restringir a los súbditos de la perversidad, de ahí más bien pervierta los corazones de los que lo contemplan; no sea que, como se ha dicho, guía de impiedad exista por el oficio de la piedad. Pues no debe asumir el caudillaje de los hombres, quien no sabe preceder a los hombres viviendo bien; no sea que el que para esto es elegido para que corrija las culpas de los otros, lo que debió resecar, él mismo lo cometa. De aquí y de allá pues los que presiden circunspectense, para que para sí y para los súbditos vivan, para que el bien que hacen, tanto dentro del seno de la mente lo escondan, como sin embargo de ello impartan ejemplos de recta operación para el provecho de los que le siguen, para que advirtiendo las culpas de los súbditos las corrijan, ni sin embargo por la fuerza de la misma animadversión se entumezcan, para que toleren algunas cosas levemente corregidas, ni sin embargo disuelvan los vínculos de la disciplina con esa misma lenidad, para que tolerando disimulen algunas cosas, ni sin embargo permitan que crezcan por el disimulo. Laboriosas son estas cosas, y si la gracia divina no las apoya, difíciles de custodiar. Rectamente pues del advenimiento del juez estrecho por el libro de la Sabiduría se dice: Horrenda y pronto aparecerá, puesto que juicio durísimo se hará a los que presiden (Sab. 6, 6). Porque pues muchísimas veces por la potestad del régimen se prorrumpe a la culpa de la elación, y ante el juez estrecho la misma elación se estima impiedad, bien de parte del Señor por Eliú se dice: El que llama impíos a los guías (duces). Pues mientras de ese mismo caudillaje se ensoberbecen, con su ejemplo a los súbditos a la impiedad arrastran.

55. Juzgando a los otros, ante el juez superno asiduamente se presente. La potestad aceptada ha de ser estimada no como honor, sino como carga. Los infinitos males de la ambición. La cura pastoral ni ha de ser abrazada por codicia, ni ha de ser deferida por miedo.

De donde magnamente se ha de cuidar que el que es preferido para regir a los hombres, presida ante sí dentro del secretario de la mente en la cátedra de la humildad. Y cuando mientras él juzga es asistido por los otros desde fuera, con ojo vigilante incesantemente mire, ante qué Juez ha él de asistir alguna vez para ser juzgado sobre estas cosas, para que cuanto ahora ante Él a quien no ve, más solícitamente trepida, tanto más seguro lo perciba cuando lo viere. [Rec. XVI.] Piense pues quien para satisfacer al juez estrecho sobre su sola alma tal vez apenas basta, que a cuantos súbditos preside para regirlos, tiene, por así decirlo, otras tantas almas solas en el tiempo de rendir cuenta ante Él.

Quae nimirum cogitatio, si assidue mentem excoquit, omnem superbiae tumorem premit. Et rector providus tanto jam neque rex apostata, neque dux impius vocabitur, quanto ei cogitatione sollicita potestas quae accepta est, non honor, sed onus aestimatur. Nam cui esse nunc judiciem libet, huic videre tunc judicem non libet. Numerari enim culpae nequeunt, quae habendae potestatis amore perpetrantur. Tunc solum vero potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo retinetur. Quae ut ministrari recte valeat, oportet primum ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. Percepta autem nec pro formidine debet deseri, nec ex libidine amplecti; ne aut pejus quis quasi ex humilitate superbiat, si divinae dispensationis ordinem fugiendo contemnat; aut eo jugum superni rectoris abjiciat, quo eum super caeteros privatum regimen delectat. Potestas ergo cum percipitur, non ex libidine amanda est, sed ex longanimitate toleranda, ut inde tunc ad judicium salubriter levis sit, unde nunc ad ministerium patienter gravis innotescit.

Cuaya cogitación por cierto, si asiduamente seca la mente, oprime todo tumor de soberbia. Y el rector providente ya tanto ni rey apóstata, ni guía impío será llamado, cuanto por él con cogitación solícita la potestad que ha sido aceptada, no honor, sino carga sea estimada. Pues a quien le place ahora ser juez, a éste no le placerá entonces ver al Juez. Pues las culpas no pueden numerarse, que por el amor de tener potestad se perpetran. Entonces solo en verdad la potestad bien se gesta, cuando no amándola, sino temiéndola se retiene. La cual para que valga ser rectamente administrada, conviene primero que no la codicia, sino la necesidad la imponga. Pero una vez percibida ni por miedo debe ser desamparada, ni por libídine abrazada; no sea que o alguien más malvadamente se ensoberbezca como por humildad, si huyendo contemne el orden de la dispensación divina; o de ahí el yugo del rector superno arroje, por lo que le deleita el régimen privado sobre los otros. La potestad pues cuando se percibe, no por libídine ha de ser amada, sino por longanimidad tolerada, para que de ahí entonces para el juicio sea salubremente leve, de donde ahora para el ministerio patentemente se reconoce grave.

Liber VI

GESIMUS QUINTUS.

In explicatione capitis XXXIV, a versu 19 ad 30, de reproborum poena occultisque Dei judiciis disseritur.

CAPUT PRIMUM.

1. Error illorum qui in hominibus quod habent, non quod sunt, attendunt. Ipsa humanae conditionis qualitas indicat quam longe rebus caeteris praestat. Nam collata homini ratio asserit quantum omnia quae vel vita, vel sensu, vel ratione carent, natura rationalis antecedit. Et tamen, quia ab internis atque invisibilibus oculos claudimus, et visibilibus pascimus, plerumque hominem non ex eo quod ipse est, sed ex his quae circa ipsum sunt veneramur. Cumque non intuemur quid ipse sit, sed quid possit in acceptione personarum, non ex personis, sed ex rebus adjacentibus ducimur. Sicque fit ut is quoque apud nos intus in despectionem veniat, qui foris honoratur, quia dum pro his quae circa illum sunt honorabilis habetur, rebus suis in examine nostro postponitur. Sed omnipotens Deus vitam hominum ex sola qualitate interrogat meritorum; et saepe inde plus punit, unde hic majora ad ministerium contulit, Veritate attestante, quae ait: Cui multum datum est, multum quaeretur ab eo (Luc. XII, 48). Unde bene nunc per Eliu dicitur:

CAPUT II.

CAP. XXXIV, VERS. 19.---Qui non accipit personam principum, nec cognovit tyrannum cum disceptaret contra pauperem.

2. Non est acceptio personarum apud Deum. Potest autem per principem vel tyrannum quisque superbus intelligi; per pauperem vero humilis designari. Tyrannum ergo disceptantem contra pauperem non cognoscit, quia superbos omnes vitam nunc humilium deprimentes, in judicio nescire se perhibet, dicens: Nescio vos unde sitis (Luc. XIII, 25). Et quia sic potenter cum vult destruit, sicut cum voluit potenter creavit, apte ratiocinando subjungitur: IBID.---Opus enim manuum ejus sunt universi. [Rec. II.] Atque mox subditur:

Libro VI

GÉSIMO QUINTO.

En la explicación del capítulo 34, desde el verso 19 al 30, se diserta sobre la pena de los réprobos y los ocultos juicios de Dios.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. El error de aquellos que en los hombres lo que tienen, no lo que son, atienden. La misma cualidad de la condición humana indica cuán lejos a las otras cosas aventaja. Pues la razón conferida al hombre aserta cuánto a todas las cosas que o de vida, o de sentido, o de razón carecen, la naturaleza racional antecede. Y sin embargo, porque de las cosas internas e invisibles los ojos cerramos, y de las visibles nos apacentamos, muchísimas veces al hombre no por aquello que él mismo es, sino por estas cosas que alrededor de él están veneramos. Y cuando no intuimos qué él mismo sea, sino qué pueda en la acepción de personas, no por las personas, sino por las cosas adyacentes somos conducidos. Y así se hace que aquel también ante nosotros por dentro venga al desprecio, que fuera es honrado, porque mientras por estas cosas que alrededor de él están es tenido por honorable, a sus propias cosas en nuestro examen es pospuesto. Pero el Dios omnipotente la vida de los hombres por la sola cualidad de los méritos interroga; y a menudo de ahí más castiga, de donde aquí mayores cosas para el ministerio confirió, atestiguándolo la Verdad, que dice: A quien mucho se le dio, mucho se le requerirá (Luc. 12, 48). De donde bien ahora por Eliú se dice:

CAPÍTULO II.

CAP. XXXIV, VERS. 19.---Que no acepta la persona de los príncipes, ni conoció al tirano cuando discrepaba contra el pobre.

2. No hay acepción de personas ante Dios. Puede pues por el príncipe o el tirano entenderse cualquier soberbio; pero por el pobre designarse el humilde. Al tirano pues discrepante contra el pobre no lo conoce, porque a todos los soberbios que ahora deprimen la vida de los humildes, en el juicio declara no conocerlos, diciendo: No os conozco de dónde sois (Luc. 13, 25). Y porque así potentemente cuando quiere destruye, como cuando quiso potentemente creó, aptamente raciocinando se subyunta: IBID.---Pues obra de sus manos son todos. [Rec. II.] Y pronto se subyunta:

CAPUT III.

VERS. 20.---Subito morientur, et in media nocte curvabuntur populi, et pertransibunt.

3. Iniquorum omnium mors subita, quia non praevisa.---Quamlibet sero de hac vita tollantur iniqui, subito et repente tolluntur, quia finem suum cogitando praevidere nesciunt. Subitum est homini, quod ante cogitare non potuit. Subito dives ille tultus est, qui horrea quae praeparabat deseruit, et inferni locum quem non praevidebat invenit. Ad aliud exercebat animam per cogitationem, sed ad aliud emisit per sententiam; aliud dum viveret contemplatus est, aliud dum moreretur expertus. Reliquit enim diu tractata temporalia, et inopinata invenit aeterna. Unde ei propter hanc ignorantiam caecitatis suae bene per divinam sententiam dicitur: Hac nocte repetunt animam tuam a te (Luc. XII, 20). In nocte quippe ablata est, quae in obscuritate est cordis amissa. In nocte ablata est, quae considerationis lucem habere noluit, ut quod poterat pati praevideret. Unde bene discipulis futura cogitantibus Paulus apostolus dicit: Vos autem fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei; non sumus noctis neque tenebrarum (I Thess. V, 4). Dies enim exitus tanquam fur in nocte comprehendit, quando stultorum animas futura non praevidentes ejicit. Unde hic quoque apte subjungitur: Et in media nocte curvabuntur populi, et pertransibunt. In media nocte curvati pertranseunt, qui obscuritate suae negligentiae humiliati rapiuntur. Tunc curvabuntur per sententiam judicis, qui nunc curvari negligunt per humilitatem cordis. Electi autem ne inviti curventur in morte, sponte curvantur in humilitate. Unde sanctae Ecclesiae de conversa prole persecutorum dicitur: Venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te (Isai. LX, 14).

4. Vita hominis post peccatum, transitus est: secus ante peccatum.---Et bene de morientibus populis non ait: Transibunt, sed pertransibunt, quia etiam vivendo temporaliter quotidie ad finem tendimus, et praesentem vitam quasi quamdam viam subigendo transimus. Hoc ipsum enim morituros vivere quasi ad mortem ire est. Et quot dies vitae peragimus, quasi in itinere ad locum propositum tot passibus propinquamus. Ipsa quippe augmenta detrimenta sunt temporum, quia vitae nostrae spatia quanta esse coeperint, incipiunt jam tanta non esse.

CAPÍTULO III.

VERS. 20.---De repente morirán, y a media noche se turbarán los pueblos, y pasarán.

3. La muerte de todos los inicuos es súbita, porque no es prevista. Por más tarde que los inicuos sean quitados de esta vida, son quitados súbita y repentinamente, porque no saben prever su fin pensándolo. Súbito es para el hombre lo que no pudo pensar antes. Súbitamente aquel rico fue tomado como necio, el cual dejó los graneros que preparaba, y encontró el lugar del infierno que no preveía. Para una cosa ejercitaba su alma por el pensamiento, pero para otra la emitió por la sentencia; una cosa contempló mientras vivía, otra experimentó mientras moría. Pues dejó las cosas temporales largamente tratadas, y encontró las eternas inesperadas. Por lo cual, por esta ignorancia de su ceguedad, se le dice bien por la divina sentencia: "Esta noche repiten tu alma de ti" (Luc. 12, 20). En la noche ciertamente fue quitada, la cual se perdió en la oscuridad del corazón. En la noche fue quitada, la cual no quiso tener la luz de la consideración, para que previera lo que podía padecer. Por lo cual dice bien el apóstol Pablo a los discípulos que piensan en lo futuro: "Pero vosotros, hermanos, no estáis en tinieblas, para que aquel día os sorprenda como ladrón. Todos vosotros sois hijos de la luz e hijos del día; no somos de la noche ni de las tinieblas" (1 Tes. 5, 4). Pues el día de la salida sorprende como ladrón en la noche, cuando arroja las almas de los necios que no prevén lo futuro. Por lo cual aquí también se subyunta aptamente: "Y a media noche se turbarán los pueblos, y pasarán." Turbados a media noche pasan, los cuales, humillados por la oscuridad de su negligencia, son arrebatados. Entonces se turbarán por la sentencia del juez, los que ahora descuidan turbarse por la humildad del corazón. Pero los electos, para no ser turbados a su pesar en la muerte, se turban espontáneamente en la humildad. Por lo cual se dice a la Santa Iglesia sobre la prole conversa de los perseguidores: "Vendrán a ti encorvados los hijos de los que te humillaron" (Is. 60, 14).

4. La vida del hombre después del pecado es tránsito: de otro modo antes del pecado. Y bien sobre los pueblos que mueren no dice: Pasarán, sino "pasarán de largo" (pertransibunt), porque también viviendo temporalmente cada día tendemos al fin, y pasamos la vida presente como sometiendo un cierto camino. Esto mismo de que los que han de morir vivan, es como ir hacia la muerte. Y cuantos días de vida pasamos, como en un camino al lugar propuesto, a tantos pasos nos aproximamos. Pues los mismos aumentos son decrementos de los tiempos, porque los espacios de nuestra vida, en cuanto empezaron a ser, empiezan ya a no ser tales.

[Vet. II.] Primus vero homo ita conditus fuit, ut manente illo decederent tempora, ne cum temporibus ipse transiret. Stabat enim momentis decurrentibus, quia nequaquam ad vitae terminum per dierum incrementa tendebat. Stabat tanto robustius quanto semper stanti arctius inhaerebat. At ubi vetitum contigit, mox offenso creatore coepit ire cum tempore. Statu videlicet immortalitatis amisso, cursus eum mortalitatis absorbuit (Genes. III, 4). Et dum juventute ad senium, senio traheretur ad mortem, transeundo didicit stando quid fuit. Cujus nos quia de propagine nascimur, radicis amaritudinem quasi in virgulto retinemus. Nam quia ex illo originem ducimus, ejus cursum nascendo sortimur, ut eo ipso quotidiano momento quo vivimus incessanter a vita transeamus, et vivendi nobis spatium unde crescere creditur, inde decrescat. Quia ergo ad summam moriendi quotidie tendimus per incrementa vivendi, bene de morientibus nequaquam transibunt dicitur, sed pertransibunt, quia transeunt etiam dum vivunt, sed pertranseunt dum moriuntur: Sequitur.

Caput IV

[Rec. III].

Ibid.---Et auferent violentum absque manu.

5. Iniquos non praevisa Dei manus ad supplicium rapit.---Subaudis divina judicia. Absque manu vero auferent eum qui manu violentus fuit. Absque manu auferent, quia videlicet subito exitu urgente invisibiliter rapitur, qui visibiliter rapiebat. Vidit ipse quos rapuit, sed quis illum in morte rapiat non videt. Absque manu ergo violentus aufertur, quia et raptorem suum non intuetur, et tamen ducitur. Quem tanto sequitur districtior sententia, quanto peccanti ei magna est patientia prorogata, quia divina severitas eo iniquum acrius punit, quo diutius pertulit. Saepe vero evenit, ut dum peccatores superna clementia exspectat, in majorem cordis caecitatem prosiliant. Unde scriptum est: An ignoras, quia benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam et cor impoenitens, thesaurizas tibi iram in die irae, et revelationis justi judicii Dei (Rom. II, 4). Et ecce dum violentus quisque quos valuerit rapit, dum invalidos opprimit, et dum diu omne quod nequiter concupiscit exercet, quia non subito percutitur, sed ejus in finem poena differtur, nequissima ejus actio a Deo videri non creditur. Unde apte postquam ejus narravit interitum, illico de Domino adjungit, dicens:

CAPUT V.

[Vet. II.] Pero el primer hombre fue así creado que, permaneciendo él, decayeran los tiempos, para que él no pasara con los tiempos. Pues estaba firme mientras los momentos transcurrían, porque de ninguna manera tendía al término de la vida por el incremento de los días. Estaba tanto más robusto cuanto más estrechamente se adhería al que siempre está firme. Pero cuando ocurrió lo prohibido, pronto, ofendido el Creador, empezó a ir con el tiempo. Perdido el estado de la inmortalidad, el curso de la mortalidad lo absorbió (Gén. 3, 4). Y mientras por la juventud era arrastrado a la senectud, y por la senectud a la muerte, aprendió pasando qué fue estando firme. De cuya estirpe, porque nacemos, retenemos la amargura de la raíz como en un renuevo. Pues porque de él traemos el origen, su curso sorteamos al nacer, de modo que por ese mismo momento cotidiano en que vivimos incesantemente pasamos de la vida, y el espacio de vivir para nosotros, por donde se cree que crece, por ahí decrece. Porque pues a la suma de morir cotidianamente tendemos por los incrementos de vivir, bien sobre los que mueren de ninguna manera se dice pasarán, sino "pasarán de largo", porque pasan aun mientras viven, pero pasan de largo mientras mueren. Sigue.

CAPÍTULO IV.

Ibid.---Y quitarán al violento sin mano.

5. La mano de Dios no prevista arrebata a los inicuos al suplicio. Sobrentiende los juicios divinos. Sin mano ciertamente quitarán a aquel que fue violento con la mano. Sin mano lo quitarán, porque a saber por un súbito fin apremiante es invisiblemente arrebatado el que visiblemente arrebataba. Él mismo vio a los que arrebató, pero quién lo arrebata a él en la muerte no lo ve. Sin mano pues el violento es quitado, porque no contempla a su arrebatador, y sin embargo es llevado. Al cual sigue una sentencia tanto más estrecha cuanto gran paciencia le ha sido prorrogada al pecar, porque la divina severidad tanto más acremente castiga al inicuo cuanto más largamente lo toleró. Pues a menudo sucede que, mientras la clemencia suprema espera a los pecadores, estos prorrumpan en mayor ceguedad de corazón. Por lo cual está escrito: "¿Ignoras que la benignidad de Dios te conduce a la penitencia? Tú, empero, según tu dureza y corazón impenitente, atesoras para ti ira en el día de la ira, y de la revelación del justo juicio de Dios" (Rom. 2, 4). Y he aquí que mientras cualquier violento arrebata a los que puede, mientras oprime a los inválidos, y mientras largamente ejercita todo lo que inicuamente codicia, porque no es súbitamente herido, sino que su pena se difiere hasta el fin, no se cree que su nequísima acción sea vista por Dios. Por lo cual aptamente, después de haber narrado su interito, al punto añade sobre el Señor, diciendo:

CAPÍTULO V.

VERS. 21.---Oculi enim ejus super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat.

6. Stulte et impie peccator ex Dei patientia cogitat, sua flagitia aut non videri a Deo, aut approbari. Oculos aperiet poena, quos culpa clausit.---Tunc enim nequaquam considerare credebatur, quando violentus iste omne malum quod poterat inulte perpetrabat. Aestimabatur Deus injusti acta non cernere, quia differebat juste damnare; et magna ejus patientia quasi quaedam negligentia putabatur. Iniquus quoque ipse toties se in peccatis suis non videri a Deo credidit, quoties inulte peccavit. Cui per quemdam sapientem dicitur: Ne dicas, peccavi, et quid accidit mihi triste (Eccli. V, 4)? Emendare non vult nequitiam, pro qua dignam non pertulit poenam; et quo pie exspectatus est, eo est ad peccandum nequiter instigatus; et patientiae supernae longanimitatem despiciens, unde corrigere culpam suam debuit, inde cumulavit, sicut per eumdem Job dicitur: Dedit ei Deus locum poenitentiae, et ille abutitur eo in superbia (Job XXIV, 23). Saepe etiam, quia poenam quam meretur repente non suscipit, hoc ipsum Deo non aestimat displicere quod facit. [Vet. III.] Eat itaque nunc, et ad quaslibet blasphemias praesumendo prorumpat; voluptatum suarum nequitias impleat, aliena rapiat, innocentium oppressione satietur, et quia necdum percutitur, vias suas a Domino aut non videri aestimet, aut quod pejus est, approbari! Veniet profecto, veniet aeterna et repentina percussio; et tunc cognoscet a Deo cuncta conspici, quando se improviso exitu viderit pro cunctorum retributione damnari. Tunc in poena sua oculos aperiet, quos diu tenuit clausos in culpa. Tunc considerasse omnia verum judicem sentiet, quando malorum suorum meritum jam evadere sentiendo non possit. Iniquus ergo qui diu exspectatus est, idcirco est repente sublatus, quia oculi Domini super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat. Ac si diceret: Quia ea quae diu patienter conspicit, quandoque inulta non deserit. Nam ecce subito violentum rapuit, et mala ejus quae exspectando pertulit animadvertendo resecavit. Nemo igitur dicat humana facta Deum non cernere, cum iniquum quempiam iniquitates suas libere prospicit cumulare. Subito enim tollitur, qui diu toleratur.

VERS. 21.---Pues sus ojos están sobre los caminos de los hombres, y considera todos sus pasos.

6. Necia e impíamente el pecador piensa, por la paciencia de Dios, que sus flagrancias o no son vistas por Dios, o son aprobadas. La pena abrirá los ojos que la culpa cerró. Pues entonces de ninguna manera se creía que consideraba, cuando aquel violento perpetraba con impunidad todo el mal que podía. Se estimaba que Dios no discernía los actos del injusto, porque difería condenar justamente; y su gran paciencia era tomada por una cierta negligencia. El inicuo también él mismo tantas veces creyó no ser visto por Dios en sus pecados, cuantas veces pecó impunemente. Al cual se le dice por un cierto sabio: "No digas: Pequé, ¿y qué de triste me ha sucedido?" (Ecli. 5, 4). No quiere enmendar la nequicia por la que no padeció digna pena; y por lo que fue piadosamente esperado, por eso fue instigado a pecar nequísimamente; y despreciando la longanimidad de la paciencia suprema, de donde debió corregir su culpa, de allí la acumuló, como se dice por el mismo Job: "Dios le dio lugar de penitencia, y él abusa de él en la soberbia" (Job 24, 23). A menudo también, porque no recibe de repente la pena que merece, no estima que esto mismo que hace le desagrada a Dios. [Vet. III.] ¡Vaya pues ahora, y prorrumpa en cualesquiera blasfemias presumiendo; llene las nequicias de sus voluptuosidades, arrebate lo ajeno, sáciese con la opresión de los inocentes, y porque aún no es herido, estime que sus caminos o no son vistos por el Señor, o lo que es peor, son aprobados! Vendrá ciertamente, vendrá la percusión eterna y repentina; y entonces conocerá que todas las cosas son contempladas por Dios, cuando se vea condenado por un fin imprevisto por la retribución de todos. Entonces en su pena abrirá los ojos, que largamente mantuvo cerrados en la culpa. Entonces sentirá que el verdadero Juez ha considerado todas las cosas, cuando ya no pueda evadir sintiendo el mérito de sus males. El inicuo, pues, que largamente fue esperado, por eso fue de repente quitado, porque "los ojos del Señor están sobre los caminos de los hombres, y considera todos sus pasos". Como si dijera: Porque las cosas que largamente contempla con paciencia, alguna vez no las deja sin castigo. Pues he aquí que de repente arrebató al violento, y cercenó animadvirtiendo sus males que toleró esperando. Nadie, pues, diga que Dios no discierne los hechos humanos, cuando ve a cualquier inicuo acumular libremente sus iniquidades. Pues de repente es quitado el que largamente es tolerado.

7. Gressus hominis quos Deus considerat, qui sint.---Gressus vero hominum vocat, vel singulas operationes quibus innitimur, vel alternantes motus intimae cogitationis quibus quasi passibus, vel longe a Domino recedimus, vel pie Domino propinquamus. Ad Deum enim quasi tot gressibus mens accedit, quot bonis motibus proficit. Rursum tot gressibus longe fit, quot malis cogitationibus deterescit. Unde plerumque contingit ut necdum procedat in opere motus mentis, et tamen perfecta jam culpa sit ex ipso reatu cogitationis, sicut scriptum est: Manus in manu non erit innocens malus (Prov. XI, 21). Manus enim manui jungi solet, quando quiescit in otio, et nullus eam usus laboris exercet. Manus ergo in manu non erit innocens malus. Ac si diceret: Et cum manus cessat ab iniquo opere, malus tamen non est innocens per cogitationem. Quia ergo novimus quod districte omnia non solum facta, sed saltem cogitata pensentur, quid faciemus de incessu mali operis, si sic subtiliter Deus judicat gressus cordis? Ecce occulta mentis nostrae itinera nullus hominum videt, et tamen ante Dei oculos tot gressus ponimus quot affectus movemus. [Vet. IV.] Toties ante illum labimur quoties a recto itinere infirme cogitationis pede claudicamus. Nisi enim in conspectu ejus iste assiduus nostrarum mentium lapsus incresceret, per prophetam scilicet non clamaret: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis (Isai. I, 16). Haec nimirum dicens, vim coopertae nostrae malitiae quasi ferre se non posse testatur. Quae cooperta illi esse non potest, quia videlicet importune ejus conspectui ingeritur quidquid a nobis illicitum occulte cogitatur Omnia enim, sicut scriptum est, nuda et aperta sunt oculis ejus (Hebr. IV, 13). Unde hic quoque apte subjungitur:

Caput VI

[Rec. IV].

VERS. 22.---Non sunt tenebrae, et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.

8. Nemo judicio Dei qui nihil aut obliviscitur aut ignorat, absconditur.---Quid per tenebras, nisi ignorantiam, et quid per umbram mortis, nisi oblivionem studuit designare? De quorumdam quippe ignorantia dicitur: Tenebris obscuratum habentes intellectum (Ephes. IV, 18). Et rursum de oblivione quae in morte contingit scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum (Psal. CXLV, 4). Quia ergo per mortem funditus oblivioni traditur quidquid vivendo cogitatur, quasi quaedam umbra mortis oblivio est.

7. Cuáles sean los pasos del hombre que Dios considera. Llama pasos de los hombres, o bien a las singulares operaciones en que nos apoyamos, o bien a los alternantes movimientos de la íntima cogitación por los cuales, como por pasos, o nos alejamos de Dios, o nos aproximamos piadosamente al Señor. Pues hacia Dios accede el alma por tantos pasos, por cuantos aprovecha en buenos movimientos. Y al revés, se aleja por tantos pasos, por cuantos se deteriora con malas cogitaciones. Por lo cual frecuentemente sucede que aún no proceda en la obra el movimiento de la mente, y sin embargo sea ya perfecta la culpa por el mismo reato de la cogitación, como está escrito: "Mano en mano no será inocente el malo" (Prov. 11, 21). Pues la mano suele unirse a la mano cuando descansa en el ocio, y ningún uso de labor la ejercita. "Mano pues en mano no será inocente el malo". Como si dijera: Aun cuando la mano cesa de la obra inicua, el malo sin embargo no es inocente por la cogitación. Puesto que pues sabemos que estrechamente todas las cosas, no sólo los hechos, sino al menos las cogitaciones son sopesadas, ¿qué haremos del andar de la mala obra, si así sutilmente Dios juzga los pasos del corazón? He aquí que los ocultos caminos de nuestra mente ningún hombre los ve, y sin embargo ante los ojos de Dios ponemos tantos pasos cuantos afectos movemos. [Vet. IV.] Tantas veces caemos ante Él cuantas veces claudicamos del recto camino con el pie de la enferma cogitación. Pues si no creciera ante su vista este asiduo lapso de nuestras mentes, no clamaría por el profeta: "Quitad el mal de vuestras cogitaciones de mis ojos" (Is. 1, 16). Diciendo esto ciertamente, atestigua no poder soportar como la fuerza de nuestra encubierta malicia. La cual no le puede estar encubierta, porque a saber se ingiere importunamente a su vista lo que por nosotros ilícitamente se piensa ocultamente. Pues todas las cosas, como está escrito, "están desnudas y abiertas a sus ojos" (Heb. 4, 13). Por lo cual aquí también se subyunta aptamente:

CAPÍTULO VI.

VERS. 22.---No hay tinieblas, ni hay sombra de muerte, para que se escondan allí los que obran la iniquidad.

8. Nadie se esconde del juicio de Dios, el cual nada olvida ni ignora. ¿Qué estudió designar por las tinieblas, sino la ignorancia, y qué por la sombra de muerte, sino el olvido? De la ignorancia de algunos se dice: "Teniendo el intelecto oscurecido por las tinieblas" (Ef. 4, 18). Y de nuevo sobre el olvido que ocurre en la muerte está escrito: "En aquel día perecerán todas sus cogitaciones" (Sal. 145, 4). Porque pues por la muerte se entrega totalmente al olvido lo que se piensa viviendo, el olvido es como una cierta sombra de muerte.

Sicut enim agit mors interveniens non esse quod fuit in vita, ita interveniens agit oblivio non esse quod fuit in memoria. Recte itaque umbra ejus dicitur, quia velut de ipsa exprimitur, dum vim illius sopiendo sensus imitatur. Deus autem quia mala hominum nec cogitata ignorat, nec perpetrata obliviscitur, nisi ab ejus oculis poenitendo deleantur, congrue dictum est: Non sunt tenebrae et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Ac si diceret: Idcirco ejus judicio nullus absconditur, quia nullatenus potest aut non videre quod facimus, aut oblivisci quod videt.

9. Omnis mutabilitatis Deus est expers. Non homo, non angeli.---Quamvis intelligi tenebrae vel umbra mortis, etiam aliter possunt. Omnis namque immutatio velut quaedam mortis imitatio est. Id enim quod mutat quasi ab eo quod erat interficit, ut desinat esse quod fuit, et incipiat esse quod non fuit. Lumen igitur verum, creator videlicet noster, quia nulla mutabilis vicissitudine tenebrescit, nullis naturae suae defectibus obumbratur, sed ejus esse sine mutabilitate fulgere est, tenebrae vel umbra mortis dicitur ei non inesse. Unde alias scriptum est: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (Jac. I, 17). Et unde rursus Paulus apostolus dicit: Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem (I Tim. VI, 16). [Vet. V.] Sed cum cuncti noverimus quod et humana anima et angelici spiritus sint immortales instituti, cur ab Apostolo solus Deus immortalitatem habere perhibetur, nisi quia solus Deus vere non moritur, qui solus nunquam mutatur?

10. Humana quippe anima in lapsum non caderet, si mutabilis non fuisset; quae a paradisi quoque gaudiis expulsa, si mutabilis non esset, ad vitam nunquam rediret. In hoc ipso vero quod ad vitam redire nititur, defectus suos cogitur alternante semper mutabilitate tolerare. Quia ergo ex nihilo est condita ex se nihilominus infra se tendit, nisi ad boni desiderii statum artificis sui manu teneatur. Ex eo itaque quod creatura est, deorsum ire habet. Virtute namque propria in praeceps posse se ire considerat, sed ad creatorem suum amoris manu se retinet, ne cadat, quousque ad immutabilitatem transeat, et eo vere immortaliter, quo immutabiliter vivat.

11. Ipsi quoque angelici spiritus mutabiles ex natura sunt conditi, quatenus aut sua sponte caderent aut ex arbitrio starent. Sed quia humiliter elegerunt ei inhaerere, a quo creati sunt, hanc ipsam in se mutabilitatem suam standi jam immutabilitate vicerunt: ut hoc ipsum merito transcenderent, quod naturae suae ordine mutabilitati subesse potuissent. Quia ergo solius divinae naturae est umbras ignorantiae mutabilitatisque non perpeti, dicatur recte, Non sunt tenebrae, et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. [Vet. VI.]

Pues así como la muerte interviniente hace que no sea lo que fue en la vida, así el olvido interviniente hace que no sea lo que fue en la memoria. Rectamente pues se llama su sombra, porque como de ella se expresa, mientras imita su fuerza adormeciendo los sentidos. Dios, empero, porque ni ignora los males de los hombres pensados, ni olvida los perpetrados, a no ser que sean borrados de sus ojos haciendo penitencia, congruentemente se ha dicho: "No hay tinieblas, ni hay sombra de muerte, para que se escondan allí los que obran la iniquidad". Como si dijera: Por eso de su juicio nadie se esconde, porque de ninguna manera puede o no ver lo que hacemos, u olvidar lo que ve.

9. Dios es ajeno a toda mutabilidad. No el hombre, ni los ángeles. Aunque pueden entenderse las tinieblas o la sombra de muerte también de otro modo. Pues toda mutación es como una cierta imitación de la muerte. Pues aquello que muda es como muerto de aquello que era, para que deje de ser lo que fue, y comience a ser lo que no fue. La luz verdadera, pues, nuestro Creador, porque por ninguna vicisitud mutable se oscurece, por ningún defecto de su naturaleza se ensombrece, sino que su ser es resplandecer sin mutabilidad, se dice que no hay en Él tinieblas ni sombra de muerte. Por lo cual en otro lugar está escrito: "En el cual no hay transmutación, ni ensombrecimiento de vicisitud" (Sant. 1, 17). Y por lo cual de nuevo dice el apóstol Pablo: "El cual solo tiene la inmortalidad, y habita la luz inaccesible" (1 Tim. 6, 16). [Vet. V.] Pero sabiendo todos que tanto el alma humana como los espíritus angélicos fueron instituidos inmortales, ¿por qué por el Apóstol se afirma que sólo Dios tiene la inmortalidad, sino porque sólo Dios verdaderamente no muere, el cual solo nunca cambia?

10. El alma humana ciertamente no caería en el lapso, si no hubiera sido mutable; la cual también expulsada de los goces del paraíso, si no fuera mutable, nunca volvería a la vida. En esto mismo que se esfuerza por volver a la vida, es compelida a tolerar sus defectos por una mutabilidad siempre alternante. Porque pues de la nada fue creada, de suyo no obstante tiende bajo sí, si no es mantenida en el estado del buen deseo por la mano de su artífice. Por eso que es criatura, tiene el ir hacia abajo. Pues por la propia virtud considera poder irse de cabeza, pero se retiene a su Creador con la mano del amor, para no caer, hasta que pase a la inmutabilidad, y viva allí verdaderamente de modo inmortal, donde viva inmutablemente.

11. Los mismos espíritus angélicos fueron creados mutables por naturaleza, a fin de que o cayeran por su propia voluntad o estuvieran firmes por su arbitrio. Pero porque humildemente eligieron adherirse a Aquel por quien fueron creados, vencieron ya esta misma mutabilidad suya por la inmutabilidad del estar firmes: de modo que trascendieran por mérito esto mismo que, por el orden de su naturaleza, pudieron haber estado sujetos a la mutabilidad. Porque pues es propio de sola la naturaleza divina no padecer las sombras de la ignorancia y de la mutabilidad, dígase rectamente: "No hay tinieblas, ni hay sombra de muerte, para que se escondan allí los que obran la iniquidad". [Vet. VI.]

Lux enim aeterna, quae Deus est, quanto incommutabiliter fulget, tanto penetrabiliter videt; et neque occulta nescit, quia cuncta penetrat, neque penetrata obliviscitur, quia incommutabilis durat. Proinde quoties indignum aliquid corde concipimus, toties in luce peccamus, quia ipsa nobis et non sibi praesentibus praesto est, et perverse gradientes in ipsam impingimus, a qua per meritum longe sumus. Cum vero nos videri non credimus, in sole clausos oculos tenemus. Illum videlicet nobis abscondimus, non nos illi. Nunc ergo dum possumus, a conspectu aeterni judicis et male cogitata, et pejus perpetrata deleamus; revocemus ante oculos cordis quidquid perverse egimus per nequitiam praesumptionis. Nihil sibi nostra blandiatur infirmitas, atque in his quae recolit, semetipsam delicate non palpet, sed quanto sibi mali sit conscia, tanto in se benignius sit severa, proponat contra se futurum judicium, et quaeque in se sentit districte ferienda per sententiam judicis, haec in se pie feriat per poenitentiam conversionis. Unde apte postquam violenti hujus poena descripta est, sequitur:

Caput VII

[Rec. V].

VERS. 23.---Neque enim ultra in hominis potestate est ut veniat ad Deum in judicium.

12. Dei judicium praevenire debemus nosmetipsos judicando.---Versus iste tanto majore disputatione indiget, quanto hoc quod dicit, si negligitur, acrius dolet. Hic nimirum non illud judicium designatur, quod per aeternam retributionem punit, sed quod mente conceptum per conversationem diluit. Ad illud quippe venire non desiderat, quisquis se per illud damnari formidat. Dum ergo dicitur: Neque enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in judicium, profecto ostenditur esse quoddam judicium quod quandoque etiam a damnatis ac reprobis desideretur. Et quod est illud, nisi hoc, de quo Paulus apostolus dicit: Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur (I Cor. XI, 31)? et de quo per prophetam dicitur: Non est judicium in gressibus eorum (Isai. LIX, 8); et de quo David ait: Honor regis judicium diligit (Psal. XCVIII, 4); videlicet qui jam Deum honorat ex fide, sollicite judicet quid ei debeat in operatione. Unde rursum scriptum est: Judicare coram Domino, et exspecta eum (Job. XXXV, 14). Coram Domino scilicet judicatur, qui corde Dominum conspicit, et actus suos sub ejus praesentia, sollicita inquisitione discernit. Quem tanto quis securius exspectat, quanto quotidie vitam suam suspectus examinat. Qui enim ad extremum ejus judicium venit, non jam coram illo, sed ab illo judicatur. De hoc quoque mentis judicio obliviscenti animae per prophetam Dominus dicit: Reduc me in memoriam, ut judicemur simul; narra si quid habes, ut justificeris (Isai. XLIII, 26).

Pues la Luz eterna, que es Dios, cuanto inmutablemente resplandece, tanto penetrablemente ve; y ni ignora lo oculto, porque todo lo penetra, ni olvida lo penetrado, porque permanece inmutable. Por tanto, cuantas veces concebimos algo indigno en el corazón, tantas veces pecamos en la luz, porque ella está presente para nosotros y no para sí, y caminando perversamente tropezamos en ella, de la cual por el mérito estamos lejos. Mas cuando no creemos ser vistos, en el sol mantenemos los ojos cerrados. A Él ciertamente nos lo escondemos a nosotros, no nosotros a Él. Ahora pues, mientras podemos, de la vista del Juez eterno borremos tanto lo mal pensado como lo peor perpetrado; revoquemos ante los ojos del corazón cuanto perversamente hicimos por la nequicia de la presunción. Nada se lisonjee nuestra flaqueza, y en aquellas cosas que recuerda, no se acaricie delicadamente a sí misma, sino que cuanto de mal es consciente para sí, tanto sea en sí más benignamente severa, proponga contra sí el juicio futuro, y las cosas que siente en sí que han de ser heridas estrechamente por la sentencia del Juez, estas hiera en sí piadosamente por la penitencia de la conversión. Por lo cual aptamente, después de haber sido descrita la pena de este violento, sigue:

CAPÍTULO VII.

VERS. 23.---Pues no está ya en la potestad del hombre que venga a Dios en juicio.

12. Debemos prevenir el juicio de Dios juzgándonos a nosotros mismos. Este versículo necesita tanto de mayor disputa, cuanto esto que dice, si se descuida, más acremente duele. Aquí ciertamente no se designa aquel juicio que castiga por la retribución eterna, sino el que, concebido en la mente, se diluye por la conversación. Pues a aquel no desea venir quienquiera que teme ser condenado por él. Mientras pues se dice: "Pues no está ya en la potestad del hombre que venga a Dios en juicio", ciertamente se muestra que hay un cierto juicio que alguna vez aun por los condenados y réprobos sea deseado. ¿Y cuál es aquel, sino este, sobre el cual dice el apóstol Pablo: "Si nosotros mismos nos juzgáramos, ciertamente no seríamos juzgados" (1 Cor. 11, 31)? y sobre el cual se dice por el profeta: "No hay juicio en sus pasos" (Is. 59, 8); y sobre el cual dice David: "El honor del rey ama el juicio" (Sal. 98, 4); a saber, el que ya honra a Dios por la fe, juzgue solícitamente qué le debe en la operación. Por lo cual de nuevo está escrito: "Juzga ante el Señor, y espéralo" (Job 35, 14). Ante el Señor ciertamente es juzgado quien en el corazón contempla al Señor, y discierne sus actos bajo su presencia con solícita inquisición. Al cual tanto más seguramente uno espera, cuanto diariamente examina su vida sospechoso. Pues el que viene a su extremo juicio, ya no ante Él, sino por Él es juzgado. Sobre este juicio de la mente también, al alma que olvida, le dice el Señor por el profeta: "Tráeme a la memoria, para que seamos juzgados juntos; narra si algo tienes, para que seas justificado" (Is. 43, 26).

13. Judicii hujus ordo. Accusat conscientia, ratio judicat, timor ligat, dolor cruciat.---Debet enim uniuscujusque mens et causas suas apud Dominum, et causas Domini contra se sollicita inquisitione discutere; debet caute pensare, vel quae ab eo bona perceperit, vel quae mala bonis illius perverse vivendo responderit. Quod electi quidem quotidie facere omnino non cessant. Unde bene Salomon ait: Cogitationes justorum, judicia (Prov. XII, 5). Accedunt enim ad secretarium judicis intra sinum cordis: considerant quam districte quandoque feriat qui diu patienter exspectat; metuunt in his quae se egisse meminerunt, et puniunt flendo quod perpetrasse se intelligunt; timent subtilia Dei judicia, etiam de his quae in semetipsis intelligere fortasse non possunt. Vident enim videri divinitus quod ipsi in se per humanitatem non vident; conspiciunt districtum judicem, qui quo tardius venit, eo severius percutit. Sanctorum etiam patrum residere conventum cum eo pariter contemplantur, eorumque vel exempla, vel dicta se contempsisse reprehendunt, atque in hoc secreto interioris judicii, ipsa mentis suae exsecutione constricti, poenitendo feriunt quod superbiendo commiserunt. Ibi namque adversum se quidque se impugnat, enumerant: ibi ante oculos suos omne quod defleant, coacervant; ibi quidquid per iram districti judicis decerni possit, intuentur; ibi tot patiuntur supplicia, quot pati timent; nec deest in hoc judicio mente cencepto omne ministerium, quod punire reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod judicium eo certius punit, quo interius saevit, quia videlicet ab exterioribus non accedit. Unusquisque enim cum causam hujus examinis contra se aggredi coeperit, ipse est actor qui exhibet, ipse reus qui exhibetur; odit se qualem fuisse se meminit, et ipse qui est, per semetipsum insequitur illum qui fuit, atque ab ipso homine adversus semetipsum fit quaedam rixa in animo, parturiens pacem cum Deo. Hanc cordis rixam Dominus requirebat, cum per prophetam diceret: Attendi et auscultavi, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat poenitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci (Jerem. VIII, 6)? Ista cordis humani rixa placatus est, cum prophetae suo de Achab rege semetipsum reprehendente loqueretur, dicens: Vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus (III Reg. XXI, 29).

13. El orden de este juicio. La conciencia acusa, la razón juzga, el temor liga, el dolor tortura. Pues debe el alma de cada uno discutir con solícita inquisición tanto sus causas ante el Señor, como las causas del Señor contra sí misma; debe pesar cautamente tanto los bienes que de Él percibió, como los males con que respondió a sus bienes viviendo perversamente. Lo cual ciertamente los electos no cesan de hacer cotidianamente en absoluto. Por lo cual bien dice Salomón: "Las cogitaciones de los justos, juicios" (Prov. 12, 5). Pues acceden al secretario del juez dentro del seno del corazón: consideran cuán estrechamente herirá alguna vez quien largamente espera con paciencia; temen en las cosas que recuerdan haber hecho, y castigan llorando lo que entienden haber perpetrado; temen los sutiles juicios de Dios, aun sobre aquellas cosas que en sí mismos tal vez no pueden entender. Pues ven que se ve divinamente lo que ellos en sí no ven por la humanidad; contemplan al juez estrecho, que cuanto más tarde viene, tanto más severamente hiere. Contemplan paritariamente con Él el convento de los santos padres que reside, y se reprenden de haber despreciado o sus ejemplos o sus dichos, y en este secreto del juicio interior, constreñidos por la misma ejecución de su mente, hieren arrepintiéndose lo que cometieron ensoberbeciéndose. Pues allí todo lo que los impugne se enumera contra ellos: allí amontonan ante sus ojos todo lo que lloren; allí intuyen cuanto pueda decretarse por la ira del juez estrecho; allí padecen tantos suplicios cuantos temen padecer; ni falta en este juicio concebido en la mente todo el ministerio que deba castigar más plenamente a sus reos. Pues la conciencia acusa, la razón juzga, el temor liga, el dolor excrucia. El cual juicio tanto más ciertamente castiga cuanto más interiormente se ensaña, porque a saber no accede de las cosas exteriores. Pues cada uno, cuando ha comenzado a emprender la causa de este examen contra sí mismo, él mismo es el actor que exhibe, él mismo el reo que es exhibido; se odia a sí mismo tal cual recuerda haber sido, y él mismo que es, persigue por sí mismo a aquel que fue, y por el mismo hombre contra sí mismo se hace una cierta riña en el alma, parturiendo la paz con Dios. Esta riña del corazón requería el Señor, cuando decía por el profeta: "Atendí y escuché, nadie habla lo que es bueno, ninguno hay que haga penitencia sobre su pecado, diciendo: ¿Qué hice?" (Jer. 8, 6). Por esta riña del corazón humano fue aplacado, cuando hablaba a su profeta sobre el rey Acab reprendiéndose a sí mismo, diciendo: "¿Viste a Acab humillado ante mí? Puesto que pues se ha humillado por mi causa, no induciré el mal en sus días" (3 Rey. 21, 29).

14. Hoc judicium quod mali declinant, justi semper exercent, quam utiliter subeamus. Sic a peccati vetustate renovamur.---Quia ergo nunc in potestate est internum mentis nostrae contra nos subire judicium, recognoscendo accusemus nosmetipsos, et quales fuimus poenitendo torqueamus; non cessemus dum licet judicare quod fecimus, audiamus caute quod dicitur: Neque enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in judicium. Reproborum namque esse proprium solet, semper prava agere, et nunquam quae egerint retractare. Omne enim quod faciunt caeca mente pertranseunt, factumque suum nisi cum puniti fuerint, non agnoscunt. At contra electorum est actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutere, et omne quod turbidum profluit ab intimis exsiccare [Vet. VII]. Sicut enim non sentimus quomodo crescunt membra, proficit corpus, mutatur species, nigredo capillorum albescit in canis (haec quippe omnia nobis nescientibus aguntur in nobis), ita mens nostra per momenta vivendi ipso curarum usu a semetipsa permutatur, et non agnoscimus, nisi vigilanti custodia ad interiora nostra residentes, provectus nostros quotidie defectusque pensemus. Hoc ipsum enim in hac mortali vita consistere, quasi ad vetustatem ire est, et cum indiscussa mens relinquitur, in quodam senio torporis sopitur, quia sui negligens, propositum robur insensibiliter perdens, a forma prioris fortitudinis dum nescit senescit. Unde et per prophetam sub Ephraim specie dicitur: Comederunt alieni robur ejus, et nescivit; sed et cani effusi sunt in eo, et ipse ignoravit (Oseae II, 9). Cum vero semetipsam quaerit, et subtiliter poenitendo se discutit, ab ipsa hac vetustate sua lota lacrymis et moerore incensa renovatur, et quae jam pene inveterata frixerat, per subministrata interni amoris studia novum calet. Unde Paulus apostolus usu mortalis vitae veterascentes discipulos admonet, dicens: Renovamini spiritu mentis vestrae (Ephes. IV, 23).

[Rec. VII.] 15. Ut hoc agamus, nos admonent exempla SS. Patrum et divina praecepta.---Sed ad haec agenda valde exempla patrum et sacri eloquii praecepta nos adjuvant. Si enim sanctorum opera inspicimus, et divinis jussionibus aurem praebemus, alia nos contemplata, alia audita succendunt, et cor nostrum torpore non constringitur, dum imitatione provocatur. Unde bene ad Moysen dicitur: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subjiciens mane lingua per singulos dies (Levit. VI, 12).

14. Este juicio que los malos declinan, los justos siempre lo ejercitan, cuán útilmente lo subamos. Así nos renovamos de la vetustez del pecado. Porque pues ahora está en nuestra potestad el subir el juicio interno de nuestra mente contra nosotros, reconociendo acusemos a nosotros mismos, y a tales cuales fuimos arrepintiéndonos atormentemos; no cesemos mientras se permite juzgar lo que hicimos, escuchemos cautamente lo que se dice: "Pues no está ya en la potestad del hombre que venga a Dios en juicio". Pues suele ser propio de los réprobos el siempre hacer cosas perversas, y nunca retractar las que hicieron. Pues todo lo que hacen lo pasan con mente ciega, y su hecho no lo reconocen sino cuando hubieren sido castigados. Pero al contrario es de los electos el discutir sus actos cotidianamente desde la misma fuente de la cogitación, y todo lo que fluye turbio desde lo íntimo desecarlo. Pues así como no sentimos cómo crecen los miembros, aprovecha el cuerpo, se muda la especie, la negrura de los cabellos encanece en canas (estas cosas ciertamente todas se hacen en nosotros sin que lo sepamos), así nuestra mente por los momentos del vivir por el mismo uso de las preocupaciones se permuta de sí misma, y no lo reconocemos sino residiendo en lo interior con vigilante custodia, pesando cotidianamente nuestros provechos y defectos. Esto mismo de consistir en esta vida mortal, es como ir hacia la vetustez, y cuando el alma no discutida se deja, se adormece en una cierta senectud de torpor, porque negligente de sí, perdiendo insensiblemente el robo propuesto, de la forma de la prioridad de la fortaleza mientras no lo sabe envejece. Por lo cual también por el profeta bajo la especie de Efraín se dice: "Comieron los extraños su fortaleza, y no lo supo; pero también se esparcieron canas en él, y él mismo lo ignoró" (Os. 7, 9). Mas cuando se busca a sí misma, y sutilmente arrepintiéndose se discute, desde esta misma vetustez suya lavada con lágrimas e incensa por el dolor se renueva, y la que ya casi inveterada se había enfriado, por los subministrados estudios del amor interno se enciende. Por lo cual el apóstol Pablo amonesta a los discípulos que envejecen por el uso de la vida mortal, diciendo: "Renovaos en el espíritu de vuestra mente" (Ef. 4, 23).

15. Para que hagamos esto, nos amonestan los ejemplos de los Santos Padres y los preceptos divinos. Pero para hacer estas cosas mucho nos ayudan los ejemplos de los padres y los preceptos del sacro elocuio. Pues si inspeccionamos las obras de los santos, y prestamos oído a las divinas mandas, unas cosas contempladas, otras oídas nos encienden, y nuestro corazón no se constriñe por el torpor, mientras por la imitación es provocado. Por lo cual bien se dice a Moisés: "El fuego en el altar siempre arderá, al cual nutrirá el sacerdote, subyaciendo leña por la mañana cada día" (Lev. 6, 12).

Altare quippe Dei est cor nostrum, in quo jubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad Dominum charitatis flammam indesinenter ascendere. Cui per singulos dies sacerdos ligna subjiciat, ne exstinguatur. Omnis enim Christi fide praeditus membrum utique summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis fidelibus Petrus apostolus dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotium (I Pet. II, 9). Et sicut Joannes apostolus dicit: Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes (Apoc. II, 6). Sarcerdos ergo in altari ignem nutriens, quotidie ligna subjiciat, id est fidelis quisque, ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo tam exempla praecedentium quam sacrae Scripturae testimonia congerere non desistat. Nam quasi quaedam fomenta igni dare est in excitatione charitatis vel exempla patrum vel praecepta dominica ministrare. Quia etenim interna novitas nostra ipsa quotidie hujus vitae conversatione veterascit, ignis iste adhibitis lignis nutriendus est, ut dum per usum se nostrae vetustatis extenuat, per patrum testimonia et exempla reviviscat. Et bene illic praecipitur ut mane ligna per dies singulos congerantur. Haec quippe non fiunt, nisi cum nox caetitatis exstinguitur. Vel certe quia mane prima pars diei est, postpositis cogitationibus vitae praesentis, hoc primo loco quisque fidelium cogitet, ut quod in se jamjamque quasi deficit, quibus valet nisibus studium charitatis inflammet. Ignis enim iste in altari Domini, id est in corde nostro citius exstinguitur, nisi solerter adhibitis exemplis patrum et dominicis testimoniis reparetur.

16. Ita charitatis igne succensi, holocaustum Deo sumus. Bene autem illic subjungitur: Et imposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum (Levit. VI, 12). Nam quisquis in se ignem hunc charitatis accendit, semetipsam utique holocaustum desuper imponit, quia omne vitium quod in se male vivebat exurit. Cum enim cogitationum suarum interna considerat, et vitam reprobam per immutationis gladium nactat, in ara se sui cordis imposuit, et igne charitatis incendit. De qua hostia pacificorum adipes redolent, quia interna novae charitatis impinguatio pacem inter nos et Deum faciens, odorem de nobis suavissimum reddit. Quia vero eadem charitas in cordibus electorum inexstinguibilis manet, apte illic subditur: Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari (Ibid., 13). Nunquam profecto de altari ignis iste deficiet, quia etiam post hanc vitam eorum mentibus fervor charitatis accrescit. Aeterna quippe contemplatione agitur, ut omnipotens Deus quo magis visus fuerit, eo amplius diligatur.

Pues el altar de Dios es nuestro corazón, en el cual se manda que el fuego siempre arda, porque es necesario que desde él ascienda incesantemente al Señor la llama de la caridad. Al cual cada día el sacerdote subyazga leña, para que no se extinga. Pues todo el que está dotado de la fe de Cristo se ha hecho ciertamente miembro del sumo sacerdote, como dice a todos los fieles el apóstol Pedro: "Mas vosotros sois linaje elegido, real sacerdocio" (1 Pe. 2, 9). Y como dice el apóstol Juan: "Nos hiciste para nuestro Dios reino y sacerdotes" (Apoc. 5, 10). El sacerdote pues nutriendo el fuego en el altar, subyazga leña diariamente, esto es, cada fiel, para que no falte en él la llama de la caridad, no desista de congregar en su corazón tanto los ejemplos de los precedentes como los testimonios de la sagrada Escritura. Pues dar como ciertos fomentos al fuego es suministrar en la excitación de la caridad o los ejemplos de los padres o los preceptos dominicos. Porque pues nuestra novedad interna misma diariamente por la conversación de esta vida envejece, este fuego ha de ser nutrido con leños aplicados, para que mientras por el uso se extenúa de nuestra vetustez, por los testimonios y ejemplos de los padres reviva. Y bien allí se preceptúa que por la mañana la leña cada día sea congregada. Esto ciertamente no se hace, sino cuando la noche de la ceguedad se extingue. O ciertamente porque la mañana es la primera parte del día, pospuestas las cogitaciones de la vida presente, esto en primer lugar piense cada uno de los fieles, para que lo que en sí ya casi como que falta, con qué esfuerzos pueda inflame el estudio de la caridad. Pues este fuego en el altar del Señor, esto es en nuestro corazón, más pronto se extingue, si no se repara solícitamente con los ejemplos de los padres y los testimonios dominicos aplicados.

16. Así encendidos por el fuego de la caridad, somos holocausto para Dios. Bien empero allí se subyunta: "E impuesto el holocausto encima adolecerá las grasas de los pacíficos" (Lev. 6, 12). Pues quienquiera que en sí enciende este fuego de la caridad, se impone ciertamente a sí mismo como holocausto encima, porque todo vicio que en sí mal vivía lo quema. Pues cuando considera lo interno de sus cogitaciones, y mata la vida réproba por el gladio de la inmutación, se impuso en el ara de su corazón, y lo encendió con el fuego de la caridad. De cuya hostia las grasas de los pacíficos huelen, porque la interna impinguación de la nueva caridad haciendo la paz entre nosotros y Dios, devuelve de nosotros un olor suavísimo. Pero porque la misma caridad en los corazones de los electos permanece inextinguible, aptamente allí se subyunta: "Fuego es este perpetuo, que nunca faltará del altar" (Ibíd. 13). Nunca ciertamente del altar este fuego faltará, porque aun después de esta vida a sus mentes crece el fervor de la caridad. Pues por la eterna contemplación se hace que Dios omnipotente cuanto más fuere visto, tanto más sea amado.

[Vet. VIII.] 17. Divinis praeceptis et sanctorum exemplis adjuti, libertatem consequimur.---Quod autem divinis admonitionibus et praecedentium exemplis adjuti de hujus vitae profundo liberamur, bene etiam propheta Jeremia in puteum misso signatum est, qui ut levetur ex puteo, funes ad eum et panni veteres deponuntur (Jerem. XXXVIII, 11). Quid enim funibus nisi praecepta dominica figurantur? Quae quia nos in mala operatione positos, et convinciunt, et eripiunt, quasi ligant et trahunt, coarctant et levant. Sed ne ligatus his funibus dum trahitur incidatur, simul etiam panni veteres deponuntur, quia ne divina praecepta nos terreant, antiquorum patrum nos exempla confortant, et ex eorum comparatione facere nos posse praesumimus, quod ex nostra imbecillitate formidamus. Si ergo levari de hoc profundo festinamus, ligemur funibus, id est praeceptis dominicis astringamur. Intersint etiam panni veteres, cum quibus melius teneantur funes; id est, praecedentium confortemur exemplis, ne infirmos nos ac timidos praecepta subtilia vulnerent dum levant. Quasi quosdam pannos veteres Paulus apostolus subjungebat, cum levandis discipulis suis praeceptis spiritalibus exempla veterum commodaret, dicens: Justi ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt (Hebr. XI, 36). Et paulo post: Habentes itaque tantam impositam nubem testium, deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen (Hebr. XII, 1). Et iterum: Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei; quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem (Hebr. XIII, 7). Superius videlicet, dum spiritalia praecepta loqueretur, quasi funes miserat, postmodum vero memorans exempla majorum, quasi veteres pannos adhibebat.

18. A rebus exterioribus ad cor redeundum.---Excitati ergo tot vocibus praeceptorum, adjuti tot comparationibus exemplorum, ad corda nostra redeamus, discutiamus omne quod agimus, et quidquid in nobis divinae rectitudinis regulam offendit, accusemus, ut apud districtum judicem ipsa nos accusatio excuset. In hoc enim mentis nostrae judicio tanto citius absolvimur, quanto nos districtius reos tenemus. Nec ad haec agenda praetermittenda sunt tempora, quibus vacat, quia ad haec agenda post hujus vitae tempora non vacat.

17. Ayudados por los preceptos divinos y los ejemplos de los santos, conseguimos la libertad. Lo que empero ayudados por las amonestaciones divinas y los ejemplos de los precedentes somos librados de lo profundo de esta vida, bien también por el profeta Jeremías puesto en el pozo está significado, el cual para que sea levantado del pozo, se le bajan sogas y trapos viejos (Jer. 38, 11). ¿Qué pues por las sogas sino los preceptos dominicos se figuran? Los cuales porque a nosotros puestos en la mala operación, tanto nos convencen como nos arrebatan, y como que nos ligan y nos atraen, nos coartan y nos levantan. Pero para que ligado por estas sogas mientras es atraído no se corte, simultáneamente también se bajan trapos viejos, porque para que los preceptos divinos no nos aterren, los ejemplos de los antiguos padres nos confortan, y por la comparación de ellos presumimos poder nosotros hacer lo que por nuestra imbecilidad tememos. Si pues nos apresuramos a ser levantados de este profundo, liguémonos con sogas, esto es, con los preceptos dominicos constriñámonos. Intervengan también trapos viejos, con los cuales mejor se mantengan las sogas; esto es, de los precedentes confortémonos con los ejemplos, para que a nosotros enfermos y temerosos los preceptos sutiles no nos vulneren mientras nos levantan. Como unos trapos viejos el apóstol Pablo subyuntaba, cuando para levantar a sus discípulos acomodaba a los preceptos espirituales los ejemplos de los antiguos, diciendo: "Los justos experimentaron ludibrios y azotes, además de vínculos y cárceles: fueron apedreados, fueron aserrados, fueron tentados, murieron por la occisión del gladio" (Heb. 11, 36). Y poco después: "Teniendo pues tanta nube de testigos impuesta, deponiendo todo peso y el pecado que nos circunda, por la paciencia corramos al certamen que se nos ha propuesto" (Heb. 12, 1). Y de nuevo: "Acordaos de vuestros prepósitos, que os hablaron la palabra de Dios; cuya fe imitad, intuyendo el fin de su conversación" (Heb. 13, 7). Arriba ciertamente, mientras hablaba los preceptos espirituales, como unas sogas había enviado, pero después recordando los ejemplos de los mayores, como unos trapos viejos aplicaba.

18. De las cosas exteriores se ha de volver al corazón. Ayudados pues por tantas voces de los preceptos, asistidos por tantas comparaciones de los ejemplos, volvamos a nuestros corazones, discutamos todo lo que hacemos, y cualquier cosa que en nosotros ofenda la regla de la rectitud divina, acusémosla, para que ante el Juez estrecho (districtum judicem) la misma acusación nos excuse. En este juicio pues de nuestra mente tanto más pronto somos absueltos, cuanto más estrechamente nos tenemos por reos. Ni para hacer estas cosas se han de omitir los tiempos en que se tiene lugar, porque para hacer estas cosas después de los tiempos de esta vida no hay lugar.

Vacue quippe non dicitur: Neque enim ultra in hominis potestate est ut veniat ad Deum in judicium. Idcirco namque memoramur quod tunc non possumus, ne nunc quod possumus negligamus. Sed ecce negotia occupant quae nobis incessanter apposita a considerandis nobismetipsis mentis nostrae oculum declinant. In istis namque visibilibus quae intuetur cor nostrum extra se spargitur, et quid de se intrinsecus agatur obliviscitur dum extrinsecus occupatur. Divina autem vox terribilibus sententiis suis quasi quibusdam clavis illud pungit ut evigilet, ut homo occulta super se judicia quae pressus torpore dissimulat, terrore saltem pulsatus expavescat. Ut enim superius diximus, ipso usu vitae veteris mens male assueta deprimitur, et in haec quae spectat exterius quasi dormiens sopitur: quae postquam semel se ad appetenda visibilia foras fudit, a contemplandis invisibilibus intus evanuit. Unde nunc necesse est ut quae per visibilia spargitur de invisibilibus judiciis feriatur; et quia in iis se exterioribus male delectata prostravit, saltem percussa requirat quod deseruit. Ecce autem Scriptura sacra terrore quodam torpentia corda transfigit, ne in his inhaereant quae exterius defluunt, sed quae interius aeterna perdiderunt. Indicat quid sententia occulta decernitur, ne immoderate a nobis haec publica cogitentur. Dicit quid super nos agatur de nobis, ut ab hoc publico temporalitatis colligamus oculum cordis ad secretum internae dispositionis. [Vet. IX.] Nam postquam multa narrata sunt de poena malorum, subito infertur occultum judicium, quod pie super nos justeque disponitur, quomodo alii perdunt quod tenere videbantur, et alii accipiunt quod alii ex meritis perdunt. Ait enim:

CAPUT VIII.

VERS. 24. Conteret multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eis. 19. Alii perdunt quod tenere videbantur, alii prius perditum recipiunt. In exteriora respui reprobationis signum; sicut praedestinationis, ad interiora trahi.---Hoc quotidie agitur. Sed quia adhuc finis partium utrarumque non cernitur, minus timetur. Nunquam enim culpam suam reprobi nisi in poena cognoscunt. Et quia poena differtur, culpa despicitur. Labuntur vero a statu justitiae, et locum vitae, illis cadentibus, alii sortiuntur. Sed eo lapsum suum negligunt, quo interitum qui se in aeternum maneat non attendunt.

En vano ciertamente no se dice: "Ni ya más está en la potestad del hombre que venga a Dios a juicio". Por eso pues se nos recuerda lo que entonces no podemos, para que ahora lo que podemos no lo descuidemos. Pero he aquí que los negocios nos ocupan, los cuales incesantemente aplicados a nosotros, desvían el ojo de nuestra mente de considerarnos a nosotros mismos. En estas cosas pues visibles que intuye, nuestro corazón fuera de sí se esparce, y de lo que de sí intrínsecamente se hace se olvida mientras extrínsecamente se ocupa. Mas la voz divina con sus terribles sentencias como con unos clavos lo punza para que despierte, para que el hombre, golpeado al menos por el terror, se espante de los ocultos juicios sobre sí que, oprimido por el torpor, disimula. Pues como arriba dijimos, por el mismo uso de la vida vieja la mente mal habituada se deprime, y en estas cosas que contempla exteriormente como durmiendo se adormece: la cual después que una vez se derramó fuera para apetecer las cosas visibles, se desvaneció de contemplar las cosas invisibles por dentro. Por lo cual ahora es necesario que la que por lo visible se esparce, de los invisibles juicios sea herida; y porque en estas cosas exteriores mal deleitada se postró, al menos golpeada busque lo que desertó. Mas he aquí que la Sagrada Escritura con cierto terror transfixiona los corazones torpes, para que no se adhieran a estas cosas que exteriormente fluyen, sino a las eternas que interiormente perdieron. Indica qué por la sentencia oculta se decreta, para que inmoderadamente por nosotros estas cosas públicas no se piensen. Dice qué sobre nosotros se hace de nosotros, para que de este público de la temporalidad recojamos el ojo del corazón al secreto de la disposición interna. [Vet. IX.] Pues después que muchas cosas se han narrado de la pena de los malos, súbitamente se introduce el oculto juicio, que piadosa y justamente sobre nosotros se dispone, de cómo unos pierden lo que tener parecían, y otros reciben lo que otros por sus méritos pierden. Dice pues:

CAPÍTULO VIII.

VERS. 24. Conteret multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eis. 19. Unos pierden lo que tener parecían, otros reciben lo perdido anteriormente. El ser repelido a lo exterior es signo de reprobación; como el ser atraído a lo interior, de predestinación. Esto se hace diariamente. Pero porque todavía no se ve el fin de ambas partes, menos se teme. Pues nunca los réprobos conocen su culpa sino en la pena. Y porque la pena se difiere, la culpa se desprecia. Caen empero del estado de justicia, y el lugar de la vida, al caer ellos, otros lo obtienen por suerte. Pero en tanto descuidan su caída, en cuanto no atienden el interito que les espera en la eternidad.

Si enim ad illud quod illic passuri sunt oculos suos mitterent, hoc quod hic faciunt timerent. Cunctis autem liquet quod in illa extrema requisitione examen publicum facturus est omnipotens Deus, ut alios ad tormenta deserat, alios ad participationem regni coelestis admittat. Sed hoc nunc secreto judicio quotidie agitur, quod tunc publico demonstratur. Nam juste ac misericorditer singulorum corda vel examinans, vel disponens, alios in exteriora respuit, alios ad ea quae sunt intrinsecus trahit; hos accendit interna appetere, illos pro voluptatibus suis deserit exteriora cogitare; horum mentem ad superna erigit, illorum superbiam in infimis desideriis mergit. Aliena autem corda humanis oculis clausa sunt, et nescitur qui repellitur, quia penetrari nequeunt quae ab unoquoque cogitantur. Nam saepe corde perverso necdum processit usque ad effectum operis deliberatio cogitationis, et adhuc fortasse per habitum intus astringitur, qui jam mente foris vagatur. Sed talis quilibet iste tunc ante oculos interni judicis cecidit, cum ab appetendis interioribus per desiderium exivit. Nonnunquam vero alii post malae operationis usum ad spem coelestem subito amore reviviscunt; et qui in perversa actione se sparserant, ad sinum internae retractationis semetipsos increpando recolligunt. Hos adhuc respicientes homines quales dudum in opere noverant, tales putant. At contra illi per districtae considerationis examen vitam suam qualem fuisse recolunt insequuntur, sciturque quid fuerint, sed quid jam coeperint esse nescitur. In hoc ergo utroque genere hominum saepe contingit ut et ii qui videntur stare humano judicio jam in conspectu aeterni judicis jaceant; et qui adhuc coram hominibus jacent, jam in conspectu aeterni judicis stent. Quis enim hominum aestimare potuisset Judam vivendi sortem etiam post ministerium apostolatus amittere (Luc. XXIII, 40)? Et quis e contra latronem crederet causam vitae etiam in ipso articulo mortis invenire? Occultus autem judex praesidens, et utrorumque corda discernens, alterum pie statuit, alterum juste confregit. Illum districte exterius repulit, hunc introrsus misericorditer traxit. Unde bene etiam per prophetam casuros alios passionis suae tempore atque alios resurrecturos annuntians, ait: Potum meum cum fletu temperabam (Psal. CI, 10). Potus quippe ab exterioribus interius trahitur, fletus autem ab interioribus exterius emanat. Potum ergo Domino cum fletu temperare est alios ab exterioribus introrsus trahere, alios ab interioribus in exteriora reprobare. [Vet. X, Rec. VIII.] Conteret ergo multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eis.

Pues si a aquello que allí han de padecer enviaran sus ojos, esto que aquí hacen temerían. A todos empero es claro que en aquella extrema requisición examen público ha de hacer Dios omnipotente, para dejar a unos para los tormentos, y admitir a otros a la participación del reino celestial. Pero esto ahora por secreto juicio diariamente se hace, lo que entonces por público se demuestra. Pues justa y misericordiosamente los corazones de cada uno o examinando o disponiendo, a unos a lo exterior repele, a otros a aquellas cosas que son intrínsecas atrae; a estos enciende a apetecer lo interno, a aquellos por sus voluptuosidades deja pensar lo exterior; de estos la mente a lo superno erige, de aquellos la soberbia en los ínfimos deseos sumerge. Los corazones ajenos empero a los ojos humanos están cerrados, y no se sabe quién es repelido, porque penetrarse no pueden las cosas que por cada uno se piensan. Pues a menudo en el corazón perverso aún no procedió hasta el efecto de la obra la deliberación del pensamiento, y aún tal vez por el hábito dentro está ligado quien ya por la mente fuera vaga. Pero tal cualquiera de estos entonces ante los ojos del Juez interno cayó, cuando de apetecer lo interior por el deseo salió. No pocas veces empero otros después del uso de la mala operación a la esperanza celestial por súbito amor reviven; y quienes en la perversa acción se habían esparcido, al seno de la interna retractación increpándose se recogen. A estos aún mirando los hombres tales cuales antaño en la obra los conocidos, tales los piensan. Mas al contrario, aquellos por el examen de la estrecha consideración su vida tal cual fue la recuerdan y la persiguen, y se sabe qué fueron, pero qué ya empezaron a ser no se sabe. En este pues uno y otro género de hombres a menudo acontece que tanto estos que parecen estar en pie por el juicio humano ya en presencia del Juez eterno yazcan; como los que aún ante los hombres yacen, ya en presencia del Juez eterno estén en pie. ¿Quién pues de los hombres hubiera podido estimar que Judas la suerte de vivir aun después del ministerio del apostolado perdería (Luc. 23, 40)? ¿Quién al contrario creería que el ladrón la causa de la vida aun en el mismo artículo de la muerte encontraría? Mas el oculto Juez presidiendo, y de ambos los corazones discerniendo, a aquel piadosamente estableció, a aquel justamente quebrantó. A aquel estrechamente exteriormente repelió, a este interiormente misericordiosamente atrajo. Por lo cual bien también por el profeta los que habrían de caer unos en el tiempo de su pasión y otros que habrían de resucitar anunciando, dice: "Mi bebida con llanto templaba" (Sal. 101, 10). La bebida ciertamente de lo exterior adentro se atrae, el llanto empero de lo interior afuera emana. Templar pues para el Señor la bebida con el llanto es a unos de lo exterior adentro atraer, a otros de lo interior a lo exterior reprobar. [Vet. X, Rec. VIII.] Quebrantará pues a muchos e innumerables, y hará estar a otros por ellos.

20. Reprobatio prius intus agitur, et postea extrinsecus ostenditur. Electorum numerus certus et definitus.---Sicut autem superius diximus, haec contritio prius intus agitur, ut post extrinsecus ostendatur. Hac contritione nonnunquam adhuc quorumdam exteriora quasi sana sunt, sed jam interiora putruerunt. Scriptum namque est: Ante ruinam exaltatur cor (Prov. XVI, 18). Ibi ergo feriuntur, ubi superbiunt. Unde scriptum est: Contrivi cor eorum fornicans et recedens a me (Ezech. VI, 9). Interius enim fornicari est exterius vetitis delectari. Magna autem contritio cordis est haec eadem elatio superbientis. Eo quippe ipso ab integritate salutis corruit, quo jactantia cujuslibet virtutis intumescit. Superbientes enim Deum despiciunt, et relicta creatoris sui gloria, propriam quaerunt. Quibus jam hoc ipsum cecidisse est, amissa superioris sui potentia, in se venisse. Conteruntur etiam, quia, relictis coelestibus, terram quaerunt. Quae autem major poterit esse contritio quam deserto creatore creaturam quaerere; desertis supernis gaudiis, infimis rebus inhiare? Unde bene per Prophetam dicitur: Humiliat autem peccatores usque ad terram (Psal. CXLVI, 6). Amissis enim coelestibus, terrenum est omne quod sitiunt; et dum plus videri conantur, minus est quod appetunt. De quibus recte per Jeremiam dictum est: Recedentes a te, in terra scribentur (Jerem. XVII, 13). At contra de electis dicitur: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in coelis (Luc. X, 20). Ista ergo contritio prius serpit in mente, ut postmodum procedat in opere; prius fundamenta cogitationis concutit, ut postmodum fabricam operationis allidat. Unde summa est cura satagendum ut illic vitetur ubi oritur. Scriptum namque est: Omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit (Prov. IV, 23). Et rursum scriptum est: Ex corde exeunt cogitationes malae (Matth. XV, 18). Intus ergo vigilandum est ne mens dum extollitur cadat. Intus servemus omne quod foris agimus. Si enim semel medullam cordis elationis putredo consumpserit, citius corruit cortex vacua externae visionis. Notandum vero est quia dum aliis cadentibus ad standum alii solidari perhibentur, electorum numerus certus et definitus ostenditur. Unde etiam Philadelphiae Ecclesiae per angelum dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam (Apoc. III, 11).

20. La reprobación primero se hace dentro, y después se muestra por fuera. El número de los electos es cierto y definido. Pero como arriba dijimos, esta contrición primero dentro se hace, para que después por fuera se muestre. Por esta contrición no pocas veces todavía las cosas exteriores de algunos están como sanas, pero ya las interiores se pudrieron. Pues escrito está: "Antes de la ruina se exalta el corazón" (Prov. 16, 18). Allí pues son heridos, donde se ensoberbecen. Por lo cual está escrito: "Quebranté su corazón fornicario y que se alejaba de mí" (Ezeq. 6, 9). Pues fornicar interiormente es deleitarse exteriormente en lo prohibido. Gran contrición empero del corazón es esta misma elación del soberbio. Ciertamente por eso mismo de la integridad de la salud cae, por lo que la jactancia de cualquier virtud se hincha. Pues los soberbios a Dios desprecian, y dejada la gloria de su creador, la propia buscan. Para los cuales ya esto mismo es haber caído, perdida la potencia de su superior, haber venido a sí mismos. Se quebrantan también porque, dejadas las cosas celestiales, la tierra buscan. ¿Qué mayor empero podrá ser contrición que desertado el creador buscar la criatura; desertados los supernos gozos, a las ínfimas cosas anhelar? Por lo cual bien por el Profeta se dice: "Humilla empero a los pecadores hasta la tierra" (Sal. 146, 6). Perdidas pues las cosas celestiales, terreno es todo lo que sedientos buscan; y mientras más ser vistos intentan, menos es lo que apetecen. De los cuales rectamente por Jeremías se ha dicho: "Los que se apartan de ti, en la tierra serán escritos" (Jer. 17, 13). Mas al contrario de los electos se dice: "Gozaos, porque vuestros nombres escritos están en los cielos" (Luc. 10, 20). Esta pues contrición primero serpentea en la mente, para que después proceda en la obra; primero los fundamentos del pensamiento sacude, para que después la fábrica de la operación estrelle. Por lo cual con sumo cuidado se ha de procurar que allí se evite donde nace. Pues escrito está: "Con toda custodia guarda tu corazón, porque de él procede la vida" (Prov. 4, 23). Y de nuevo escrito está: "Del corazón salen los malos pensamientos" (Mat. 15, 18). Dentro pues se ha de vigilar para que la mente mientras se ensalza no caiga. Dentro guardemos todo lo que fuera hacemos. Pues si una vez la médula del corazón la podredumbre de la elación consumiera, más pronto cae la corteza vacía de la visión externa. Se ha de notar empero que mientras cayendo unos para estar de pie otros se dice que se consolidan, el número de los electos cierto y definido se muestra. Por lo cual también a la Iglesia de Filadelfia por el ángel se dice: "Ten lo que tienes, para que otro no reciba tu corona" (Apoc. 3, 11).

[Vet. XI.] 21. Doctrina Ecclesiae de praedestinatione et reprobatione spem nutrit humilium, et elationem superborum premit. Innumerabiles sunt reprobi. Hac ergo sententia, qua narratur aliorum erigi, aliorum autem vita confringi, et spes nutritur humilium, et elatio premitur superborum, dum et illi bona possunt amittere de quibus superbiunt, et isti ea percipere quae quia non habebant contemnuntur. Formidemus igitur in his quae accepimus, nec eos qui illa necdum assecuti sunt desperemus. Quid enim sumus hodie novimus, quid autem post paululum possimus esse nescimus. Hi vero quos fortasse despicimus, et tarde possunt incipere, et tamen vitam nostram ferventioribus studiis anteire. Timendum itaque est ne etiam nobis cadentibus surgat, qui a nobis stantibus irridetur; quamvis stare jam non novit, qui non stantem novit irridere. Hunc autem supernorum judiciorum metum Paulus apostolus discipulorum cordibus incutiens, ait: Qui se existimat stare, videat ne cadat (I Cor. X, 12). Quod autem dicens: Conterit multos, illico adjunxit, Innumerabiles, vel multitudinem exprimere studuit reproborum, quae humanae rationis numerum transit; vel certe indicare voluit quod omnes qui pereunt intra electorum numerum non habentur, ut eo sint innumerabiles, quo extra numerum currunt. Unde Propheta intuens tantos hoc Ecclesiae tempore specie tenus credere, quantos nimirum certum est electorum numerum summamque transire, ait: Multiplicati sunt super numerum (Psal. XXXIX, 6). Ac si diceret: multis Ecclesiam intrantibus, etiam hi ad fidem specie tenus veniunt qui a numero regni coelestis excluduntur, quia electorum summam sua videlicet multiplicitate transcendunt. Unde et per Jeremiam prophetam dicitur: Aedificabitur civitas Domino a turre Ananehel usque ad portam anguli, et exibit ultra normam mensurae (Jerem. XXXI, 38). Civitatem quippe esse Domini sanctam Ecclesiam nullus ignorat. Ananehel vero Dei gratia interpretatur. In angulo autem duplex paries jungitur. Civitas ergo Domini a turre Ananehel usque ad portam anguli aedificari perhibetur, quia sancta Ecclesia a celsitudine supernae gratiae inchoans, usque ad ingressum susceptionemque construitur utrorumque populorum, Judaici videlicet atque gentilis. Sed quia in ea crescente multitudine etiam reprobi colliguntur, apte subditur: Et exibit ultra normam mensurae, quia usque ad eos quoque extenditur, qui normam justitiae transeuntes, intra mensurae coelestis numerum non sunt.

[Vet. XI.] 21. La doctrina de la Iglesia sobre la predestinación y reprobación nutre la esperanza de los humildes, y deprime la elación de los soberbios. Innumerables son los réprobos. Por esta sentencia, por la cual se narra que la vida de unos se erige, mas de otros se quebranta, tanto la esperanza de los humildes se nutre, como la elación de los soberbios se deprime, mientras tanto aquellos pueden perder los bienes de los que se ensoberbecen, como estos percibir aquellas cosas que porque no tenían son despreciados. Temamos pues en estas cosas que recibimos, ni de aquellos que aún no las han alcanzado desesperemos. Pues qué somos hoy lo sabemos, mas qué después de un poco podamos ser no lo sabemos. Estos empero a quienes tal vez despreciamos, tanto tarde pueden empezar, como sin embargo anteceder nuestra vida con más fervientes estudios. Se ha de temer pues no sea que aun cayendo nosotros surja quien por nosotros estando en pie es escarnecido; aunque estar ya no sabe quien al no estar en pie sabe escarnecer. Este pues miedo de los supernos juicios a los corazones de los discípulos incutiendo el apóstol Pablo, dice: "El que se piensa estar en pie, vea que no caiga" (I Cor. 10, 12). Lo que empero diciendo: "Quebranta a muchos", al punto añadió: "Innumerables", o la multitud estudió expresar de los réprobos, la cual de la humana razón el número traspasa; o ciertamente indicar quiso que todos los que perecen dentro del número de los electos no se tienen, para que por eso sean innumerables, por lo que fuera del número corren. Por lo cual el Profeta intuyendo a tantos en este tiempo de la Iglesia creer solo en apariencia, cuantos ciertamente es cierto que el número de los electos y la suma traspasan, dice: "Multiplicados son sobre el número" (Sal. 39, 6). Como si dijera: entrando muchos en la Iglesia, aun estos a la fe en apariencia vienen que del número del reino celestial son excluidos, porque la suma de los electos por su propia multiplicidad trascienden. Por lo cual también por el profeta Jeremías se dice: "Se edificará la ciudad al Señor desde la torre de Hananeel hasta la puerta del ángulo, y saldrá más allá de la norma de la medida" (Jer. 31, 38). La ciudad ciertamente ser del Señor la santa Iglesia nadie lo ignora. Hananeel empero la gracia de Dios se interpreta. En el ángulo empero doble pared se junta. La ciudad pues del Señor desde la torre de Hananeel hasta la puerta del ángulo edificarse se dice, porque la santa Iglesia desde la celsitud de la superna gracia empezando, hasta el ingreso y la recepción se construye de ambos pueblos, a saber el judío y el gentil. Pero porque en ella al crecer la multitud también los réprobos se recogen, aptamente se añade: "Y saldrá más allá de la norma de la medida", porque hasta ellos también se extiende, quienes traspasando la norma de la justicia, dentro del número de la medida celestial no están.

Unde per Isaiam quoque eidem Ecclesiae dicitur: Ad dexteram enim et ad laevam dilataberis, et semen tuum gentes haereditabit (Isai. LIV, 3). In tanta quippe multitudine gentium ad dexteram extenditur, dum quosdam justificandos suscipit. Ad laevam quoque dilatatur, dum ad se quosdam etiam in iniquitate permansuros admittit. Propter hanc multitudinem, quae extra electorum numerum jacet, in Evangelio Dominus dicit: Multi sunt vocati, pauci vero electi (Matth. XX, 16). Sed quia hoc quod electis aliis alii conteruntur, de merito patientis est, non de iniquitate punientis: Non enim iniquus Deus, qui infert iram, apte subjungitur (Rom. III, 5).

Caput IX

[Rec. IX].

VERS. 25.---Novit enim opera eorum, et idcirco inducet noctem, et conterentur. 22. Deus peccatorem aliquando punit excaecatione.---Sciendum summopere est quod iniquus quisque duobus modis in nocte conteritur, vel cum exterioris poenae tribulatione percutitur, vel cum occulta sententia interius caecatur. In nocte corruit, cum per extremum judicium vivendi lumen in perpetuum amittit. Unde scriptum est: Ligate ei manus et pedes, et mittite eum in tenebras exteriores (Matth. XXII, 13). Tunc enim coactus in tenebras exteriores mittitur, quia nunc in interioribus excaecatur voluntarie. Rursum in nocte iniquus conteritur, cum pecatorum praecedentium confusione damnatus, veritatis lumen non invenit, et quid deinceps agere debeat non agnoscit. [Vet. XII.] Omne quippe peccatum, quod tamen citius poenitendo non tergitur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et poena peccati. Peccatum namque quod poenitentia non diluit ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Unde fit ut non solum peccatum sit, sed peccatum et causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur, ex quo caecata mens ducitur ut pejus ex alio ligetur. Sed peccatum quod ex peccato oritur, non jam peccatum tantummodo, sed peccatum est et poena peccati, quia justo judicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, ut praecedentis peccati merito etiam in aliis cadat. Quem enim liberare noluit, deserendo percussit. Non ergo immerito poena peccati dicitur, quod justa desuper irrogata caecitate, ex praecedentis peccati ultione perpetratur. Quod videlicet agitur dispositione superius ordinata, sed inferius iniquitate confusa, ut et praecedens culpa sit causa subsequentis, et rursum culpa subsequens sit poena praecedentis.

Por lo cual por Isaías también a la misma Iglesia se dice: "A la derecha pues y a la izquierda te dilatarás, y tu semilla heredará las gentes" (Is. 54, 3). En tanta ciertamente multitud de gentes a la derecha se extiende, mientras a algunos que han de ser justificados recibe. A la izquierda también se dilata, mientras a sí a algunos aun en la iniquidad que han de permanecer admite. Por esta multitud, que fuera del número de los electos yace, en el Evangelio el Señor dice: "Muchos son los llamados, mas pocos los elegidos" (Mat. 20, 16). Pero porque esto de que elegidos unos otros se quebranten, es del mérito del que padece, no de la iniquidad del que castiga: "¿Acaso es inicuo Dios que infiere la ira?", aptamente se añade (Rom. 3, 5).

Capítulo IX

[Rec. IX].

VERS. 25. Novit enim opera eorum, et idcirco inducet noctem, et conterentur. 22. Dios al pecador a veces lo castiga con la ceguedad. Se ha de saber sumamente que cualquier inicuo en la noche se quebranta de dos modos, o cuando es golpeado con la tribulación de la pena exterior, o cuando por la sentencia oculta interiormente es cegado. En la noche cae, cuando por el extremo juicio la luz de vivir para siempre pierde. Por lo cual está escrito: "Atadle las manos y los pies, y enviadle a las tinieblas exteriores" (Mat. 22, 13). Pues entonces forzado a las tinieblas exteriores es enviado, porque ahora en lo interior se ciega voluntariamente. De nuevo en la noche el inicuo se quebranta, cuando por la confusión de los pecados precedentes condenado, la luz de la verdad no encuentra, y qué de allí en adelante deba hacer no reconoce. [Vet. XII.] Todo pecado ciertamente, que sin embargo más pronto por el arrepentimiento no se limpia, o es pecado y causa de pecado, o pecado y pena de pecado. Pues el pecado que la penitencia no diluye, por su propio peso pronto a otro atrae. De donde resulta que no solo sea pecado, sino pecado y causa de pecado. De aquel vicio ciertamente la culpa subsiguiente nace, por el cual la mente cegada es llevada para que peor por otro sea ligada. Mas el pecado que del pecado nace, no ya pecado solamente, sino pecado es y pena de pecado, porque por justo juicio Dios omnipotente nubla el corazón del que peca, para que por el mérito del pecado precedente también en otros caiga. Pues a quien no quiso librar, desertándolo hirió. No pues inmeritamente pena de pecado se dice lo que por justa ceguedad irrogada desde arriba, por la venganza del pecado precedente se perpetra. Lo cual ciertamente se hace por la disposición ordenada arriba, pero abajo por la iniquidad confusa, para que tanto la culpa precedente sea causa de la subsiguiente, como de nuevo la culpa subsiguiente sea pena de la precedente.

Quod bene in infidelibus et lubricis Paulus quasi quoddam semen erroris aspexerat, cum dicebat: Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis (Rom. I, 21). Sed quod ex hujus erroris semine pullulavit, illico adjungit, dicens: Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis (Ibid., 24). Quia enim cognoscentes Deum peccatum superbiae intelligendo commiserunt, caecantur etiam ne intelligant quod committunt. Et qui intelligentiam suam sequi nolunt in peccato et causa peccati, et ipsum lumen intelligentiae perdunt in peccato et poena peccati. Prioris ergo peccati merito peccatorum subsequentium fovea tegitur, ut qui malum sciens perpetrat, deinceps juste in aliis etiam nesciens cadat.

23. Culpae culpis puniuntur, ut ex vitiorum incremento supplicia augeantur.--- Hoc quippe agitur, ut culpae culpis feriantur, quatenus supplicia fiant peccantium ipsa incrementa vitiorum. Nam quia omnipotens Deus ad poenitentiam tempus indulget, quod tamen humana malitia ad usum suae iniquitatis intorquet, nimirum justo Dei judicio augeri culpa permittitur, ut ad feriendum altius quandoque cumuletur. Hinc enim rursum de quibusdam Paulus apostolus dicit: Ut impleant peccata sua semper (I Thess. II, 16). Hinc voce angeli ad Joannem dicitur: Qui nocet, noceat adhuc; et qui in sordibus est, sordescat adhuc (Apoc. XXII, 11). Hinc David ait: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, ut non intrent in justitiam tuam (Psal. LXVIII, 28). [Vet. XIII.] Hinc rursum de Domino ab eodem Psalmista dicitur: Immissiones per angelos malos viam fecit semitae irae suae (Psal. LXXVII, 49). Cor quippe Dominus prioribus meritis aggravatum juste permittit etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli, quod cum digne in culpa trahitur, reatus ejus in poena cumulatur. Unde et irae suae Dominus viam de semita fecisse perhibetur. Latior enim est via quam semita. Ex semita vero irae suae viam facere est irae causas districte judicando dilatare, ut qui illuminati agere recte noluerunt, juste caecati adhuc faciant, unde amplius puniri mereantur. Hinc per Moysen dicitur: Nondum completa sunt peccata Amorrhaeorum (Genes. XV, 16). Hinc per eumdem Moysen Dominus dicit: Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum, et propago eorum ex Gomorrha (Deut. XXXII, 32). Uva eorum uva fellis, et botrus amaritudinis in ipsis. Furor draconum vinum eorum, et furor aspidum insanabilis.

Lo cual ciertamente en los infieles y lúbricos Pablo como una cierta semilla de error había visto, cuando decía: "Quienes habiendo conocido a Dios, no como a Dios le glorificaron, o le dieron gracias; sino que se desvanecieron en sus pensamientos" (Rom. 1, 21). Mas lo que de la semilla de este error brotó, al punto añade diciendo: "Por lo cual los entregó Dios a los deseos de su corazón, a la inmundicia, para que con contumelias afecten sus cuerpos en sí mismos" (Ibíd., 24). Porque habiendo conocido a Dios el pecado de la soberbia por el entendimiento cometieron, se ciegan también para que no entiendan lo que cometen. Y los que su entendimiento seguir no quieren en el pecado y causa de pecado, también la misma luz del entendimiento pierden en el pecado y pena de pecado. Por el mérito pues del pecado anterior el hoyo de los pecados subsiguientes se cubre, para que quien lo malo sabiendo perpetra, de ahí en adelante justamente en otros también sin saber caiga.

23. Las culpas con las culpas se castigan, para que por el incremento de los vicios los suplicios se aumenten. Esto ciertamente se hace, para que las culpas con las culpas sean heridas, a fin de que los mismos incrementos de los vicios se conviertan en los suplicios de los pecadores. Pues porque Dios omnipotente para la penitencia el tiempo concede, el cual sin embargo la malicia humana al uso de su propia iniquidad tuerce, ciertamente por el justo juicio de Dios se permite que la culpa se aumente, para que para herir más profundamente alguna vez se acumule. De aquí pues de nuevo el apóstol Pablo de algunos dice: "Para que colmen sus pecados siempre" (I Tes. 2, 16). De aquí por la voz del ángel a Juan se dice: "El que daña, dañe todavía; y el que en las suciedades está, ensúciese todavía" (Apoc. 22, 11). De aquí David dice: "Añade iniquidad sobre la iniquidad de ellos, para que no entren en tu justicia" (Sal. 68, 28). [Vet. XIII.] De aquí de nuevo del Señor por el mismo Salmista se dice: "Envío por medio de ángeles malos hizo camino a la senda de su ira" (Sal. 77, 49). El corazón ciertamente el Señor por los méritos anteriores agravado justamente permite también por las subsiguientes persuasiones de los malignos espíritus ser engañado, lo cual cuando dignamente en la culpa es atraído, su reato en la pena se acumula. Por lo cual también de su ira el Señor camino de la senda haber hecho se dice. Más ancho ciertamente es el camino que la senda. Mas de la senda de su ira hacer camino es las causas de la ira estrechamente juzgando dilatar, para que quienes iluminados obrar rectamente no quisieron, justamente cegados todavía hagan de donde más ser castigados merezcan. De aquí por Moisés se dice: "Aún no están completos los pecados de los amorreos" (Gén. 15, 16). De aquí por el mismo Moisés el Señor dice: "De la viña pues de los sodomitas es la vid de ellos, y su vástago de Gomorra" (Deut. 32, 32). Su uva uva de hiel, y racimo de amargura en ellos. Furor de dragones el vino de ellos, y furor de áspides incurable.

Nonne haec omnia congregata sunt apud me, et signata in thesauris meis? In die ultionis reddam eis (Ibid., 33, 34). Quam multa eorum mala narravit, et tamen illico adjungit: In tempore quo lapsus fuerit pes eorum (Ibid., 35). Ecce atrocissima illorum facinora describuntur, et tamen ad ultionis diem adhuc subsequens lapsus aspicitur, quo eorum culpae cumulentur. Habent jam quidem unde feriri mereantur; sed sustinetur tamen adhuc peccatum crescere, ut peccantes possit atrocior poena cruciare. Jam meretur supplicium peccatum et causa peccati; sed exspectatur adhuc, ut augmentum supplicii subroget peccatum, et poena peccati.

24. Idem peccatum aliquando poena est et causa peccati. Deus excaecat a caecitate non liberando.---Plerumque vero unum atque idem peccatum, et peccatum est ut et poena et causa peccati. Quod melius ostendemus si res ipsas ad medium deducamus. Effrenata enim ventris ingluvies in fervorem luxuriae plenitudinem carnis instigat. Perpetrata autem luxuria saepe aut perjurio, aut homicidio tegitur, ne humanarum legum ultione puniatur. Ponamus ergo ante oculos quod quidam voracitatis sibi frena laxavit, qua voracitate superatus adulterii facinus admisit; deprehensus autem in adulterio, latenter virum adulterae, ne ad judicium traheretur, occidit. Hoc itaque adulterium, inter voracitatem et homicidium positum, de illa videlicet nascens, hoc generans, peccatum est et poena et causa peccati. Peccatum profecto est per semetipsum; poena vero peccati est, quia culpam voracitatis auxit; causa autem peccati est, quia subsequens etiam homicidium genuit. Unum ergo idemque peccatum est et poena praecedentis, et causa culpae subsequentis, quia et transacta dum exaggerat damnat, et adhuc sequentia quae damnari debeant seminat. Igitur quia peccatis praecedentibus caecatur oculus cordis, ipsa caecitas quae peccantis animum ex anteactae culpae damnatione confundit merito nox vocatur, quia per hanc ab oculis delinquentis lumen veritatis absconditur. Bene itaque dicitur: Novit enim opera eorum, et idcirco inducet noctem, et conterentur, quia, ut saepe dictum est, praecedentia nimirum mala faciunt, ut ad peccandum iterum tenebris subsequentibus involvantur, ut eo jam lumen justitiae videre non possint, quo illud et quando poterant videre noluerunt. Inducere autem noctem Dominus dicitur, not quod ipse tenebras inferat, sed quod obscura corda peccantium misericorditer non illustret, ut hoc ipsum in nocte caecasse sit a caecitatis tenebris liberare noluisse. Sequitur:

Caput X

[Rec. X].

¿Acaso no están todas estas cosas congregadas conmigo, y selladas en mis tesoros? En el día de la venganza les retribuiré (Ibíd., 33, 34). Cuántos males de ellos narró, y sin embargo al punto añade: "En el tiempo en que resbalará el pie de ellos" (Ibíd., 35). He aquí los atrocísimos crímenes de ellos se describen, y sin embargo para el día de la venganza todavía el subsiguiente resbalón se espera, por el cual sus culpas se acumulen. Tienen ya ciertamente de donde merezcan ser heridos; pero se tolera sin embargo todavía que el pecado crezca, para que a los pecadores pueda más atroz pena atormentar. Ya merece suplicio el pecado y causa de pecado; pero se espera todavía, para que el aumento del suplicio subrogue el pecado, y pena de pecado.

24. El mismo pecado a veces es pena y causa de pecado. Dios ciega al no librar de la ceguedad. Frecuentemente empero uno y el mismo pecado, y es pecado como y pena y causa de pecado. Lo cual mejor mostraremos si las cosas mismas traemos al medio. Pues la desenfrenada glotonería del vientre al fervor de la lujuria la plenitud de la carne instiga. Perpetrada empero la lujuria, a menudo o por el perjurio o por el homicidio se encubre, para que por la venganza de las leyes humanas no se castigue. Pongamos pues ante los ojos que alguien las riendas de la voracidad para sí relajó, por cuya voracidad superado el crimen del adulterio admitió; mas sorprendido en el adulterio, latente al varón de la adúltera, para que al juicio no fuera llevado, mató. Este pues adulterio, entre la voracidad y el homicidio puesto, de aquella ciertamente naciendo, esto generando, pecado es y pena y causa de pecado. Pecado ciertamente es por sí mismo; pena empero de pecado es, porque la culpa de la voracidad aumentó; causa empero de pecado es, porque el subsiguiente también homicidio generó. Uno pues y el mismo pecado es y pena del precedente, y causa de la culpa subsiguiente, porque tanto las cosas pasadas mientras las exagera condena, como todavía las siguientes que deban ser condenadas siembra. Por tanto porque por los pecados precedentes se ciega el ojo del corazón, la misma ceguedad que al ánimo del pecador por la condenación de la culpa pasada confunde meritoriamente noche se llama, porque por esta de los ojos del delincuente la luz de la verdad se esconde. Bien pues se dice: "Conoce pues las obras de ellos, y por eso inducirá la noche, y serán quebrantados", porque, como a menudo se ha dicho, los precedentes ciertamente males hacen que para pecar de nuevo por las tinieblas subsiguientes sean envueltos, para que ya en tanto la luz de la justicia ver no puedan, en cuanto aquella y cuando podían ver no quisieron. Inducir empero la noche el Señor se dice, no porque él mismo las tinieblas infiera, sino porque los oscuros corazones de los pecadores misericordiosamente no ilustra, para que esto mismo en la noche haber cegado sea de las tinieblas de la ceguedad haber no querido librar. Sigue:

Capítulo X

[Rec. X].

VERS. 26.---Quasi impios percussit eos in loco videntium. 25. In Ecclesiae sinu inique viventes, divina ultio quasi impios percutit. Quasi quid significat in Scripturis. Ecclesia locus est videntium.---In Scriptura sacra quasi aliquando pro similitudine, aliquando pro veritate poni consuevit. Pro similitudine enim quasi ponitur, sicut Apostolus dicit: Quasi tristes, semper autem gaudentes (II Cor. VI, 10). Pro veritate vero ponitur, sicut Joannes ait: Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre (Joan. I, 14). Hoc autem loco nihil differt utrum pro similitudine an pro veritate sit positum, quia quolibet dicatur ordine, aperte prava malorum vita signatur. Impios vero Scriptura sacra proprie infideles appellat. Hac namque distantia peccatores ab impiis discernuntur, quia cum omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator est impius. Peccator enim dici etiam qui in fide pius est potest. Unde Joannes ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus (I Joan. I, 8). Impius vero proprie dicitur qui a religionis pietate separatur. De talibus enim propheta ait: Non resurgent impii in judicio (Psal. I, 5). [Vet. XIV.] Locus autem videntium sancta Ecclesia vocatur. In ipsa enim recte consistitur, ut lumen verum, quod Deus est, videatur. Unde ad Moysen dicitur: Est locus penes me, et stabis supra petram cum transeat mea majestas (Exod. XXXIII, 21). Et post paululum: Auferam manum meam et videbis posteriora mea (Ibid., 23). Per locum quippe Ecclesia, per petram Dominus, per Moysen vero multitudo plebis Israeliticae figuratur, quae Domino in terra praedicante non credidit. Ipsa ergo in petra stetit, terga Domini transeuntis aspiciens, quia videlicet post passionem ascensionemque dominicam, intra sanctam Ecclesiam deducta, fidem Christi percipere meruit; et cujus praesentiam non vidit, ejus posteriora cognovit. Dicatur ergo de his, quos intra sanctam Ecclesiam divina ultio invenit in iniquitatibus perdurantes, dicatur de his quorum vitam Paulus apostolus notat, Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. I, 16): Quasi impios percussit eos in loco videntium. Ibi quippe stabant, ubi Deum videre videbantur. Ibi tenebras dilexerunt, ubi lumen veritatis aspicitur. Et quamvis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerunt tamen eos clausos in opere. Unde bene et de Judaea dicitur: Speculatores ejus caeci (Isai. LVI, 10), quia videlicet non videbant opere quod professione cernebant. Unde etiam de Balaam scriptum est: Qui cadens apertos habet oculos (Num. XXIV, 16). Cadens quippe in opere apertos tenuit oculos in contemplatione. Ita ergo hi etiam oculos aperientes in fide, et non videntes in opere, intra Ecclesiam positi pia specie, extra Ecclesiam inventi sunt impia conversatione.

VERS. 26. Quasi impios percussit eos in loco videntium. 25. En el seno de la Iglesia inicuamente viviendo, la divina venganza como a impíos los hiere. Qué "quasi" significa en las Escrituras. La Iglesia es el lugar de los que ven. En la Sagrada Escritura "quasi" a veces por similitud, a veces por verdad ponerse acostumbra. Por similitud ciertamente "quasi" se pone, como el Apóstol dice: "Como tristes, mas siempre gozosos" (II Cor. 6, 10). Por verdad empero se pone, como Juan dice: "Vimos su gloria, gloria como del Unigénito del Padre" (Juan 1, 14). Mas en este lugar nada difiere si por similitud o por verdad esté puesto, porque por cualquier orden que se diga, abiertamente la depravada vida de los malos se significa. Impíos empero la Sagrada Escritura propiamente a los infieles llama. Por esta ciertamente distancia los pecadores de los impíos se disciernen, porque aunque todo impío sea pecador, no sin embargo todo pecador es impío. Pecador ciertamente decirse aun quien en la fe es piadoso puede. De donde Juan dice: "Si dijéramos que pecado no tenemos, nosotros mismos nos seducimos" (I Juan 1, 8). Impío empero propiamente se dice quien de la piedad de la religión se separa. De tales ciertamente el profeta dice: "No resurgirán los impíos en el juicio" (Sal. 1, 5). [Vet. XIV.] Lugar empero de los que ven (loco videntium) la santa Iglesia se llama. En ella ciertamente rectamente se consiste, para que la luz verdadera, que es Dios, se vea. Por lo cual a Moisés se dice: "Hay un lugar junto a mí, y estarás sobre la piedra cuando pase mi majestad" (Éx. 33, 21). Y poco después: "Quitaré mi mano y verás mis espaldas" (Ibíd., 23). Por el lugar ciertamente la Iglesia, por la piedra el Señor, por Moisés empero la multitud del pueblo israelita se figura, la cual al Señor en la tierra predicando no creyó. Ella pues en la piedra estuvo, las espaldas del Señor que pasaba mirando, porque ciertamente después de la pasión y ascensión dominical, dentro de la santa Iglesia deducida, la fe de Cristo percibir mereció; y cuya presencia no vio, sus espaldas conoció. Dígase pues de estos, a quienes la divina venganza encontró dentro de la santa Iglesia en las iniquidades perdurando, dígase de estos cuya vida el apóstol Pablo nota: "Que confiesan conocer a Dios, mas con los hechos lo niegan" (Tit. 1, 16): "Como a impíos los hirió en el lugar de los que ven". Allí ciertamente estaban, donde a Dios ver parecían. Allí las tinieblas amaron, donde la luz de la verdad se contempla. Y aunque abiertos tuvieron los ojos en la fe, los tuvieron sin embargo cerrados en la obra. Por lo cual bien también de Judea se dice: "Sus especuladores ciegos" (Is. 56, 10), porque ciertamente no veían con la obra lo que con la profesión discernían. Por lo cual también de Balaam escrito está: "Quien cayendo abiertos tiene los ojos" (Núm. 24, 16). Cayendo ciertamente en la obra abiertos tuvo los ojos en la contemplación. Así pues estos también abriendo los ojos en la fe, y no viendo en la obra, dentro de la Iglesia puestos con piadosa apariencia, fuera de la Iglesia encontrados fueron con impía conversación.

De quibus alias bene scriptum est: Vidi impios sepultos, qui cum adviverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum (Eccle. VIII, 10). 26. Multos falsos Christianos Ecclesiae pax abscondit. Quidant ex professione Christianae religionis gloriam quaerunt.---Multos enim peste propriae pravitatis obsessos sub Christiano nomine ipsa tranquillitas ecclesiasticae pacis abscondit. Quos tamen si levis persecutionis aura pulsaverit, mox extra aream velut paleas tollit. [Vet. XV.] Quidant vero idcirco Christianitatis vocatione signantur, quia Christi nomine sublimiter exaltato, pene omnes jam videri fideles aspiciunt; et pro eo quod hoc vocari alios cernunt, ipsi non videri fideles erubescunt, sed esse negligunt quod dici gloriantur. Rem enim virtutis intimae ad decorem sumunt visionis externae; et qui ante supernum judicem nudi conscientiae infidelitate consistunt, ante humanos oculos professione sancta verbo tenus palliantur.

27. Fideles qui nequiter vivunt saepe divino judicio fidei jacturam faciunt. Multi in domo fidei, sine fide moriuntur. Iis vero fidelium societas in supplicii cumulum cedit.---Nonnulli autem fidem medullitus tenent, sed vivere fieliter nullatenus curant. Insequuntur enim moribus quod credulitate venerantur. Quibus divino judicio saepe contingit ut per hoc quod nequiter vivunt, et illud perdant quod salubriter credunt. Incessanter namque se pravis actionibus polluunt, et super hoc vindictam justi judicii retribui posse diffidunt; et saepe cum bene vivere negligunt, etiam persequente nullo usque ad perfidiam dilabuntur. Nam qui imminere districtum judicium non credunt, qui inulte se peccare suspicantur, quod pacto vel esse vel dici fideles possunt? Fidem quippe perdidisse, est incorrectis malis operibus digna supplicia reddi posse non credere. Quia ergo digna fidei opera servare contemnunt, etiam fidem perdunt, quam tenere videbantur. Super quos bene per Prophetam sub Jerusalem specie inimicorum destruentium verba memorantur, a quibus scilicet dicitur: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea (Psal. CXXXVI, 7). Paulus quippe ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus (I Cor. III, 11). Inimici ergo destruentes usque ad fundamentum Jerusalem exinaniunt, quando perversi spiritus a corde fidelium, destructo prius aedificio boni operis, soliditatem quoque exhauriunt religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera construuntur.

De los cuales en otra parte bien escrito está: "Vi a los impíos sepultados, que cuando vivían, en el lugar santo estaban, y eran alabados en la ciudad como de justas obras" (Ecl. 8, 10). 26. A muchos falsos cristianos la paz de la Iglesia esconde. Algunos de la profesión de la religión cristiana la gloria buscan. A muchos ciertamente obsesos por la peste de la propia pravidad bajo el nombre cristiano la misma tranquilidad de la paz eclesiástica esconde. A los cuales sin embargo si el aura de una leve percecución golpeara, pronto fuera del área como a la paja los quita. [Vet. XV.] Algunos empero por eso con la vocación de la cristiandad se signan, porque el nombre de Cristo sublimemente ensalzado, a casi todos ya verse fieles ven; y por eso que a otros llamarse esto ven, ellos mismos verse no fieles se avergüenzan, mas ser descuidan lo que decirse se glorían. La cosa ciertamente de la virtud íntima para el decoro la toman de la visión externa; y quienes ante el Juez superno desnudos por la infidelidad de la conciencia consisten, ante los ojos humanos por la profesión santa de palabra se encubren.

27. Los fieles que inicuamente viven a menudo por el divino juicio pierden la fe. Muchos en la casa de la fe, sin fe mueren. A estos la sociedad de los fieles se les convierte en cúmulo de suplicio. Algunos empero la fe desde la médula tienen, mas vivir fielmente de ningún modo cuidan. Persiguen ciertamente con las costumbres lo que por la credulidad veneran. A los cuales por el divino juicio a menudo acontece que por esto que inicuamente viven, pierden también aquello que saludablemente creen. Incesantemente ciertamente con depravadas acciones se polucionan, y sobre esto desconfían que la venganza del justo Juez pueda ser retribuida; y a menudo cuando bien vivir descuidan, aun sin nadie persiguiendo hasta la perfidia se deslizan. Pues quienes no creen que el estrecho juicio sea inminente, quienes sospechan que sin castigo pecan, ¿de qué modo o ser o decirse fieles pueden? Haber perdido ciertamente la fe es no creer que por los incorregidos malos trabajos dignos suplicios puedan ser rendidos. Porque pues los dignos trabajos de la fe guardar desprecian, también la fe pierden, que tener parecían. Sobre los cuales bien por el Profeta bajo la apariencia de Jerusalén las palabras de los enemigos destruyendo se recuerdan, por los cuales ciertamente se dice: "Vaciadla, vaciadla hasta el fundamento en ella" (Sal. 136, 7). Pablo ciertamente dice: "Otro fundamento nadie puede poner fuera de lo que está puesto, que es Cristo Jesús" (I Cor. 3, 11). Los enemigos pues destruyendo hasta el fundamento Jerusalén vacían, cuando los perversos espíritus del corazón de los fieles, destruido primero el edificio de la buena obra, la solidez también agotan de la religión. Como ciertamente sobre el fundamento la fábrica, así sobre la fe las obras se construyen.

Usque ad fundamentum ergo exinanisse est everso bene vivendi opere etiam robur fidei dissipasse. Hinc etiam ad Judaeam per Jeremiam dicitur: Filii quoque Mempheos et Taphneos constupraverunt te usque ad verticem (Jerem. II, 16). Usque ad verticem quippe constuprari est post malae operationis usum etiam in ipsa fidei sublimitate corrumpi. Cum enim nequissimi spiritus uniuscujusque animam in pravis operibus involvunt, sed integritatem fidei vitiare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluunt, sed ad verticem non pertingunt. Quisquis autem in fide corrumpitur, jam usque ad verticem constupratur. Malignus enim spiritus quasi ab inferioribus membris usque ad summa pertingit, quando activam vitam polluens, castam celsitudinem fidei diffidentiae morbo corrumpit. Quia igitur cuncta haec humanis oculis absconsa sunt, sed divinis obtutibus patent, et multi in hac domo fidei sine fide moriuntur, dicatur recte: Quasi impios percussit eos in loco videntium. Pios enim se in Ecclesia hominibus ostendunt; sed quia divina judicia latere non possunt quasi impii feriuntur. Quibus hoc magis ad supplicii cumulum crescit, quod unusquisque eorum in Ecclesia fidelibus admistus veritatem fidei sciendo contemnit; atque eo gravior ultio sequitur, quo per exempla rectorum etiam bene vivendi eos scientia comitatur. Quot enim eis modo recti ac fideles fratres ostenduntur, tot in venturo judicio testibus impugnantur. Sciunt ergo quod sequi negligunt. Unde et apte subjungitur:

Caput XI

[Vet. XVI, Rec. XI].

VERS. 27.---Qui quasi de industria recesserunt ab eo. 28. Peccatum aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio, quod gravius, perpetratur. Aliud bonum non facere, aliud nec amare, aliud odisse.---Sciendum quippe est quod peccatum tribus modis committitur (De poenit., dist. 2, can., Sciendum). Nam aut ignorantia, aut infirmitate aut studio perpetratur. Et gravius quidem infirmitate quam ignorantia, sed multo gravius studio quam infirmitate peccatur. Ignorantia Paulus peccaverat, cum dicebat: Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate (I Tim. I, 13). Petrus vero infirmitate peccavit, quando in eo omne robur fidei quod Domino perhibuit una vox puellae concussit, et Deum quem corde tenuit voce denegavit (Luc. XXII, 57). Sed quia infirmitatis culpa vel ignorantiae eo facilius tergitur, quo non studio perpetratur, Paulus quae ignoravit sciendo correxit, et Petrus motam et quasi arescentem jam radicem fidei lacrymis rigando solidavit.

Hasta el fundamento pues haber vaciado es, derribada la obra de vivir bien, también el vigor de la fe haber disipado. De aquí también a Judea por Jeremías se dice: "Los hijos también de Menfis y de Tafne te han deshonrado hasta la corona" (Jer. 2, 16). Hasta la corona ciertamente ser deshonrado es después del uso de la mala operación también en la misma celsitud de la fe ser corrompido. Pues cuando los nequísimos espíritus el alma de cada uno en los depravados trabajos envuelven, mas la integridad de la fe viciar no pueden, como que todavía los miembros inferiores polucionan, mas a la corona no llegan. Quienquiera empero en la fe se corrompe, ya hasta la corona es deshonrado. El maligno pues espíritu como desde los miembros inferiores hasta lo sumo llega, cuando la vida activa polucionando, la casta celsitud de la fe con el morbo de la desconfianza corrompe. Porque pues todas estas cosas a los ojos humanos escondidas están, mas a los divinos ojos patentes, y muchos en esta casa de la fe sin fe mueren, dígase rectamente: "Como a impíos los hirió en el lugar de los que ven". Piadosos ciertamente se muestran en la Iglesia a los hombres; mas porque los divinos juicios latentes estar no pueden, como impíos son heridos. Para los cuales esto más al cúmulo del suplicio crece, que cada uno de ellos en la Iglesia a los fieles mezclado la verdad de la fe sabiendo desprecia; y tanto más grave venganza sigue, cuanto por los ejemplos de los rectores también de vivir bien la ciencia los acompaña. Cuantos ciertamente les son ahora rectos y fieles hermanos mostrados, por tantos testigos en el futuro juicio son impugnados. Saben pues lo que seguir descuidan. Por lo cual también aptamente se añade:

Capítulo XI

[Vet. XVI, Rec. XI].

VERS. 27. Qui quasi de industria recesserunt ab eo. 28. El pecado o por ignorancia, o por infimidad, o por estudio, lo que es más grave, se perpetra. Una cosa es no hacer el bien, otra ni siquiera amarlo, otra odiarlo. Se ha de saber ciertamente que el pecado de tres modos se comete. Pues o por ignorancia, o por infirmidad o por estudio se perpetra. Y más gravemente ciertamente por infirmidad que por ignorancia, mas mucho más gravemente por estudio que por infirmidad se peca. Por ignorancia Pablo había pecado, cuando decía: "Quien antes fui blasfemo, y perseguidor, y contumelioso; mas misericordia consecuente soy, porque ignorante lo hice en la incredulidad" (I Tim. 1, 13). Pedro empero por infirmidad pecó, cuando en él todo vigor de la fe que al Señor ofreció una sola voz de una criada sacudió, y al Dios que en el corazón tuvo con la voz negó (Luc. 22, 57). Pero porque la culpa de la infirmidad o de la ignorancia tanto más fácilmente se limpia, cuanto no por estudio se perpetra, Pablo las cosas que ignoró sabiendo las corrigió, y Pedro la movida y como ya marchitándose raíz de la fe con lágrimas regando la consolidó.

Ex industria vero peccaverant ii de quibus ipse magister dicebat: Si non venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo (Joan. XV, 22). Et paulo post: Et viderunt, et oderunt me et Patrem meum (Ibid., 24). Aliud est enim bona non facere, aliud bonorum odisse doctorem; sicut aliud est praecipitatione, aliud deliberatione peccare. Saepe enim peccatum praecipitatione, committitur, quod tamen consilio et deliberatione damnatur. Ex infirmitate enim plerumque solet accidere amare bonum, sed implere non posse. Ex studio vero peccare est bonum nec facere nec amare. Sicut ergo nonnunquam gravius est peccatum diligere, quam perpetrare, ita nequius est odisse justitiam quam non fecisse. Sunt ergo nonnulli in Ecclesia qui non solum bona non faciunt, sed etiam persequuntur; et quae ipsi facere negligunt, etiam in aliis detestantur. Horum peccatum scilicet non ex infirmitate vel ignorantia, sed ex solo studio perpetratur, quia videlicet si vellent implere bona, nec tamen possent, ea quae in se negligunt saltem in aliis amarent. Si enim ea ipsi vel solo voto appeterent, facta ab aliis non odissent; sed quia bona eadem audiendo cognoscunt, vivendo despiciunt, animadvertendo persequuntur, recte dicitur: Qui ex industria recesserunt ab eo. Unde et apte subjungitur:

CAPUT XII.

IBID.---Et omnes vias ejus intelligere noluerunt.

29. Quam graviter delinquant, qui sua ignorantia impunitatem peccandi quaerunt. Aliud est nescisse, aliud scire noluisse. ---Non enim ait: Infirmitate non intelligunt, sed, intelligere noluerunt, quia saepe quae facere despiciunt, etiam scire contemnunt. Quia enim scriptum est: Servus nesciens voluntatem domini sui, et faciens digna plagis, vapulabit paucis; et servus sciens voluntatem domini sui, et non faciens juxta eam, plagis vapulabit multis (Luc. XII, 47); impunitatem peccandi existimant remedium nesciendi. Qui nimirum sola superbiae caligine tenebrescunt, atque ideo non discernunt quia aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Nescire enim ignorantia est; scire noluisse, superbia. Et tanto magis excusationem non possunt habere quia nesciant, quanto magis eis etiam nolentibus opponitur quod cognoscant. Unde per Salomonem dicitur: Nunquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam, in summis excelsisque verticibus super viam in mediis stans semitis (Prov. VIII, 1)? Transire fortasse per viam vitae temporalis cum ejus ignorantia poteramus, si haec eadem sapientia in semitae angulis constitisset.

De industria (ex industria) ciertamente habían pecado aquellos de quienes el mismo Maestro decía: "Si no hubiera venido y les hubiera hablado, pecado no tendrían; mas ahora excusa no tienen de su pecado" (Juan 15, 22). Y poco después: "Y vieron, y me odiaron a mí y a mi Padre" (Ibíd., 24). Una cosa es ciertamente no hacer las cosas buenas, otra odiar al doctor de las buenas; como una cosa es por precipitación, otra por deliberación pecar. A menudo ciertamente por precipitación se comete pecado, el cual sin embargo por el consejo y la deliberación se condena. Por infirmidad ciertamente suele a menudo acontecer amar el bien, mas no poder cumplirlo. Por estudio empero pecar es el bien ni hacerlo ni amarlo. Así como pues a veces más grave es amar el pecado que perpetrarlo, así más necio es odiar la justicia que no haberla hecho. Hay pues algunos en la Iglesia que no solo las cosas buenas no hacen, sino que también las persiguen; y las cosas que ellos mismos descuidan hacer, también en otros detestan. El pecado de estos, a saber, no por infirmidad o ignorancia, sino por solo estudio se perpetra, porque ciertamente si quisieran cumplir las cosas buenas, y sin embargo no pudieran, aquellas que en si descuidan al menos en otros amarían. Pues si ellos aquellas aun por solo el voto apetecieran, las hechas por otros no odiaran; mas porque las buenas mismas oyendo las conocen, viviendo las desprecian, advirtiendo las persiguen, rectamente se dice: "Quienes de industria se apartaron de él". Por lo cual también aptamente se añade:

CAPÍTULO XII.

IBID.---Y no quisieron entender todos sus caminos.

29. Cuán gravemente delinquen quienes por su propia ignorancia buscan la impunidad de pecar. Una cosa es no haber sabido, otra no haber querido saber. ---No dice pues: Por infirmidad no entienden, sino, no quisieron entender, porque a menudo las cosas que desprecian hacer, también contemnan saber. Porque pues está escrito: "El siervo que no conoce la voluntad de su señor, e hiciese cosas dignas de azotes, será azotado con pocos; y el siervo que conoce la voluntad de su señor, y no hiciese según ella, será azotado con muchos" (Luc. 12, 47); estiman la impunidad de pecar como remedio del no saber. Quienes ciertamente por la sola calígine de la soberbia se entenebrecen, y por eso no disciernen que una cosa es no haber sabido, otra no haber querido saber. Pues no saber es ignorancia; no haber querido saber, soberbia. Y tanto más excusa no pueden tener porque ignoren, cuanto más aun a ellos no queriendo se les opone lo que conozcan. Por lo cual por Salomón se dice: "¿Acaso no clama la sabiduría, y la prudencia da su voz, en las sumas y excelsas cumbres sobre el camino en medio de las sendas estando?" (Prov. 8, 1). Acaso pasar por el camino de la vida temporal con su ignorancia pudiéramos, si esta misma sabiduría en los ángulos de la senda hubiera consistido.

30. Viae divinae sapientiae per Incarnationem omnibus patent. Vias Dei intelligere, quid sit. Lumen intelligentiae humilitas aperit, superbia claudit. ---Investiganda fuerat, si occultari voluisset. Sed postquam incarnationis suae mysteria publice ostendit, postquam humilitatis exempla superbientibus praebuit, semetipsam nobis quasi transeuntibus in mediis semitis fixit, ut videlicet in eam, quam quaerere nolumus, impingamus; et quam transeuntes videre negligimus, tangamus offendentes. Dicatur itaque: Et omnes vias ejus intelligere noluerunt. Via quippe est incarnatae sapientiae omnis actio quam temporaliter gessit. Viae ejus sunt vivendi ordines, quos ad se venientibus stravit. Tot itaque ad se venientibus vias praebuit, quot bene vivendi exempla monstravit. Humilitatis ejus vias Propheta aspexerat, cum suspirabat, dicens: In mandatis tuis me exercebo, et considerabo vias tuas (Psal. CXVIII, 15). Hinc rursum de unoquoque justo dicitur qui curat ut per dominica exempla gradiatur: A Domino gressus hominis diriguntur, et viam ejus cupit nimis (Psal. XXXVI, 23). Quia ergo superbi quique humiliatis dominicae facta contemnunt, recte dicitur: Vias ejus intelligere noluerunt. Viae enim istae visione despectae sunt, sed intellectu reverendae. Aliud quippe est in eis quod cernitur, aliud quod exspectatur. Quid enim in hac vita aliud quam dejectionem, sputa, ludibria, mortemque intuentium oculis ostendit? Sed per haec infima transitur ad summa, per haec dedecora quae praecedunt aeterna nobis et gloriosa pollicentur. Viderunt ergo superbi vias Dei, sed intelligere noluerunt, quia dum abjecta quae in se illae ostendunt despiciunt, perdiderunt isti sublimia quae promittunt. Vias itaque Dei intelligere est et humiliter tolerare transitoria, et perseveranter exspectare mansura, ut exemplo Domini coaeterna quaeratur gloria opprobriis temporalibus comparata, et non quod hic quisque tolerat, sed in id quod exspectat intendat. Ad haec ergo superbi clausos oculos tenuerunt, quia dum in gloria praesentis vitae superbiunt, humilitatis Dominicae celsitudinem non viderunt. Lumen enim intelligentiae humilitas aperit, superbia abscondit. Nam secretum quoddam pietatis est, et tanto minus ad illud animus pervenit, quanto magis intumescit, quia eo ipso foras repellitur, quo insanius afflatur. Sequitur:

Caput XIII

[Rec. XII].

VERS. 28.---Ut pervenire facerent ad eum clamorem egeni, et audiret vocem pauperum.

30. Los caminos de la divina sabiduría por la Encarnación a todos están patentes. Qué sea entender los caminos de Dios. El hombre abre la luz de la inteligencia por la humildad, la cierra por la soberbia. ---Hubiera tenido que ser investigada, si hubiera querido ocultarse. Pero después que los misterios de su encarnación públicamente mostró, después que los ejemplos de humildad a los soberbios ofreció, a sí misma para nosotros como transeúntes en medio de las sendas se fijó, para que ciertamente en ella, que buscar no queremos, tropecemos; y la que transeúntes ver descuidamos, la toquemos ofendiendo. Dígase pues: "Y no quisieron entender todos sus caminos." Pues camino es de la sabiduría encarnada toda acción que temporalmente gestó. Caminos suyos son los órdenes de vivir, que para los que vienen a ella dispuso. Tantos pues para los que vienen a ella caminos ofreció, cuantos ejemplos de bien vivir mostró. Los caminos de su humildad el Profeta había mirado, cuando suspiraba, diciendo: "En tus mandatos me ejercitaré, y consideraré tus caminos" (Sal. 118, 15). De aquí de nuevo de cada justo se dice que cuida que por los ejemplos dominicos se camine: "Por el Señor los pasos del hombre son dirigidos, y su camino desea muchísimo" (Sal. 36, 23). Porque pues los soberbios todos los hechos de la humildad dominica contemnan, rectamente se dice: "No quisieron entender sus caminos." Pues estos caminos por la visión son despreciados, mas por el intelecto respetables. Una cosa ciertamente es en ellos lo que se cierne, otra lo que se espera. Pues ¿qué otra cosa en esta vida sino la deyección, los esputos, los ludibrios, y la muerte ante los ojos de los que intuyen mostró? Pero por estas ínfimas cosas se pasa a las sumas, por estos deshonores que preceden las eternas y gloriosas para nosotros se prometen. Vieron pues los soberbios los caminos de Dios, mas no quisieron entenderlos, porque mientras desprecian las cosas abyectas que en sí aquellos muestran, perdieron ellos las sublimes que prometen. Entender pues los caminos de Dios es tanto tolerar humildemente las transitorias, como esperar perseverantemente las permanentes, para que por ejemplo del Señor se busque la gloria coeterna comparada con los oprobios temporales, y no en lo que aquí cada uno tolera, sino en aquello que espera atienda. A estas cosas pues los soberbios cerrados los ojos tuvieron, porque mientras en la gloria de la presente vida se ensoberbecen, la excelsitud de la humildad dominica no vieron. Pues la luz de la inteligencia la humildad la abre, la soberbia la esconde. Pues un cierto secreto de la piedad es, y tanto menos a aquel el ánimo llega, cuanto más se hincha, porque por eso mismo fuera es repelido, por lo que más insanamente es soplado. Sigue:

Capítulo XII

[Rec. XII].

VERS. 28.---Para que hicieran llegar a él el clamor del indigente, y oyera la voz de los pobres.

31. Clamor pauperum ad Deum quando perveniat. Fictus est pastor qui praedicatione neglecta, curis saecularibus occupatur. Confessionis necessitas. ---Cum enim isti superbiunt, clamant ad Deum hi qui ab ipsis superbientibus opprimuntur. Vel certe idcirco dicitur quod ad Deum fecerunt clamorem pauperum pervenire, quia istis cadentibus, in eorum locum pauperes, id est spiritu humiles subrogantur. Et quia hoc eorum casu factum est, ipsi fecisse referuntur, eo videlicet locutionis genere, quo pugnare castra dicimus, quia pugnatur ex illis. Vel certe quia cuncta quae superius dicta sunt referri etiam ad rectores Ecclesiasticos possunt, qui relicto praedicationis studio, sub occasione regiminis, terrenis negotiis involvuntur, apte subjungitur: Ut pervenire facerent ad eum clamorem egeni, et audiret vocem pauperum; quia nimirum dum ipsi curis saecularibus occupati praedicationis officium deserunt, gregem subditum in querelarum prorumpere clamorem compellunt, ut quasi jure unusquisque subjectus de vita ficti pastoris immurmuret, cur teneat magistri locum, qui non exercet officium. Quamvis fortasse melius per tumorem potentium superbia Judaeorum, et per clamorem pauperum desideria gentium figurantur, sicut, attestante Veritate, per epulantem splendide divitem Judaicus populus designatur; copiam scilicet legis non ad necessitatem salutis, sed ad pompam elationis assumens, atque in praeceptorum verbis non semetipsum ordinate reficiens, sed jactanter ostendens; et per vulneratum Lazarum, qui interpretatur adjutus, forma populi gentilis exprimitur, quem divinum adjutorium tanto magis erigit, quanto minus de suarum virium facultate confidit. Qui pauper et plenus vulneribus esse describitur, quia gentilitas corde humilis peccatorum suorum aperuit confessiones. Nam sicut in vulnere ab internis trahitur virus in cute, ita in confessione peccati, dum in publicum secreta panduntur, quasi mali humores a visceribus intimis foras prorumpunt. Illis ergo peccantibus, pauperum clamor auditur, quia dum Judaei contra Deum superbiunt, ad Deum vota gentilium pervenerunt. Unde et mox haec ipsa immensa ac profunda judicia perhorrescens, non ea curat ratione discutere, sed admiratione venerari, atque ait:

Caput XIV

[Rec. XIII].

VERS. 29.---Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum suum, quis est qui contempletur eum?

31. Cuándo el clamor de los pobres llega a Dios. Es un pastor fingido quien, descuidada la predicación, se ocupa en cuidados seculares. Necesidad de la confesión. ---Pues mientras estos se ensoberbecen, claman a Dios aquellos que por los mismos soberbios son oprimidos. O ciertamente por eso se dice que a Dios hicieron llegar el clamor de los pobres, porque cayendo estos, en su lugar los pobres, esto es humildes de espíritu, son subrogados. Y porque esto por su caída fue hecho, ellos mismos se refieren haberlo hecho, ciertamente por aquel género de locución, por el cual decimos que un campamento lucha, porque se lucha desde él. O ciertamente porque todas las cosas que arriba se han dicho referirse también a los rectores eclesiásticos pueden, quienes dejado el estudio de la predicación, bajo ocasión del régimen, en los negocios terrenales se involucran, aptamente se añade: "Para que hicieran llegar a él el clamor del indigente, y oyera la voz de los pobres"; porque ciertamente mientras ellos mismos ocupados en los cuidados seculares el oficio de la predicación desertan, a la grey súbdita a prorrumpir en clamor de quejas compelen, para que como por derecho cada súbito murmure de la vida del pastor fingido, por qué tiene el lugar de maestro, quien no ejerce el oficio. Aunque acaso mejor por el tumor de los potentes la soberbia de los judíos, y por el clamor de los pobres los deseos de las gentes se figuran, así como, atestiguando la Verdad, por el rico que banqueteaba espléndidamente el pueblo judaico se designa; asumiendo ciertamente la copia de la ley no para la necesidad de la salud, sino para la pompa de la elación, y en las palabras de los preceptos no a sí mismo ordenadamente refiriendo, sino jactanciosamente mostrando; y por el herido Lázaro, que se interpreta ayudado, la forma del pueblo gentil se expresa, a quien el divino auxilio tanto más erige, cuanto menos en la facultad de sus propias fuerzas confía. Quien pobre y lleno de heridas ser descrito es, porque la gentilidad humilde de corazón abrió las confesiones de sus pecados. Pues así como en la herida de las partes internas es traído el virus a la piel, así en la confesión del pecado, mientras en público los secretos se panden, como malos humores de las vísceras íntimas hacia fuera prorrumpen. Pecando pues aquellos, el clamor de los pobres es oído, porque mientras los judíos contra Dios se ensoberbecen, a Dios los votos de los gentiles llegaron. Por lo cual también pronto estas mismas inmensas y profundas judiciones pavoroso, no las cuida con razón discutir, sino con admiración venerar, y dice:

Capítulo XIV

[Rec. XIII].

VERS. 29.---Pues concediendo él la paz, ¿quién es el que condenará? desde que escondiere su rostro, ¿quién es el que lo contemplará?

32. Cur unus vocetur et trahatur, alter repellatur, nemo discutiat. ---Nemo ergo discutiat cur, stante Judaico populo, dudum in infidelitate gentilitas jacuit; et cur, ad finem gentilitate surgente, judaicum populum infidelitatis culpa prostravit. Nemo discutiat cur alius trahatur ex dono, alius repellatur ex merito. Si enim gentilitatem miraris assumptam, Ipso concedente pacem, quis est qui condemnet? Si Judaeam obstupescis perditam, ex quo absconderit vultum suum, quis est qui contempletur eum? Itaque consilium summae et occultae virtutis satisfactio fit apertae rationis. Unde et in Evangelio Dominus, cum de hujus rei causa loqueretur, ait: Confiteor tibi, Pater Domine coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita, pater (Matth. XI, 25). Atque mox tanquam rationem quamdam absconsionis ac revelationis adjungens, ait: Quia sic fuit placitum ante te. Quibus nimirum verbis exempla humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione, aliorum vero repulsione praesumamus. Cum enim intulisset utrumque, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, hoc videlicet ostendens, quia injustum esse non potest quod placuit justo. Unde et in vinea laborantibus mercedem reddens, cum quosdam operarios inaequales in opere aequaret in praemio, et plus in mercede quaereret qui labori amplius insudasset, ait: Nonne ex denario convenisti mecum? Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi; an non licet mihi quod volo facere (Matth. XX, 13)? In cunctis ergo quae exterius disponuntur, aperta causa rationis est occultae justitia voluntatis. Dicatur itaque: Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum suum, quis est qui contempletur eum? Et quia sic minima sicut maxima, sic singula Deus judicat sicut cuncta, apte subjungitur:

CAPUT XV.

IBID.---Et super gentem, et super omnes homines.

33. Deus minimis providet ut maximis; et singulis ut universis. ---Ac si aperte admoneamur intendere, quia hoc judicium, quod super unam gentem describitur, etiam super omnes homines invisibili examinatione celebratur, ut alius eligatur, alius repellatur occulte, sed nullus injuste. Hoc ergo quod in maximis fieri cernimus, etiam in nobis singulis caute timeamus. Sic enim intenduntur divina judicia super unam animam, sicut super unam urbem; sic super unam urbem, sicut super unam gentem; sic super unam gentem, sicut super universam generis humani multitudinem;

32. Por qué uno sea vocado y traído, otro repelido, nadie lo discuta. ---Nadie pues discuta por qué, estando el pueblo judaico, hace poco en la infidelidad la gentilidad yació; y por qué, al fin surgiendo la gentilidad, la culpa de la infidelidad al pueblo judaico postró. Nadie discuta por qué uno sea traído por don, otro repelido por mérito. Pues si de la gentilidad asumida te admiras: "Concediendo él la paz, ¿quién es el que condenará?". Si de Judea perdida te estupendes: "desde que escondiere su rostro, ¿quién es el que lo contemplará?". Así pues el consejo de la suma y oculta virtud se hace satisfacción de la abierta razón. Por lo cual también en el Evangelio el Señor, cuando de la causa de este hecho hablaba, dice: "Te confieso, Padre, Señor del cielo y de la tierra, porque escondiste estas cosas a los sabios y prudentes, y las revelaste a los párvulos. Así, Padre" (Mat. 11, 25). Y pronto como añadiendo una cierta razón de la escondida y de la revelación, dice: "Porque así fue placentero ante ti". Por cuyas palabras ciertamente ejemplos de humildad recibimos, para que no temerariamente discutir los consejos supernos de la vocación de unos, mas de la repulsión de otros presumamos. Pues cuando hubo inferido ambos, no pronto rindió razón, sino que así a Dios placentero dijo, esto ciertamente mostrando, que injusto ser no puede lo que plugo al justo. Por lo cual también en la viña a los laborantes rindiendo merced, cuando a algunos operarios inequitativos en la obra los igualaba en el premio, y más en la merced buscaba quien en el trabajo más hubiera sudado, dice: "¿Acaso no por un denario conveniste conmigo? Quiero empero también a este novísimo dar como a ti; ¿o no me es lícito lo que quiero hacer?" (Mat. 20, 13). En todo pues lo que exteriormente se dispone, la causa abierta de la razón es la justicia de la oculta voluntad. Dígase pues: "Pues concediendo él la paz, ¿quién es el que condenará? desde que escondiere su rostro, ¿quién es el que lo contemplará?". Y porque así las mínimas como las máximas, así a cada uno Dios juzga como a todos, aptamente se añade:

CAPÍTULO XV.

IBID.---Y sobre la gente, y sobre todos los hombres.

33. Dios a las mínimas cosas provee como a las máximas; y a cada una como a las universales. ---Como si abiertamente fuéramos amonestados a atender, porque este juicio, que sobre una gente se describe, también sobre todos los hombres por una invisible examinación se celebra, para que uno sea elegido, otro repelido ocultamente, mas ninguno injustamente. Esto pues que en las máximas vemos hacerse, también en nosotros cada uno cautamente temamos. Pues así se intentan los divinos juicios sobre una sola alma, como sobre una ciudad; así sobre una ciudad, como sobre una gente; así sobre una gente, como sobre la universal multitud del género humano;

quia et sic intendit Dominus singulis, ac si vacet a cunctis; et sic simul intendit omnibus, ac si vacet a singulis. Qui enim omnia administrando implet, regit implendo; nec universis deest, cum disponit unum; nec uni deest, cum disponit universos, cuncta scilicet naturae suae potentia quietus operatur. Quid ergo mirum quia non angustatur intentus, qui operatur quietus? Dicatur itaque quia hoc subtile judicium exercet et super gentem, et super omnes homines. [Rec. XIV.] Quia igitur de specie transivit ad genus, nunc de genere se convertit ad speciem, et quid Judaea proprie mereatur, ostendit dicens:

Caput XVI

[Vet. XX].

VERS. 30.---Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

34. Qui malis praelatis subjacent, id suae culpae tribuant. Propter peccata populorum regnaturus est Antichristus. ---Verum namque regem super se Judaea regnare noluit, et idcirco exigentibus meritis hypocritam accepit, sicut ipsa quoque Veritas in Evangelio dicit: Ego veni in nomine Patris mei, et non accepistis me; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis (Joan. V, 43). Et sicut Paulus ait: Pro eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio (II Thess. II, 10). In eo ergo quod dicitur: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi, potest ipsum omnium hypocritarum caput Antichristus designari. Seductor quippe ille tunc sanctitatem simulat, ut ad iniquitatem trahat. Sed propter peccata populi regnare permittitur, quia nimirum tunc ipsi sub illius regimine praeordinantur, qui ejus dominio digni ante saecula praesciuntur, qui peccatis subsequentibus exigunt, ut sub illo judiciis praecurrentibus disponantur. Quod ergo tunc Antichristus super impios regnat, non est ex injustitia judicantis, sed ex culpa patientis; quamvis plerique et principatum illius non viderunt, et tamen ejus principatui peccatorum suorum conditione deserviunt, quia et quem dominantem sibi minime conspiciunt, eum proculdubio perverse vivendo venerantur. An non ejus membra sunt, qui per affectatae sanctitatis speciem appetunt videri quod non sunt? Ille namque principaliter hypocrisim sumit, qui cum sit damnatus homo, et nequam spiritus, Deum se esse mentitur.

porque así atiende el Señor a cada uno, como si estuviera vacante de todos; y así a la vez atiende a todos, como si estuviera vacante de cada uno. Pues el que todas las cosas administrando las llena, las rige llenándolas; ni a lo universal falta, cuando dispone a uno; ni a uno falta, cuando dispone a lo universal, a saber, todas las cosas por la potencia de su naturaleza quieto las opera. ¿Qué maravilla pues que no se angustie atento, quien opera quieto? Dígase pues que este sutil juicio ejerce tanto sobre la gente, como sobre todos los hombres. [Rec. XIV.] Porque pues de la especie pasó al género, ahora del género se convierte a la especie, y qué Judea propiamente merezca, muestra diciendo:

Capítulo XVI

[Vet. XX].

VERS. 30.---Quien hace reinar al hombre hipócrita por los pecados del pueblo.

34. Quienes a los malos prelados subyacen, eso a su propia culpa lo atribuyan. Por los pecados de los pueblos ha de reinar el Anticristo. ---Pues al verdadero rey sobre sí Judea reinar no quiso, y por eso exigiéndolo los méritos al hipócrita recibió, así como la misma Verdad en el Evangelio dice: "Yo vine en nombre de mi Padre, y no me recibisteis; si otro viniere en su propio nombre, a aquel recibiréis" (Juan 5, 43). Y como Pablo dice: "Por cuanto la caridad de la verdad no recibieron, para que salvos se hicieran, por eso enviará a ellos Dios operación de error, para que crean a la mentira" (II Tes. 2, 10). En aquello pues que se dice: "Quien hace reinar al hombre hipócrita por los pecados del pueblo", puede el mismo cabeza de todos los hipócritas, el Anticristo, ser designado. Pues aquel seductor entonces la santidad simula, para que a la iniquidad traiga. Pero por los pecados del pueblo reinar se le permite, porque ciertamente entonces ellos bajo el régimen de aquel son preordinados, quienes de su dominio dignos ante los siglos son prescritos, quienes por los pecados subsiguientes exigen, que bajo aquel por los juicios precurrentes sean dispuestos. Que pues entonces el Anticristo sobre los impíos reine, no es por injusticia del que juzga, sino por culpa del que padece; aunque muchos también su principado no vieron, y sin embargo a su principado por la condición de sus pecados sirven, porque aun a quien dominante para sí mínimamente contemplan, a aquel sin duda perversamente viviendo veneran. ¿O acaso no son sus miembros, quienes por la especie de la afectiva santidad apetecen parecer lo que no son? Aquel pues principalmente la hipocresía asume, quien siendo un hombre condenado, y un espíritu inicuo, miente que él es Dios.

Sed proculdubio ex ejus nunc corpore prodeunt, qui iniquitates suas sub tegmine sacri honoris abscondunt, ut professione videri appetant, quod esse operibus recusant. Quia enim scriptum est: Omnis qui facit peccatum, servus est peccati, quanto nunc liberius peragunt perversa quae volunt, tanto ejus servitio obnixius obligantur (Joan. VIII, 34). Sed nullus, qui talem rectorem patitur, cum quem patitur accuset, quia nimirum sui fuit meriti perversi rectoris subjacere ditioni. Culpam ergo proprii magis accuset operis quam injustitiam gubernantis. Scriptum namque est: Dabo tibi reges in furore meo (Osee XIII, 11). Quid ergo illos nobis praeesse despicimus, quorum super nos regimina ex Domini furore suscipimus? Si igitur irascente Deo secundum nostra merita rectores accipimus, in illorum actione colligimus, quid ex nostra aestimatione pensemus. Quamvis plerumque et electi subjaceant reprobis. Unde et diu David Saulem pertulit (I Reg. XVIII, 11); sed subsequente culpa adulterii proditur, quia dignus tunc fuit qui tanta praepositi asperitate premeretur.

35. Ob delicta gregis aliquando bonus pastor pervertitur. ---Sic ergo secundum merita subditorum tribuuntur personae regentium, ut saepe qui videntur boni, accepto mox regimine permutentur; sicut Scriptura sacra de eodem Saule intulit, quia cor cum dignitate mutavit. Unde scriptum est: Cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel (I Reg. XV, 17). Sic pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, ut saepe pro malo gregis etiam vere boni delinquat vita pastoris. Ille enim, Deo attestante, laudatus, ille supernorum mysteriorum conscius David propheta, tumore repentinae elationis inflatus, populum numerando peccavit, et tamen vindictam populus, David peccante, suscepit (II Reg. XXIV, 9). Cur hoc? quia videlicet secundum meritum plebium disponuntur corda rectorum. Justus vero judex peccantis vitium ex ipsorum animadversione corripuit, ex quorum causa peccavit. Sed quia ipse scilicet sua voluntate superbiens, a culpa alienus non fuit, vindictam culpae etiam ipse suscepit. Nam ira saeviens, quae corporaliter populum perculit, rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostravit. Certum vero est quod ita sibi invicem et rectorum merita connectantur et plebium, ut saepe ex culpa pastorum deterior fiat vita plebium, et saepe ex plebium merito mutetur vita pastorum.

Pero sin duda de su cuerpo ahora proceden, quienes sus iniquidades bajo el tegumento del sacro honor esconden, para que por profesión parecer apetan, lo que ser en las obras rehúsan. Pues porque está escrito: "Todo el que hace pecado, siervo es del pecado", cuanto ahora más libremente realizan las perversas cosas que quieren, tanto a su servicio más obnoxiamente se obligan (Juan 8, 34). Pero ninguno, que tal rector padece, a quien padece acuse, porque ciertamente de su mérito fue al dominio del perverso rector subyacer. La culpa pues de la propia obra más acuse que la injusticia del gobernante. Escrito pues está: "Te daré reyes en mi furor" (Oseas 13, 11). ¿Por qué pues aquellos que nos presiden despreciamos, cuyos regímenes sobre nosotros por el furor del Señor recibimos? Si pues airándose Dios según nuestros méritos rectores recibimos, en la acción de aquellos recogemos, qué de nuestra estimación pensemos. Aunque a menudo también los electos subyazcan a los réprobos. Por lo cual también mucho tiempo David a Saúl toleró (I Rey. 18, 11); pero por la subsiguiente culpa del adulterio se delata, porque digno entonces fue de que con tanta aspereza del prepósito fuera oprimido.

35. Por los delitos de la grey a veces el buen pastor se pervierte. ---Así pues según los méritos de los súbditos se tributan las personas de los regentes, de modo que a menudo los que parecen buenos, recibido pronto el régimen se permuten; como la Escritura sacra de aquel mismo Saúl relató, porque el corazón con la dignidad mudó. Por lo cual está escrito: "Cuando eras párvulo a tus propios ojos, cabeza te constituí en las tribus de Israel" (I Rey. 15, 17). Así para las calidades de los súbditos se disponen los actos de los regentes, de modo que a menudo por el mal de la grey aun la vida de un pastor verdaderamente bueno delinca. Pues aquel, por atestación de Dios, laudado, aquel de los supernos misterios conocedor David profeta, por el tumor de la repentina elación inflado, numerando al pueblo pecó, y sin embargo la venganza el pueblo, pecando David, recibió (II Rey. 24, 9). ¿Por qué esto? porque ciertamente según el mérito de las plebes se disponen los corazones de los rectores. Mas el Justo Juez el vicio del que peca por la animadversión de aquellos mismos corrigió, por cuya causa pecó. Pero porque él mismo ciertamente por su propia voluntad ensoberbeciéndose, de la culpa ajeno no fue, la venganza de la culpa también él mismo recibió. Pues la ira ensañada, que corporalmente al pueblo hirió, al rector también del pueblo con íntimo dolor del corazón postró. Cierto es pues que así se conectan entre sí y los méritos de los rectores y de las plebes, que a menudo por la culpa de los pastores se haga peor la vida de las plebes, y a menudo por el mérito de las plebes se mude la vida de los pastores.

[Vet. XXI.] 36. Subditi praelatos etiam malos tolerent, si salva fide possint. Humilitas recti magistra. ---Sed quia rectores habent judicem suum, magna cautela subditorum est non temere vitam judicare regentium. Neque enim frustra per semetipsum Dominus aes nummulariorum fudit, et cathedras vendentium columbas evertit (Matth. XXI, 21); nimirum significans quia per magistros quidem vitam judicat plebium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum. Quamvis etiam subditorum vitia, quae a magistris modo vel dissimulantur judicari, vel nequeunt, ejus procul dubio judicio reservantur. Igitur dum salva fide res agitur, virtutis est meritum, si quidquid prioris est toleratur. Debet tamen humiliter suggeri, si fortasse valeat quod displicet emendari. Sed curandum summopere est ne in superbiam transeat justitiae inordinata defensio, ne dum rectitudo incaute diligitur, ipsa magistra rectitudinis humilitas amittatur; ne eum sibi praeesse quisque despiciat, quem fortasse contingit ut in aliqua actione reprehendat. Contra hunc tumorem superbiae, subditorum mens ad custodiam humilitatis edomatur, si infirmitas propria incessanter attenditur. Nam vires nostras veraciter examinare negligimus; et quia de nobis fortiora credimus, idcirco eos qui nobis praelati sunt districte judicamus. Quo enim nosmetipsos minus agnoscimus, eo illos quos reprehendere nitimur plus videmus. Singula haec mala sunt, quae saepe a subditis in praelatos, saepe a praelatis in subditos committuntur, quia et omnes subditos hi qui praesunt minus quam ipsi sunt sapientes arbitrantur, et rursum qui subjecti sunt rectorum suorum actiones judicant, et si ipsos regimen habere contingeret, se potuisse agere melius putant. Unde plerumque fit ut et rectores minus prudenter ea quae agenda sunt videant, quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat; et nonnunquam is qui subjectus est hoc cum praelatus fuerit faciat, quod dudum fieri subjectus arguebat; et pro eo quod illa quae judicaverat perpetrat, saltem quia judicavit erubescat. Igitur sicut praelatis curandum est ne eorum corda aestimatione singularis sapientiae locus superior extollat, ita subjectis providendum est ne sibi rectorum facta displiceant.

[Vet. XXII.] 37. Pastores mali honorandi, non imitandi. ---Si autem magistrorum vita jure reprehenditur, oportet ut eos subditi, etiam cum displicent, venerentur. [Rec. XV.] Sed hoc est solerter intuendum, ne aut quem venerari necesse est, imitari appetas, aut quem imitari despicis, venerari contemnas. Subtilis etenim via tenenda est rectitudinis et humilitatis, ut sic reprehensibilia magistrorum facta displiceant, quatenus subditorum mens a servanda magisterii reverentia non recedat.

[Vet. XXI.] 36. Los súbditos a los prelados aun malos toleren, si salva la fe pudieran. La humildad maestra de lo recto. ---Pero porque los rectores tienen a su propio juez, gran cautela de los súbditos es no temerariamente la vida juzgar de los regentes. Pues ni en vano por sí mismo el Señor el dinero de los cambistas derramó, y las cátedras de los que vendían palomas trastornó (Mat. 21, 12); ciertamente significando que por los maestros ciertamente la vida juzga de las plebes, mas por sí mismo los hechos examina de los maestros. Aunque también los vicios de los súbditos, que por los maestros ahora o se disimulan ser juzgados, o no pueden, sin duda a su juicio se reservan. Por tanto mientras salva la fe la cosa se hace, mérito de virtud es, si todo lo que es del superior se tolera. Debe sin embargo humildemente sugerirse, si acaso valiera lo que desplace ser enmendado. Pero ha de cuidarse sumamente no sea que en soberbia pase la defensa inordenada de la justicia, no sea que mientras la rectitud incautamente se ama, la misma maestra de la rectitud humildad se pierda; no sea que a quien le preside cada uno desprecie, a quien acaso acontece que en alguna acción reprenda. Contra este tumor de la soberbia, la mente de los súbditos para la custodia de la humildad se doma, si la propia infirmidad incesantemente se atiende. Pues nuestras fuerzas verazmente examinar descuidamos; y porque de nosotros cosas más fuertes creemos, por eso a aquellos que nos son prelados estrechamente juzgamos. Pues cuanto menos a nosotros mismos nos reconocemos, tanto más a aquellos que reprender pretendemos vemos. Cada uno de estos males son, que a menudo por los súbditos contra los prelados, a menudo por los prelados contra los súbditos se cometen, porque tanto todos los súbditos estos que presiden menos de lo que ellos mismos son sabios los arbitran, como de nuevo quienes sujetos están las acciones de sus propios rectores juzgan, y si a ellos mismos el régimen tener les aconteciera, creen que podrían haber obrado mejor. Por lo cual a menudo se hace que tanto los rectores menos prudentemente aquellas cosas que han de hacerse vean, porque a sus ojos la misma niebla de la elación oscurece; como a veces aquel que sujeto está esto cuando prelado fuera haga, lo que hace poco ser hecho sujeto argüía; y por aquello que las cosas que había juzgado perpetra, al menos porque juzgó se avergüence. Por tanto así como a los prelados ha de cuidarse que no el lugar superior sus corazones por la estimación de singular sabiduría ensalce, así a los sujetos ha de proveerse que no les desplacen los hechos de los rectores.

[Vet. XXII.] 37. Los pastores malos han de ser honrados, no imitados. ---Mas si la vida de los maestros rectamente es reprendida, conviene que los súbditos, aun cuando desplacen, los veneren. [Rec. XV.] Pero esto ha de ser solícitamente intuido, no sea que o a quien venerar es necesario, imitar apetas, o a quien imitar desprecias, venerar contemnas. Pues una sutil vía ha de tenerse de rectitud y de humildad, para que así los reprensibles hechos de los maestros desplacen, que la mente de los súbditos de la reverencia del magisterio que ha de servarse no se aparte.

Quod bene in Noe debriato exprimitur, cujus nudata verecundiora boni filii aversi veniendo texerunt (Genes. IX, 21). Aversari quippe dicimur quod reprobamus. Quid est ergo quod filii verecunda patris superjecto dorsis pallio aversi venientes operiunt, nisi quod bonis subditis sic praepositorum suorum mala displicent, ut tamen haec ab aliis occultent? Operimentum aversi deferunt, quia judicantes factum, et venerantes magisterium, nolunt videre quod tegunt.

[Rec. XVI.] 38. Pastores temporalibus vacantes contemnere, est Deum accusare. Potestas regiminis ministrari non potest sine studio curae temporalis. ---Sunt vero nonnulli qui si parum quid de spiritali conversatione inchoant, cum rectores suos temporalia agere et terrena considerant, mox ordinem supernae dispositionis accusant, quod nequaquam bene ad regendum praelati sint, per quos conversationis infimae exempla monstrantur. Sed hi nimirum dum temperare se a rectorum suorum reprehensione negligunt, culpae suae exigentibus meritis, usque ad reprehensionem conditoris excedunt: cujus profecto dispensatio inde ab humilibus rectior agnoscitur, unde ab elatis non recta judicatur. Quia enim potestas regiminis ministrari non potest sine studio curae temporalis, aliquando omnipotens Deus mira dispensatione pietatis, ut tenerae spiritalium mentes a terrena cura disjunctae sint, onus regiminis duris ac laboriosis cordibus injungit, ut tanto illae ab hoc mundo securius lateant, quanto haec in terrenis sollicitudinibus libenter elaborant. In exhibitione quippe suscepti oneris pro ipsis quoque utilitatibus subditorum durae viae sunt mundanae servitutis.

39. Quantum debeamus iis qui a temporalium cura, ipsis vacando, nos liberant. ---Et saepe, ut dictum est, misericors Deus quo suos tenere diligit, eo illos sollicite ab externis actionibus abscondit. Nam et plerumque paterfamilias ad eum laborem servos dirigit, a quo subtiles filios suspendit; et inde filii sine vexatione decori sunt, unde servi in pulvere foedantur. Quod quam recte in Ecclesia divinitus agitur, ipsa tabernaculi constructione signatur. Ad Moysen quippe divina voce praecipitur ut ad tegenda interius sancta sanctorum ex bysso, cocco atque hyacintho vela texantur, jussumque est ut ad protegendum tabernaculum, vela cilicina et pelles extenderet, quae nimirum vel pluvias, vel ventos, vel pulverem tolerarent (Exod. XXVI, 1). Quid ergo per pelles et cilicia, quibus tabernaculum tegitur, nisi grossas hominum mentes accipimus, quae aliquando in Ecclesia occulto Dei judicio, quamvis durae sint, praeferuntur?

Lo cual bien en Noé embriagado se expresa, cuyas desnudas vergüenzas los buenos hijos vueltos viniendo cubrieron (Gén. 9, 21). Pues apartarnos se dice de lo que reprobamos. ¿Qué es pues que los hijos las vergüenzas del padre superpuesto a las espaldas el palio vueltos viniendo cubren, sino que a los buenos súbditos así los males de sus prepósitos desplacen, que sin embargo estos de otros los oculten? El operimento vueltos lo difieren, porque juzgando el hecho, y venerando el magisterio, no quieren ver lo que cubren.

[Rec. XVI.] 38. Contemnar a los pastores que vacan a las cosas temporales, es acusar a Dios. La potestad del régimen no puede ser ministrada sin el estudio del cuidado temporal. ---Hay ciertamente algunos que si un poco algo de la espiritual conversación incoan, cuando a sus rectores las cosas temporales obrar y las terrenas considerar ven, pronto el orden de la superna disposición acusan, de que por ningún modo bien para regir son prelados, por quienes de conversación ínfima ejemplos se muestran. Pero estos ciertamente mientras templarse de la reprensión de sus rectores descuidan, exigiéndolo los méritos de su propia culpa, hasta la reprensión del hacedor exceden: cuya profecta dispensación tanto de los humildes más recta es reconocida, por lo que de los elados no recta es juzgada. Porque pues la potestad del régimen ministrarse no puede sin el estudio del cuidado temporal, a veces el Dios omnipotente por una admirable dispensación de piedad, para que las tiernas mentes de los espirituales del cuidado terrenal disjuntas estén, el peso del régimen a los duros y laboriosos corazones injunge, para que tanto aquellas de este mundo más seguras latan, cuanto estos en las terrenales solicitudes libremente elaboran. En la exhibición ciertamente del peso suscrito por las mismas utilidades de los súbditos duras vías son de la mundana servidumbre.

39. Cuánto debamos a aquellos que del cuidado de las cosas temporales, ellos mismos vacando, nos libran. ---Y a menudo, como se ha dicho, el misericordioso Dios por lo que a los suyos amar tiene, por eso los oculta solícitamente de las acciones externas. Pues también a menudo el padre de familia a aquel trabajo a los siervos dirige, del cual a los sutiles hijos suspende; y de ahí los hijos sin vejación decorosos son, de donde los siervos en el polvo se afean. Lo cual cuán rectamente en la Iglesia divinamente se hace, por la misma construcción del tabernáculo se signa. Pues a Moisés por la divina voz se preceptúa que para cubrir interiormente el sancta sanctorum de biso, cocco y jacinto velos se tejan, y mandado fue que para proteger el tabernáculo, velos de cilicio y pieles extendiera, los cuales ciertamente o las lluvias, o los vientos, o el polvo toleraran (Éxodo 26, 1). ¿Qué pues por las pieles y el cilicio, con que el tabernáculo se cubre, sino las gruesas mentes de los hombres recibimos, las cuales a veces en la Iglesia por oculto juicio de Dios, aunque sean duras, se prefieren?

Quae quia servire curis temporalibus non timent, oportet ut tentationum ventos et pluvias de hujus mundi contrarietatibus portent. Quid vero per hyacinthum, coccum, byssumque signatur, nisi sanctorum vita tenera, sed clara? Quae dum caute in tabernaculo sub ciliciis et pellibus absconditur, sua ei integra pulchritudo servatur. Ut enim in interioribus tabernaculi byssus fulgeat, coccus coruscet, hyacinthus caeruleo colore resplendeat, desuper pelles et cilicia imbres, ventos et pulverem portant. Qui igitur magnis virtutibus in sanctae Ecclesiae sinu proficiunt, praepositorum suorum vitam despicere non debent, cum vacare eos rebus exterioribus vident, quia hoc quod ipsi securi intima penetrant, ex illorum adjumento est qui contra procellas hujus saeculi exterius laborant. Quam enim candoris sui gratiam retineret, si byssum pluvia tangeret? Aut quid fulgoris atque claritatis coccus vel hyacinthus ostenderet, si haec susceptus pulvis foedaret? Sit ergo desuper textura cilicii fortis ad pulverem, sit inferius color hyacinthinus aptus ad decorem. Ornent Ecclesiam qui solis rebus spiritalibus vacant, tegant Ecclesiam, quos et labor rerum corporalium non gravat. Nequaquam ergo contra rectorem suum exteriora agentem murmuret is qui intra Ecclesiam sanctam jam spiritaliter fulget. Si enim tu secure interius ut coccus rutilas, cilicium quo protegeris cur accusas?

[Vet. XXIII.] 40. Prava praelatorum exempla Deus ordinat in poenam superborum subditorum. Dum maledicere videntur prophetae, praedicunt. ---Sed a quibusdam quaeritur quia dum saltem pro utilitate subditorum rectores nimium temporalibus curis inserviunt, plerique in Ecclesia eorum exemplo deterescunt. Quod verum valde esse quis abneget, cum curari a pastoribus terrena quam coelestia sollicitius videt? Sed neque haec injusta sunt, si, ut superius diximus, res praesidentium juxta subditorum merita disponuntur. Occulte namque et sponte perpetratae culpae exigunt ut prava et a pastoribus exempla praebeantur, quatenus justo judicio is qui de via Dei superbus exorbitat, in via qua graditur etiam per ducatum pastoris offendat. Unde per prophetam quoque praenuntiantis studio dicitur, non maledicentis voto: Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva (Psal. LXVIII, 24). Ac si dicat: Qui humanae vitae actionibus quasi praevidendis itineribus praesunt, veritatis lucem non habeant, ut et qui sequuntur subditi, iniquitatum suarum oneribus incurvati, omnem statum rectitudinis amittant. Quod factum procul dubio in Judaea novimus, cum in ipso nostri Redemptoris adventu pharisaeorum turba atque sacerdotum a vero lumine mentis oculos clausit, et per praepositorum exempla gradiens in infidelitatis tenebris populus erravit.

Las cuales porque servir a los cuidados temporales no temen, conviene que los vientos de las tentaciones y las lluvias de las contrariedades de este mundo porten. ¿Qué empero por el jacinto, el cocco, y el biso se signa, sino la vida de los santos tierna, mas clara? La cual mientras cautamente en el tabernáculo bajo los cilicios y pieles se oculta, su íntegra hermosura se le serva. Pues para que en los interiores del tabernáculo el biso luzca, el cocco corusque, el jacinto con su color azul resplandezca, desde arriba las pieles y cilicios las lluvias, vientos y polvo portan. Quien pues con grandes virtudes en el seno de la santa Iglesia aprovechan, la vida de sus prepósitos despreciar no deben, cuando vacar los ven a las cosas exteriores, porque esto que ellos mismos seguros íntimamente penetran, del adjumento de aquellos es que contra las procelas de este siglo exteriormente laboran. Pues ¿qué gracia de su propio candor retendría, si al biso la lluvia tocara? ¿O qué de fulgor y claridad el cocco o el jacinto mostraría, si a estos el polvo recibido afeara? Sea pues desde arriba la textura del cilicio fuerte para el polvo, sea inferiormente el color jacintino apto para el decoro. Ornen la Iglesia quienes a las solas cosas espirituales vacan, cubran la Iglesia, a quienes también el trabajo de las cosas corporales no grava. De ningún modo pues contra su rector las cosas exteriores obrando murmure el que dentro de la Iglesia santa ya espiritualmente luce. Pues si tú seguro interiormente como el cocco rutilas, el cilicio con que eres protegido ¿por qué acusas?

[Vet. XXIII.] 40. Los pravos ejemplos de los prelados Dios los ordena para pena de los soberbios súbditos. Mientras maldecir parecen los profetas, predicen. ---Pero por algunos se pregunta de que mientras al menos por la utilidad de los súbditos los rectores demasiado a los cuidados temporales sirven, muchos en la Iglesia por el ejemplo de ellos se deterioran. Lo cual que muy verdadero es ¿quién negaría, cuando cuidarse por los pastores las cosas terrenales que las celestiales más solícitamente ve? Mas ni estas cosas injustas son, si, como arriba dijimos, las cosas de los presidentes según los méritos de los súbditos se disponen. Ocultamente pues y espontáneamente perpetradas culpas exigen que pravos ejemplos también por los pastores se ofrezcan, para que por justo juicio el que de la vía de Dios soberbio exorbita, en la vía por la que camina también por el ducado del pastor ofenda. Por lo cual por el profeta también con el estudio del que preanuncia se dice, no con el voto del que maldice: "Oscurézcanse sus ojos, para que no vean, y sus espaldas siempre encorva" (Sal. 68, 24). Como si dijera: Quienes a las acciones de la vida humana como a previas vías presiden, la luz de la verdad no tengan, para que también los que siguen súbditos, por los pesos de sus iniquidades encorvados, todo estado de rectitud pierdan. Lo cual hecho sin duda en Judea conocimos, cuando en el mismo advenimiento de nuestro Redentor la turba de los fariseos y de los sacerdotes de la verdadera luz los ojos de la mente cerró, y por los ejemplos de los prepósitos caminando el pueblo en las tinieblas de la infidelidad erró.

41. Quo sensu Deus faciat regnare hypocritam. ---Sed quaeri rationabiliter potest quomodo hoc in loco dicitur quod regnare hypocritam Dominus facit, cum de hac re specialiter per prophetam conqueritur, dicens: Ipse regnaverunt, et non ex me; principes exstiterunt, et non cognovi (Osae. VIII, 4). Quis enim recte sentiens dicat quia facit Dominus quod minime cognoscit? Sed quia scire Dei approbare est, nescire reprobare; unde quibusdam quos reprobat dicit: Nescio vos unde sitis, discedite a me omnes operarii iniquitatis (Luc. XIII, 25); et aliquando facere Dei est id quod fieri prohibet, irascendo permittere; unde et regis Aegypti cor se obdurare asseruit (Exod. IV, 21), quia videlicet obdurari permisit; miro modo hypocritas Dominus et regnare facit et nescit: facit sinendo, nescit reprobando. Unde necesse est ut ad omne quod in hac vita concupiscitur prius voluntas interna requiratur. Quam cum humani cordis auris percipere appetit, sciat quia haec non verbis, sed rebus sonat. Locus ergo regiminis cum regendus offertur, in se prius necesse est ut quisque discutiat, si loco vita congruit, si ab honore actio non dissentit, ne justus omnium rector eo post in tribulatione preces non audiat, quod ipsa quoque ejus, de quo tribulatio oritur, exordia honoris ignorat.

41. En qué sentido Dios hace reinar al hipócrita. ---Pero puede preguntarse razonablemente cómo en este lugar se dice que el Señor hace reinar al hipócrita, cuando de este hecho especialmente por el profeta se queja, diciendo: "Ellos reinaron, mas no por mí; príncipes fueron, y yo no lo supe" (Oseas 8, 4). Pues ¿quién que sienta rectamente diría que hace el Señor lo que mínimamente conoce? Pero porque el saber de Dios es aprobar, el no saber reprobar; por lo cual a algunos a quienes reprueba dice: "No os conozco de dónde seáis, apartaos de mí todos los obreros de iniquidad" (Luc. 13, 25); y a veces el hacer de Dios es aquello que ser hecho prohíbe, airándose permitir; por lo cual también del rey de Egipto el corazón afirmó él endurecer (Éxodo 4, 21), porque ciertamente endurecerse permitió; de modo admirable el Señor tanto hace reinar a los hipócritas como no los conoce: hace permitiendo, no conoce reprobando. Por lo cual es necesario que para todo lo que en esta vida se concupiscencia primero la voluntad interna sea requerida. La cual cuando el oído del corazón humano apetece percibir, sepa que esta no con palabras, sino con cosas suena. El lugar pues del régimen cuando para ser regido se ofrece, en sí primero es necesario que cada uno discuta, si al lugar la vida congruye, si del honor la acción no disiente, no sea que el justo rector de todos después en la tribulación las preces no oiga, por aquello que también los mismos de él exordios del honor ignora, de donde la tribulación se origina.

Liber VI

GESIMUS SEXTUS.

Exponit sanctus Doctor septem ultimos versus cap. XXXIV, et caput XXXV ex integro, cum uno et viginti prioribus versibus cap. XXXVI. Ubi latissime in sensus tum allegoricos tum morales excurrit.

CAPUT PRIMUM.

1. 811 Fictae ac verae humilitatis indicia.---In locutionibus suis hoc arrogantes viri habere inter alia propreum solent, quod ab auditoribus suis ne quid fortasse inordinatum dixerint tunc requirunt, cum se laudabiliter aliquid dixisse cognoscunt. Haec videlicet faciunt, non quod de dictis suis ambigant, sed quod ab audientium judicio favores quaerant. Nam inveniri facile poterit quo animo percunctantur, si quisquam cum eorum bona laudat, etiam mala reprehendat. Certum quippe est quia sicut inflantur laudibus, ita correptionibus inflammantur; et cum a quolibet se vel juste reprehendi conspiciunt, mox in malis suis fomitem defensionis exquirunt. Quomodo ergo de bonis suis humiliter ambigunt, qui mala sua defendere etiam perverse moliuntur? Ille est enim vere humilis in bonis, qui non est defensor in malis. Nam qui de malis suis arguitur, et contra verba arguentis accenditur, quando de bonis suis quasi humiliter titubat, per humilitatis vocem ornari appetit, non doceri. Eliu itaque vitam arrogantium signans, postquam multa interna et sublimia intulit, ecce in verbis formam humilitatis assumit, et aequitate proposita, sub quadam discipulatus imagine beatum Job alloquitur dicens:

CAPUT II.

CAP. XXXIV, VERS. 31, 32.--- Quia ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo. Si erravi, tu doce me; si iniquitatem locutus sum, ultra non addam.

Libro VI

GÉSIMO SEXTO.

Expone el santo Doctor los siete últimos versos del cap. 34, y el capítulo 35 íntegro, con los veintiún primeros versos del cap. 36. Donde latísimamente en los sentidos tanto alegóricos como morales excurre.

CAPÍTULO I.

1. Indicios de la humildad fingida y verdadera.---En sus locuciones, los hombres arrogantes suelen tener esto de propio entre otras cosas: que entonces preguntan a sus oyentes si acaso han dicho algo desordenado, cuando conocen que han dicho algo laudable. Hacen esto, evidentemente, no porque duden de sus dichos, sino porque buscan favores del juicio de los oyentes. Pues fácilmente podrá encontrarse con qué ánimo preguntan, si alguien, cuando alaba sus cosas buenas, también reprueba las malas. Porque es cierto que así como se inflan con las alabanzas, así se inflaman con las correcciones; y cuando ven que alguien los reprende incluso justamente, pronto buscan en sus males el fomento de la defensa. ¿Cómo, pues, dudan humildemente de sus bienes, quienes se esfuerzan por defender incluso perversamente sus males? Pues aquel es verdaderamente humilde en los bienes, que no es defensor en los males. Porque quien es argüido por sus males, y se enciende contra las palabras del que lo arguye, cuando titubea como humildemente sobre sus bienes, desea ser adornado por la voz de la humildad, no ser enseñado. Eliú, por lo tanto, señalando la vida de los arrogantes, después de que introdujo muchas cosas internas y sublimes, he aquí que asume en sus palabras la forma de la humildad, y propuesta la equidad, bajo una cierta imagen de discipulado habla al bienaventurado Job, diciendo:

CAPÍTULO II.

JOB 34, 31-32.--- Porque yo he hablado a Dios, a ti tampoco te prohibiré. Si he errado, enséñame tú; si he hablado iniquidad, no añadiré más.

3. Humilitatis larva cito abjicitur.---Sicut saepe contingit ut bona loquantur et mali, multa Eliu fortia paulo superius se dixisse meminerat, et securus idcirco ne fortasse erraverit requirebat. Neque enim requireret, si se errasse credidisset. Est namque, ut dixi, propria arrogantium fraus ut tunc de errore requirere studeant, quando se noverint non errasse. Qui rursum requirere vel argui de errore despiciunt, si quando se errasse veraciter praecognoscunt. Non enim esse, sed videri humiles appetunt; et tunc requirendo speciem humilitatis assumunt, quando de ipsa magis requisitione laudantur. Sed quia omnino difficile est ut elatio quae regnat in corde non erumpat in voce; auditores arrogantium si eorum dicta paulisper taciti exspectant atque considerant, citius corda illorum subsequentia verba manifestant. Diu quippe morari non possunt in ipsa humilitatis imagine, quam specie tenus sumunt. Superbis enim mentibus humilitas alta est, et cum ejus formam conscendere ambiunt, lassatis animi gressibus quasi a clivosis atque asperis itineribus dilabuntur. Alienum est scilicet quod videri appetunt, et idcirco ejus imagini diu inhaerere nequaquam possunt. Grave pondus aestimant, cum eam saltem specie tenus portant, et quousque 812 hanc abjiciant, vim quamdam in corde patiuntur, quia videlicet elationis usui male dominanti deserviunt, atque ejus imperio semetipsos quales sint prodere compelluntur, ne diu possint videri quod non sunt. Unde Eliu quoque postquam de errore doceri se petiit, postquam iniquitatem non se ultra locuturum promisit, subito ab humilitatis specie ad verba tumidae causationis exsilivit. Nam subdidit, dicens:

CAPUT III.

VERS. 33.--- Nunquid a te Deus expetit eam, quia displicuit tibi?

3. Sancti humanum judicium non metuunt, sed divinum, ad quod etiam provocare simulant mali.---Ac si diceret: Ego coram Domino rationes positurus sum cur modo iniquitas mea a te reprehenditur, quae constat quod in judicio a te non requiratur. Recti viri cum injuste ab hominibus impetuntur, ad supernum judicium recurrunt. [Vet. et Rec. II.] Unde et ab eodem beato Job dicitur: Ecce in coelo testis meus, et conscius meus in excelsis (Job. XVI, 19). Et quia ei placere summopere cupiunt, ejus solius testimonium requirunt.

3. La máscara de la humildad se arroja pronto.---Como suele ocurrir que también los malos hablen cosas buenas, Eliú recordaba haber dicho muchas cosas fuertes poco antes, y por eso preguntaba seguro de no haber errado quizá. Pues no preguntaría, si creyese haber errado. Pues es, como dije, el propio fraude de los arrogantes que entonces procuren preguntar sobre el error, cuando saben que no han errado. Los cuales, de nuevo, desprecian preguntar o ser argüidos de error, si alguna vez preconocen verazmente haber errado. Pues no desean ser, sino parecer humildes; y entonces, preguntando, asumen la especie de la humildad, cuando son alabados más bien por la misma pregunta. Pero porque es del todo difícil que la elación que reina en el corazón no irrumpa en la voz; si los oyentes de los arrogantes esperan y consideran sus dichos por un momento en silencio, sus corazones se manifiestan más pronto por las palabras subsiguientes. Pues no pueden permanecer mucho tiempo en esa misma imagen de la humildad que asumen superficialmente. Pues para las mentes soberbias la humildad es alta, y cuando pretenden subir a su forma, resbalan con los pasos del ánimo cansados, como por caminos escarpados y ásperos. Es ajeno, ciertamente, lo que desean parecer, y por ello de ningún modo pueden adherirse largamente a su imagen. Consideran un grave peso cuando la llevan al menos en apariencia, y hasta que la arrojan, padecen una cierta violencia en el corazón, porque evidentemente sirven al hábito mal dominante de la elación, y por su imperio son compelidos a revelar quiénes son, para no poder parecer por mucho tiempo lo que no son. De donde también Eliú, después de que pidió ser enseñado sobre su error, después de que prometió que no hablaría más iniquidad, súbitamente saltó de la especie de la humildad a palabras de hinchada acusación. Pues añadió, diciendo:

CAPÍTULO III.

JOB 33, 33.--- ¿Acaso Dios te lo pide a ti, porque te ha disgustado?

3. Los santos no temen el juicio humano, sino el divino, al cual también los malos simulan provocar.---Como si dijera: Yo voy a exponer ante el Señor las razones de por qué ahora mi iniquidad es reprendida por ti, la cual consta que no se requerirá de ti en el juicio. Los hombres rectos, cuando son atacados injustamente por los hombres, recurren al juicio celestial. De donde también se dice por el mismo bienaventurado Job: He aquí mi testigo está en el cielo, y el conocedor de mi conciencia en las alturas (Job 16, 19). Y porque desean sumamente agradarle a Él, buscan el testimonio de Él solo.

Perversi quoque, quia justorum vitam deserunt, sed nonnunquam eloquia sequuntur, cum de suis male gestis increpantur, hoc assumunt in argumentum defensionis, quod justi proferunt in testimonium puritatis. Unde eis et consuetudo jam facta est, ut si quis eos de factis suis arguat, Dei magis judicium quam hominum quaerant. A Deo enim et cum se damnandos noverint, judicari non metuunt, et judicari ab hominibus erubescunt. Proponunt ergo majus quod non metuunt, ut hoc minus declinare valeant quod erubescunt. Scriptum quippe est: Unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo (Rom. XIV, 12). Quia ergo tunc damnatio uniuscujusque manifesta est, exinde modo iniqui colligunt, ut etiam perversa uniuscujusque actio sit secura; ne modo eam quilibet justus arguendo discutiat, a qua constat quod in judicio alienus existat. At contra piorum conscientiae grande sibi conferri praemium credunt, cum de quibusdam modo suis actionibus illicitis arguuntur. Proponunt etenim ante oculos cordis quia districtum Dei judicium tanto verius tunc super eos mitigabitur, quanto nunc acrius arguente homine praevenitur; et temporalem iram super se lucrum computant, per quam se aeternam posse evadere non ignorant. Eliu ergo typum cunctorum arrogantium tenens, et magis eligens aeterna invectione percuti, quam temporaliter increpari, dicat: Nunquid a te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? Quia vero esse culpabiliores solent hi qui loqui in contentione inchoant, quam qui respondent, subdidit, dicens:

CAPUT IV.

IBID.--- Tu enim coepisti loqui, et non ego.

4. Frustra se innocentes putant, qui pulsati dura respondent.---Eo se innocentem credidit, quo pulsatus erupit; 813 nimirum nesciens quia innocentia non tempore defenditur, sed ratione. Quid enim ejus defensionibus adminiculatur, quod etsi tacenti nulla intulit, recte tamen inchoanti prava respondit? Postquam vero in verbis elationis ostenditur, ecce iterum sub requisitionis velamine palliatur, atque infert, dicens:

IBID.--- Quod si quid melius nosti, loquere.

Quamvis dum non ait: Quia melius nosti, sed, Si quid melius nosti, loquere, nimis hoc ipsum superbisse est, de melioris scientia dubitasse. Hoc tamen, quod beato Job locum loquendi tribuit, humilitatem se exhibuisse indicavit. Sed, sicut supra dictum est, quia in actione arrogantium omne quod superducto sermone tegitur, prorumpente rursum intentione elationis aperitur, citius Eliu innotuit qua mente beatum Job loqui postulavit. Nam sequitur:

También los perversos, porque abandonan la vida de los justos, pero a veces siguen sus elocuencias, cuando son increpados por sus malas acciones, asumen esto como argumento de defensa, que los justos presentan como testimonio de pureza. De donde también se les ha hecho ya costumbre que, si alguien los arguye por sus hechos, busquen el juicio de Dios más que el de los hombres. Pues no temen ser juzgados por Dios incluso cuando saben que han de ser condenados, y se avergüenzan de ser juzgados por los hombres. Proponen, pues, lo mayor que no temen, para poder declinar esto menor que les avergüenza. Pues está escrito: Cada uno de nosotros dará cuenta de sí a Dios (Rom. 14, 12). Porque, por tanto, entonces la condenación de cada uno es manifiesta, de ahí ahora los inicuos deducen que también la acción perversa de cada uno sea segura; no sea que ahora cualquier justo la discuta arguyéndola, de la cual consta que es ajeno en el juicio. Pero, por el contrario, las conciencias de los piadosos creen que se les confiere un gran premio cuando son argüidos ahora por algunas de sus acciones ilícitas. Pues proponen ante los ojos del corazón que el estrecho juicio de Dios tanto más verdaderamente se mitigará entonces sobre ellos, cuanto ahora es prevenido más acremente por la reprensión del hombre; y computan como lucro la ira temporal sobre sí, por la cual no ignoran que pueden evadir la eterna. Eliú, pues, teniendo el tipo de todos los arrogantes, y prefiriendo ser herido por la invectiva eterna que ser increpado temporalmente, diga: ¿Acaso Dios te lo pide a ti, porque te ha disgustado? Pero porque suelen ser más culpables los que comienzan a hablar en la contienda que los que responden, añadió, diciendo:

CAPÍTULO IV.

IBÍDEM.--- Pues tú has comenzado a hablar, y no yo.

4. En vano se creen inocentes quienes, al ser golpeados, responden duramente.--- En esto se creyó inocente, en que, al ser golpeado, estalló; 813 ignorando sin duda que la inocencia no se defiende por el tiempo, sino por la razón. Pues, ¿qué se apoya en sus defensas, en que, aunque nada infirió al que callaba, respondió sin embargo cosas perversas al que rectamente comenzaba? Pero después que se muestra en palabras de elación, he aquí de nuevo se encubre bajo el velo de la pregunta, e infiere diciendo:

IBÍDEM.--- Pero si sabes algo mejor, habla.

Aunque al no decir: "Porque sabes mejor", sino: "Si sabes algo mejor, habla", esto mismo fue haberse ensoberbecido demasiado, haber dudado de la ciencia de uno mejor. Sin embargo, esto, que dio lugar de hablar al bienaventurado Job, indicó que había mostrado humildad. Pero, como se ha dicho arriba, porque en la acción de los arrogantes todo lo que se cubre con el sermón superpuesto se abre por la intención de la elación que vuelve a irrumpir, más pronto se conoció en Eliú con qué mente pidió al bienaventurado Job que hablara. Pues sigue:

Caput V

[Rec. III].

VERS. 34, 35.--- Viri intelligentes loquantur mihi, et vir sapiens audiat me. Job autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam.

5. Mentiri non licet humilitatis gratia.---Ecce dum quasi humiliter beato Job loqui tribuit, quid intrinsecus gestaret ostendit, dicens: Viri intelligentes loquantur mihi; dedignatus videlicet si beatus Job loqui praesumeret, qui quasi ejus intelligere verba non posset. Et quia non solum ad loquendum, sed etiam ad audiendum, beatum Job indignum fuisse judicavit, illico adjunxit: Vir sapiens audiat me. Ac si diceret: Huic loqui injuste conceditur, qui etiam audire verba sapientium non meretur. Atque mox aperte, quam despecta de illo sentiat, manifestat, dicens: Job autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam. Sine disciplina locutum beatum Job credidit, quia justum se in suis operibus fuisse memoravit. Verum fortasse Eliu diceret, si ea quae beatus Job de seipso narraverat, non de illo haec eadem ipse disciplinae auctor existimasset. Innocenter enim Job se asseruit flagellatum, quem Deus etiam perhibuit frustra percussum (Job. II, 3). Quid ergo vox percussi superbum sonuit, quae a sententia ferientis nullatenus discrepavit? Incaute sunt humiles (22, q. 2, c. Incaute), qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant; imo mentiendo superbiunt, quia contra veritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim, necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tanto magis humilitati jungitur, quanto et veritati sociatur. An Paulus humilis non fuit, quando aemulatione veritatis contra falsos apostolos tot de se discipulis fortia gesta narravit (I Tim. II, 7; Act. XX, 18, 19) Qui nimirum veritati inimicus existeret, si abscondendo virtutes proprias, praedicatores errorum praevalere permisisset.

Sed quia arrogantes viri in eo quod bonorum dicta superbe examinant, verborum magis superficiem quam rerum ordinem pensant, Eliu beati Job sententias disciplinam credidit non sonasse. [Vet. III.] Quia vero saepe asperitas superborum usque ad duritiam maledictionis extenditur, illico contra beatum Job, quasi ad Deum faciens verba, subjungit:

Caput VI

[Rec. IV].

VERS. 36.--- Pater mi, probetur Job usque ad finem.

CAPÍTULO V.

JOB 34, 34-35.--- Los varones inteligentes me hablen, y el varón sabio me oiga. Pero Job ha hablado neciamente, y sus palabras no suenan a disciplina.

5. No es lícito mentir por causa de la humildad.---He aquí que mientras daba lugar de hablar al bienaventurado Job como humildemente, mostró lo que llevaba por dentro, diciendo: "Los varones inteligentes me hablen"; desdeñando evidentemente que el bienaventurado Job presumiera hablar, quien como si no pudiera entender sus palabras. Y porque juzgó al bienaventurado Job indigno no solo de hablar, sino también de oír, al punto añadió: "El varón sabio me oiga". Como si dijera: A este se le concede injustamente hablar, quien ni siquiera merece oír las palabras de los sabios. Y pronto manifiesta abiertamente qué desprecio siente por él, diciendo: "Pero Job ha hablado neciamente, y sus palabras no suenan a disciplina". Creyó que el bienaventurado Job había hablado sin disciplina, porque recordó que había sido justo en sus obras. Acaso Eliú diría la verdad, si aquellas cosas que el bienaventurado Job había narrado de sí mismo, el mismo Autor de la disciplina no las hubiera juzgado de él. Pues Job aseró inocentemente haber sido azotado, a quien Dios también declaró haber sido golpeado sin causa (Job 2, 3). ¿Por qué, pues, la voz del golpeado sonó soberbia, la cual en nada discrepó de la sentencia del que golpeaba? Incautamente son humildes quienes se enredan en la mentira mientras evitan la arrogancia; más bien por la mentira se ensoberbecen, porque se yerguen contra la verdad que abandonan. Pues quien, por necesidad obligatoria, dice cosas buenas verdaderas de sí mismo, tanto más se une a la humildad, cuanto también se asocia a la verdad. ¿Acaso Pablo no fue humilde cuando, por emulación de la verdad contra los falsos apóstoles, narró tantos hechos fuertes de sí mismo a sus discípulos (1 Tim. 2, 7; Hech. 20, 18, 19)? Quien sin duda existiría como enemigo de la verdad si, escondiendo sus propias virtudes, hubiera permitido que los predicadores de errores prevalecieran.

Pero porque los varones arrogantes, en aquello que examinan soberbiamente los dichos de los buenos, consideran más la superficie de las palabras que el orden de las cosas, Eliú creyó que las sentencias del bienaventurado Job no habían sonado a disciplina. Pero porque a menudo la aspereza de los soberbios se extiende hasta la dureza de la maldición, al punto subraya contra el bienaventurado Job, como dirigiendo sus palabras a Dios:

CAPÍTULO VI.

JOB 34, 36.--- Padre mío, sea probado Job hasta el fin.

814 6. Superbi afflictis compati nesciunt. In correptione sic tumentia premenda sunt, ut cruenta foveantur.---Ecce hoc quod de arrogantiae tumore conceperat in verbis etiam maledictionis exaltat. Sed fortasse benevolae vim probationis optaret, si stetisse eum in probatione judicasset. Ut ergo aperte malitia ejus crudelitatis appareat, probari eum adhuc per flagella deprecatur, quem inter flagella lapsum fuisse jam queritur. Praemisit quod sensit, ut apertius cognosci debeat quod optavit. Adhuc feriri postulat quem jam peccasse sub manu ferientis accusat. Propria haec arrogantium vota sunt, ut vitam dolentium examinari acrius deprecentur, quia quanto sibimetipsis justiores sunt, tanto alienis doloribus duriores existunt. Nesciunt enim in se passionem alienae infirmitatis trahere, et sicut suae, ita etiam proximi imbecillitati misereri. Quia enim de se alta sentiunt, idcirco humilibus nullatenus condescendunt. Eliu beatum Job pro culpa percussum credit, atque ideo exhibenda ei pietatis viscera nec inter tot dolores aestimavit. Viri autem veraciter sancti cum flagellari quempiam etiam pro culpa cognoscunt, etsi quaedam ejus inordinata corripiunt, ad quaedam tamen dolentia compatiuntur; et sic sciunt tumentia premere, ut sciant etiam cruenta refovere, quatenus in eis cum dura emolliuntur, infirma roborentur. [Vet. IV, Rec. V.] At contra arrogantes viri quia charitatis viscera non habent, non solum non compatiuntur etiam justis dolentibus, sed eos insuper sub specie justae increpationis affligunt; et vel si qua in eis sunt parva mala exaggerant, vel ea quae vere bona sunt male apud se interpretando commutant.

7. Sancti doctores delinquentium vitia exaggerare solent. Quid sit cordis parietem fodere.---Quamvis etiam casti doctores saepe exaggerare soleant delinquentium vitia, et ex quibusdam signis publicis occulta rimari, ut possint ex minimis majora cognoscere. Unde ad Ezechielem dicitur: Fili hominis, fode parietem (Ezech. VIII, 8). Ubi mox subdidit: Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum, et dixit ad me: Ingredere, et vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi; et ecce omnis similitudo reptilium, et animalium abominatio, et universa idola domus Israel depicta erant in pariete (Ibid., IX, 10). Per Ezechielem quippe praepositorum persona signatur, per parietem duritia subditorum. Et quid est parietem fodere, nisi asperis correptionibus duritiam cordis aperire? Quem cum perfodisset, apparuit ostium, quia cum cordis duritia asperis correptionibus aperitur, quasi quaedam janua ostenditur, ex qua omnia in eo qui corripitur cogitationum interiora videantur.

23. Unos persuaden a los vicios, otros los mandan y obligan a ellos con fuerza tiránica.---Pero porque a veces se esmeran en extorsionar con fuerzas desenfrenadas lo que no pueden persuadir con palabras, aptamente se añade: Y aullarán por la fuerza del brazo de los tiranos. Pues quienquiera que nos impele a vivir mal con su propio ejemplo, todavía usa contra nosotros la voz del calumniador; pero quienquiera que persuadiendo al pecado desea también aterrarnos, ya se ensaña contra nosotros con el brazo de la tiranía. Pues una cosa es persuadir a los vicios viviendo, otra mandarlos aterrando. Mientras, pues, vemos ejemplos de mala acción, como si todavía oyéramos el estrépito del calumniador; pero cuando somos obligados a pecar por la fuerza, ya sostenemos al tirano en el corazón.

24. Eorum tamen conatibus resistunt electorum mentes. Ad Deum eundum est, non solum per mollia, sed etiam per aspera.---Sed robustorum mentes in Deo immobiliter fixae tanto ista despiciunt, quanto cernunt quod contra praecepta conditoris excrescunt. Aeternitatis quippe praemia praestolantes vires ex adversitatibus sumunt, quia crescente pugna gloriosiorem sibi non ambigunt manere victoriam. Sic itaque electorum desideria dum praemuntur, adversitate proficiunt, sicut ignis flatu premitur ut crescat; et unde quasi extingui cernitur, inde roboratur. In eo namque ostendimus quanta ad Dominum cupiditate flagramus, si non solum ad eum per tranquilla et mollia, sed etiam per aspera et dura transimus. Hinc namque propheta ait: Qui perfecit pedes meos quasi cervi (Psal. XVII, 34). Cervus enim cum montium juga conscendit, quaeque aspicit aspera, quaeque se objiciunt sentibus illigata, dato saltu transgreditur, et absque ullo cursus sui obstaculo in superiora elevatur. Ita etiam electorum mentes quaeque sibi in hoc mundo obsistere atque obviare conspiciunt, contemplationis saltu transcendunt, et more cervorum, despectis terrenarum rerum sentibus, in superna se evehunt. Hinc rursum dicit: Et in Deo meo transgrediar murum (Ibid., 30). Murus quippe est omne quod itineri nostro objicitur, ne ad eum qui diligitur, transeatur. Sed murum transgredimur, cum prae amore supernae patriae, quaeque in hoc mundo fuerint objecta calcamus. Hinc per eumdem Prophetam certanti animae Dominus dicit: Exaudivi te in abscondito tempestatis, probavi te ad aquas contradictionis (Psal. LXXX, 8). Absconditum quippe tempestatis est, cum in corde contrito cogitationum tentantium fluctus intumescunt, cum contra amoris sancti studia curarum saecularium se tumultus illidunt. In abscondito ergo tempestatis auditur, quia clamor deprecantis est haec ipsa tribulationis fluctuatio. Quia vero omnino non desunt qui bona quaerentibus suadere perversa moliantur, aquae contradictionis sunt populi resistentes. Et quia tunc probatur desiderium cum aliqua ei adversitate resistitur, recte dicitur: Probavi te ad aquas contradictionis. His itaque virtutum nisibus robusti ex adversitate proficiunt, sed infirmi saepe in desideriis suis, si qua eis fuerint, ex adverso objecta, languescunt, et cum valida tribulatione pulsantur, pusillanimitate deficiunt. Unde Eliu beato Job probra pusillanimitatis impingens, praemissis malorum oppressionibus, infirmorum mox pusillanimitates exsequitur, dicens:

Caput XV

[Rec. XI].

VERS. 10.---Et non dixit, Ubi est Deus qui fecit me?

24. Sin embargo, las mentes de los electos resisten sus conatos. Se debe ir a Dios no solo por lo suave, sino también por lo áspero.---Pero las mentes de los robustos, fijadas inamoviblemente en Dios, tanto más desprecian esas cosas cuanto ven que crecen contra los preceptos del Fundador. Pues esperando los premios de la eternidad, toman fuerzas de las adversidades, porque al crecer la lucha no dudan que les aguarda una victoria más gloriosa. Y así los deseos de los electos mientras son oprimidos, aprovechan con la adversidad, como el fuego es oprimido por el soplo para que crezca; y de donde se ve como que se extingue, de allí se robustece. Pues en eso mostramos con cuánta codicia ardemos hacia el Señor, si no solo pasamos hacia Él por lo tranquilo y suave, sino también por lo áspero y duro. Pues de aquí el profeta dice: Quien perfeccionó mis pies como de ciervos (Sal 17, 34 [Vulg. 18, 34]). Pues el ciervo, cuando asciende las cimas de los montes, todo lo que ve áspero, todo lo que se le ofrece ligado con zarzas, lo transgrede dando un salto, y sin ningún obstáculo para su carrera se eleva a lo superior. Así también las mentes de los electos, todo lo que ven que se les opone y sale al encuentro en este mundo, lo trascienden con el salto de la contemplación, y al modo de los ciervos, despreciadas las zarzas de las cosas terrenas, se elevan hacia lo celestial. De aquí de nuevo dice: Y en mi Dios transgrediré el muro (Ibid. 30 [31]). Pues muro es todo lo que se opone a nuestro camino, para que no se pase hacia Aquel que es amado. Pero transgredimos el muro cuando, por amor de la patria celestial, pisoteamos todo lo que en este mundo haya sido opuesto. De aquí, por el mismo Profeta, dice el Señor al alma que lucha: Te oí en lo escondido de la tempestad, te probé en las aguas de la contradicción (Sal 80, 8 [Vulg. 81, 7]). Pues lo escondido de la tempestad es cuando en el corazón contrito se hinchan las olas de los pensamientos tentadores, cuando contra los estudios del amor santo se estrellan los tumultos de los cuidados seculares. En lo escondido, pues, de la tempestad es oído, porque el clamor del que suplica es esta misma fluctuación de la tribulación. Pero porque no faltan del todo quienes se esfuercen por persuadir cosas perversas a quienes buscan lo bueno, las aguas de la contradicción son los pueblos que resisten. Y porque entonces se prueba el deseo cuando se le resiste con alguna adversidad, rectamente se dice: Te probé en las aguas de la contradicción. Con estos esfuerzos de las virtudes, por tanto, los robustos aprovechan con la adversidad, pero los enfermos a menudo languidecen en sus deseos, si algunas cosas les son opuestas desde el lado contrario, y cuando son golpeados con una válida tribulación, desfallecen por la pusilanimidad. De donde Eliú, lanzando oprobios de pusilanimidad contra el bienaventurado Job, habiendo premisado las opresiones de los malos, de inmediato prosigue las pusilanimidades de los enfermos, diciendo:

CAPÍTULO XV.

JOB 35, 10.---Y no dijo: ¿Dónde está Dios que me hizo?

25. Qui tentatione frangitur, Dei providentiam serio non cogitat.---Mos sacrae Scripturae est ut a singulari numero ad pluralem subito transeat, atque a plurali saepe se ad singularem vertat. Unde Eliu cum diceret: Clamabunt, et ejulabunt, nequaquam subdidit: Non dixerunt, ubi est Deus: Non dixit ubi est Deus. A plurali quippe numero in singularem veniens, ad personam subito infirmi uniuscujusque transivit, fortasse quia a singulis melius recognoscitur quidquid dici de eis singulariter auditur, ut ad cor suum quisque redeat, et in semetipso hoc quod de unoquoque dicitur reprehendat. Singularem igitur numerum tenuit, dicens: Non dixit, Ubi est Deus qui fecit me. Quisquis enim adversitatum tribulatione frangitur a quo factus est minime contemplatur. Nam qui quod non erat fecit, factum sine gubernatione non deserit; et qui benigne hominem condidit, nequaquam injuste cruciari permittit; nec sinit neglecte perire quod est, qui hoc etiam quod non fuit creavit ut esset. Cum ergo causam tribulationis nostrae requirimus, et fortasse tardius invenimus, est ista consideratio, quod nihil injuste patiamur, quia si Deo auctore sumus qui non fuimus, Deo regente non affligimur injuste qui sumus. Sequitur:

Caput XVI

[Vet. XI, Rec. XII].

IBID.---Cui dedit carmina in nocte

26. Ne vincamur, Deus tribulationes consolatione condit.---Carmen in nocte est laetitia in tribulatione, quia etsi pressuris temporalitatis affligimur, spe jam tamen de aeternitate gaudemus. Carmina Paulus in nocte praedicabat, dicens: Spe gaudentes, in tribulatione patientes (Rom. XII, 12). Carmen in nocte David sumpserat, qui dicebat: Tu mihi es refugium a pressura quae circumdedit me, exsultatio mea, redime me a circumdantibus me (Psal. XXXI, 7). Ecce noctem pressuram nominat, et tamen liberatorem suum inter angustias exsultationem vocat. Foris quidem nox erat in circumdatione pressurae, sed intus carmina resonabant de consolatione laetitiae. Quia enim ad aeterna gaudia redire non possumus, nisi per temporalia detrimenta, tota sacrae Scripturae intentio est ut spes manentis laetitiae nos inter haec transitoria adversa corroboret. Unde et Ezechiel propheta librum se accepisse testatur, in quo scriptae erant lamentationes, carmen et vae (Ezech. II, 9). Quid enim libro hoc, nisi divina eloquia figurantur? Quae quia nobis lacrymas luctusque praecipiunt, lamentationes in eo scriptae referuntur.

25. Quien se quiebra por la tentación no piensa seriamente en la providencia de Dios.---Es costumbre de la sagrada Escritura pasar súbitamente del número singular al plural, y del plural a menudo volverse al singular. De donde Eliú, al decir: Clamarán y aullarán, de ningún modo añadió: No dijeron ¿dónde está Dios?; sino: No dijo ¿dónde está Dios? Pues viniendo del número plural al singular, pasó súbitamente a la persona de cada uno de los enfermos, tal vez porque cada uno reconoce mejor lo que oye decir singularmente de ellos, para que cada cual vuelva a su corazón, y reprenda en sí mismo esto que se dice de cada uno. Mantuvo, pues, el número singular diciendo: Y no dijo, ¿Dónde está Dios que me hizo? Pues quienquiera que se quiebra por la tribulación de las adversidades, mínimamente contempla por quién fue hecho. Pues quien hizo lo que no era, no desampara lo que hizo sin gobierno; y quien benignamente formó al hombre, de ningún modo permite que sea torturado injustamente; ni deja perecer descuidado lo que es, quien creó incluso lo que no fue para que fuese. Cuando, pues, requerimos la causa de nuestra tribulación, y tal vez la encontramos más tarde, existe esta consideración: que nada padezcamos injustamente, porque si por autoría de Dios somos quienes no fuimos, por gobierno de Dios no somos afligidos injustamente quienes somos. Sigue:

CAPÍTULO XVI.

JOB 35, 10. --- Que da cantos en la noche.

26. Para que no seamos vencidos, Dios sazona las tribulaciones con la consolación. --- El canto en la noche es la alegría en la tribulación, porque aunque somos afligidos por las presiones de la temporalidad, sin embargo, ya nos alegramos por la esperanza de la eternidad. Pablo predicaba cantos en la noche, diciendo: Gozosos en la esperanza, sufridos en la tribulación (Rom 12, 12). David había tomado un canto en la noche, quien decía: Tú eres mi refugio de la presión que me ha rodeado, mi exultación, redímeme de los que me rodean (Sal 31, 7 [Vulg. 32, 7]). He aquí que llama a la presión 'noche', y sin embargo llama a su libertador 'exultación' entre las angustias. Por fuera ciertamente era de noche por el rodeo de la presión, pero por dentro resonaban cantos por el consuelo de la alegría. Pues porque no podemos volver a los gozos eternos sino a través de los detrimentos temporales, toda la intención de la sagrada Escritura es que la esperanza de la alegría permanente nos corrobore entre estas adversidades transitorias. De donde también el profeta Ezequiel testifica haber recibido un libro en el que estaban escritas lamentaciones, un canto y un ay (Ez 2, 9). ¿Qué pues se figura por este libro sino los divinos elocuios (divina eloquia)? Los cuales, porque nos prescriben lágrimas y lutos, se relatan como lamentaciones escritas en él.

Carmen quoque et vae continent, quia sic de spe gaudium praedicant, ut in praesenti tamen pressuras atque angustias incident. Carmen et vae continent, quia etsi illic dulcia appetimus, prius necesse est ut hic amara toleremus. Carmen et vae discipulis praedicabat Dominus, cum dicebat: Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis; in mundo pressuram habebitis (Joan. XVI, 33). Ac si aperte diceret: Sit vobis de me interius quod consolando reficiat, quia erit de mundo exterius quod saeviendo graviter premat. Quia ergo infirmus quisque cum premitur, a spe gaudii nimia pusillanimitate lassatur, et dum foris adversa tolerat, intus obliviscitur quo gaudebat, bene dicitur: Non dixit, Ubi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Si enim ista diceret, vim quam patitur temperaret; et per hoc quod mansurum intus quaereret, id quod foris transitorium sustinet esse intolerabile non aestimaret. Sequitur:

Caput XVII

[Rec. XIII].

VERS. 11.---Qui docet nos super jumenta terrae, et super volucres coeli erudit nos.

27. Deus nos docet carnis voluptates, et spiritus elationem cavere.---Jumenta terrae sunt, qui usu vitae carnalis ima appetunt; volucres vero coeli sunt, qui superbae curiositatis studio sublimia perscrutantur. Illi vivendo se deponunt infra quam sunt, isti inquirendo se elevant ultra quam possunt. Illos in infimis voluptas dejicit carnis, istos quasi in superioribus erigit libido curiositatis. Illis per sacra eloquia dicitur: Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus (Psal. XXXI, 9); istorum superbus labor increpatur, dum dicitur: Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris (Eccli. III, 22). Illis dicitur: Mortificate membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam (Coloss. III, 5); istis dicitur: Nemo vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam (Coloss. II, 8). Docet igitur nos Deus super jumenta terrae et volucres coeli, quia dum hoc quod sumus agnoscimus, nec carnis nos infirmitas dejicit, nec superbiae spiritus elevat; nec defluendo imis subjicimur, nec superbiendo de sublimibus inflamur. Qui enim carne labitur, jumentorum appetitu prosternitur; qui vero extollitur mente, more volucrum quasi levitatis penna sublevatur.

También contienen un canto y un ay, porque de tal modo predican el gozo por la esperanza, que sin embargo mencionan presiones y angustias en el presente. Contienen un canto y un ay, porque aunque allí deseamos cosas dulces, primero es necesario que aquí toleremos cosas amargas. El Señor predicaba un canto y un ay a los discípulos cuando decía: Estas cosas os he hablado para que en mí tengáis paz; en el mundo tendréis presión (Jn 16, 33). Como si dijera abiertamente: Haya para vosotros en mí, interiormente, lo que os recree consolándoos, porque habrá en el mundo, exteriormente, lo que os oprima gravemente ensañándose. Porque, pues, cada enfermo cuando es oprimido, se fatiga por la excesiva pusilanimidad de la esperanza del gozo, y mientras tolera por fuera las adversidades, olvida por dentro aquello en lo que se gozaba, bien se dice: No dijo: ¿Dónde está Dios que me hizo, que dio cantos en la noche? Pues si dijera estas cosas, templaría la fuerza que padece; y por esto, porque buscaría dentro lo que ha de permanecer, no estimaría que aquello que sostiene por fuera como transitorio fuera intolerable. Sigue:

CAPÍTULO XVII.

JOB 35, 11. --- Que nos enseña sobre los jumentos de la tierra, y sobre las aves del cielo nos instruye.

27. Dios nos enseña a precavernos de los placeres de la carne y de la elación del espíritu. --- Los jumentos de la tierra son quienes, por el uso de la vida carnal, buscan lo ínfimo; pero las aves del cielo son quienes, por el estudio de la soberbia curiosidad, escudriñan lo sublime. Aquellos, viviendo, se deponen por debajo de lo que son; estos, inquiriendo, se elevan por encima de lo que pueden. A aquellos los derriba la voluntad de la carne en lo ínfimo; a estos los erige la libido de la curiosidad (libido curiositatis) como en lo superior. A aquellos se les dice por la sagrada elocuencia (sacra eloquia): No queráis ser como el caballo y el mulo, que no tienen entendimiento (Sal 31, 9 [Vulg. 32, 9]); el soberbio trabajo de estos es increpado cuando se dice: No busques lo más alto para ti, ni escudriñes lo más fuerte que tú (Eclo 3, 22 [Vulg. 3, 22]). A aquellos se les dice: Mortificad vuestros miembros que están sobre la tierra: fornicación, inmundicia, libido, mala concupiscencia (Col 3, 5); a estos se les dice: Nadie os engañe por la filosofía y la vana falacia (Col 2, 8). Dios, pues, nos enseña sobre los jumentos de la tierra y las aves del cielo, porque mientras reconocemos lo que somos, ni la enfermedad de la carne nos derriba, ni el espíritu de soberbia nos eleva; ni fluyendo somos sometidos a lo ínfimo, ni ensoberbeciéndonos somos inflamados por lo sublime. Pues quien cae por la carne, es postrado por el apetito de los jumentos; pero quien es ensalzado en la mente, al modo de las aves es sublimado como por la pluma de la levedad.

[Vet. XII.] 28. Superbia luxuriae seminarium. Caro mergit quos superba scientia sublevat. Juste mens amittit carnis dominium si Deo servire deneget.---Sed si vigilanter intenditur, ut et mentis humilitas, et carnis castimonia teneatur, cito cognoscimus, quia alterum custoditur ex altero. Nam multis saepe superbia luxuriae seminarium fuit, quia dum eos spiritus quasi in altum erexit, caro in infimis mersit. Hi enim prius secreto elevantur, sed postmodum publice corruunt, quia dum occultis intumescunt motibus cordis, apertis cadunt lapsibus corporis. Sic sic elati justa fuerant retributione feriendi, ut quia superbiendo se hominibus praeferunt, luxuriando usque ad jumentorum similitudinem devolvantur. Homo quippe cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psal. XLVIII, 13). Quasi scientiae enim illos in altum penna sublevaverat, de quibus Paulus hoc quod et superius protulimus dicebat: Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis (Rom. I, 21). Quomodo autem in jumentorum, aut plusquam jumentorum voluptatem deciderint, subdidit dicens: Tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam (Ibid., 24). Ecce caro mersit quos superba scientia sublevavit, et a volatu volucrum ultra appetitum lapsi sunt jumentorum; atquae inde sub se prostrati sunt, unde super se ire videbantur. Curandum itaque est, et omni custodia mens a superbiae tumore servanda. Non enim ante oculos Dei vacuae transvolant cogitationes nostrae; et nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu retributionis. Intus ergo videt Deus quod mentem elevat, et idcirco permittit foris invalescere quod deponat. Intus prius extollitur, quod foris postmodum luxuriae corruptione feriatur. Occultam videlicet culpam sequitur aperta percussio, ut malis exterioribus interiora puniantur et cor publice corruat, quod latenter tumebat. Hinc quippe per Osee contra Israelitas dicitur: Spiritus fornicationis in medio eorum, et Dominum non cognoverunt (Ose. V, 4). Qui ut ostenderet quod causa libidinis ex culpa proruperit elationis, mox subdidit dicens: Et respondebit arrogantia Israel in faciem ejus (Ibid., 5). Ac si diceret: Culpa quae per elationem mentis in occulto latuit per carnis luxuriam in aperto respondit. Proinde per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis. Si enim pie spiritus sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non levatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis, si tamen sub Domino recognoscit jura legitimae servitutis. Nam si auctorem suum superbiendo contemnit, jure et a subjecta carne praelium suscipit. Unde et ille primus inobediens mox ut superbiendo peccavit, pudenda contexit (Genes. III, 7).

28. La soberbia es el seminario de la lujuria. La carne sumerge a quienes la soberbia ciencia eleva. Justamente la mente pierde el dominio de la carne si se niega a servir a Dios. --- Pero si se atiende vigilantemente a que se mantenga tanto la humildad de la mente como la castimonia de la carne, pronto conocemos que lo uno es custodiado por lo otro. Pues para muchos a menudo la soberbia fue el seminario de la lujuria, porque mientras el espíritu los erigía como hacia lo alto, la carne los sumergía en lo ínfimo. Pues estos primero son elevados en secreto, pero después caen públicamente, porque mientras se inflan por los movimientos ocultos del corazón, caen por los lapsos abiertos del cuerpo. Así, así los elados habían de ser heridos por justa retribución, para que, porque ensoberbeciéndose se prefieren a los hombres, luxuriando sean devueltos hasta la semejanza de los jumentos. Pues el hombre, cuando estaba en honor, no entendió; fue comparado con los jumentos insipientes, y se hizo semejante a ellos (Sal 48, 13 [Vulg. 49, 12]). Pues como la pluma de la ciencia los había elevado a lo alto, de quienes Pablo decía esto mismo que también arriba adujimos: Porque habiendo conocido a Dios, no le glorificaron como a Dios, ni le dieron gracias; sino que se desvanecieron en sus pensamientos (Rom 1, 21). Pero cómo decidieron en la voluntad de los jumentos, o más que de los jumentos, añadió diciendo: Los entregó Dios a los deseos de su corazón, a la inmundicia (Ibid. 24). He aquí que la carne sumergió a quienes la soberbia ciencia elevó, y del vuelo de las aves cayeron por el apetito más allá de los jumentos; y de allí fueron postrados debajo de sí, de donde parecían ir sobre sí. Se debe cuidar, pues, y con toda custodia se ha de guardar la mente del tumor de la soberbia. Pues no pasan ante los ojos de Dios vacíos nuestros pensamientos; y ningún momento de tiempo pasa por el alma sin el estado de retribución. Ve, pues, Dios por dentro lo que eleva la mente, y por eso permite que prevalezca por fuera lo que la deponte. Por dentro se extollía primero lo que por fuera después sería herido por la corrupción de la lujuria. Sigue, pues, a la culpa oculta la percusión abierta, para que por los males exteriores se castiguen los interiores, y caiga públicamente el corazón que latente se hinchaba. De aquí, por cierto, se dice por Oseas contra los israelitas: El espíritu de fornicación está en medio de ellos, y no conocieron al Señor (Os 5, 4). El cual, para mostrar que la causa de la libido prorrumpió de la culpa de la elación, luego añadió diciendo: Y responderá la arrogancia de Israel en su cara (Ibid. 5). Como si dijera: La culpa que latía en lo oculto por la elación de la mente, respondió en lo abierto por la lujuria de la carne. Por tanto, por la custodia de la humildad se ha de guardar la limpieza de la castidad. Si enim pie spiritus sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non levatur. Pues el espíritu tiene el dominio de la carne encomendado a sí, si sin embargo reconoce bajo el Señor los derechos de la legítima servidumbre. Pues si ensoberbeciéndose desprecia a su autor, de derecho recibe también la batalla de la carne sujeta. De donde también aquel primer inobediente, tan pronto como pecó ensoberbeciéndose, cubrió las partes vergonzosas (Gen 3, 7).

Quia enim contumeliam spiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis invenit. Et quia auctori suo esse subditus noluit, jus carnis subditae quam regebat amisit, ut in seipso videlicet inobedientiae suae confusio redundaret, et superatus disceret, quid elatus amisisset.

[Vet. XIII.] 29. Si cordis humilitatem negligamus, Deus carnis integritatem despicit.---Nullus ergo postquam superna appetere coeperit, si carnis voluptate prosternitur, tunc se victum judicet, cum aperte superatur. Si enim plerumque virus libidinis de radice nascitur elationis, tunc caro vicit, cum spiritus latenter intumuit: jam tunc anima per originem culpae in petulantiam jumentorum cecidit, cum efferendo se, more volucrum, ultra quam debuit evolavit. Hinc est enim quod longa continentia repente solvitur, hinc quod plerumque et usque ad senium virginitas servata vitiatur. Quia enim negligitur humilitas cordis, rectus judex despicit etiam integritatem corporis; et quandoque per apertum malum reprobos annuntiat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Nam qui diu servatum bonum subito perdidit, apud semetipsum intus aliud malum tenuit, ex quo aliud subito erupit per quod ab omnipotente Deo etiam tunc alienus exstitit, quando se ei per munditiam corporis inhaerere monstravit. Quia igitur mentis elatio ad pollutionem pertrahit carnis, reproborum cor a volatu volucrum ad petulantiam mergitur jumentorum. Sancti autem viri ne appetitu bestiali ad luxuriae voraginem devolvantur, sollicite cogitationes mentis a superbiae volatu custodiunt; ac ne in infima desipiendo corruant, omne quod sublimiter sapiunt, humiliter premunt. Recte itaque dicitur: Qui docet nos super jumenta terrae, et super volucres coeli erudit nos. Subaudis, hoc quoque non dixit.

30. In adversis deficimus, quia prosperis uti moderate nescimus.---Hoc itaque quod jumentis ac volucribus antecellit, eum non dicit in tribulatione memorari; ac si diceret: Infirmus quisque idcirco nequaquam se in perturbatione corroborat, quia et in tranquillitate non temperat; et ideo nescit adversa tolerare, quia constitutus in prosperis cogitatione se non novit a volatu volucrum premere, nec carnales motus a jumentorum ingluvie sublevare. Sed hoc beato Job tanto inconvenienter dicitur, quanto vita ejus inter alta et infima mirabiliter temperatur.

Pues porque el espíritu infirió contumelia a Dios, pronto encontró la contumelia de la carne. Y porque no quiso estar sujeto a su autor, perdió el derecho de la carne sujeta que regía, para que en sí mismo, por cierto, redundara la confusión de su inobediencia, y vencido aprendiera lo que elado había perdido.

29. Si descuidamos la humildad del corazón, Dios desprecia la integridad de la carne. --- Ninguno, pues, después de que haya comenzado a apetecer lo celestial, si es postrado por el placer de la carne, se juzgue vencido entonces cuando es abiertamente superado. Pues si en su mayor parte el virus de la libido nace de la raíz de la elación, ya entonces venció la carne cuando el espíritu latente se hinchó: ya entonces el alma, por el origen de la culpa, cayó en la petulancia de los jumentos cuando, ensalzándose al modo de las aves, voló más allá de lo que debió. De aquí es, pues, que la larga continencia de pronto se disuelve; de aquí que, en su mayor parte, incluso hasta la vejez la virginidad guardada se vicia. Pues porque se descuida la humildad del corazón, el recto Juez desprecia incluso la integridad del cuerpo; y a veces, por el mal abierto, anuncia a los réprobos, a quienes hacía tiempo toleraba como réprobos en lo oculto. Pues quien perdió súbitamente un bien guardado por mucho tiempo, tuvo dentro de sí otro mal del cual brotó de pronto otro por el que existió ajeno a Dios omnipotente incluso entonces cuando mostraba adherirse a Él por la limpieza del cuerpo. Porque, por tanto, la elación de la mente conduce a la polución de la carne, el corazón de los réprobos es sumergido del vuelo de las aves a la petulancia de los jumentos. Pero los varones santos, para no ser devueltos por el apetito bestial a la vorágine de la lujuria, custodian solícitamente los pensamientos de la mente del vuelo de la soberbia; y para no caer en lo ínfimo desipiendo, oprimen humildemente todo lo que saben sublimemente. Rectamente, pues, se dice: Que nos enseña sobre los jumentos de la tierra, y sobre las aves del cielo nos instruye. Sobrentiende: esto también no lo dijo [el enfermo].

30. En las adversidades desfallecemos porque no sabemos usar las prósperas moderadamente. --- Esto, pues, que antecede a los jumentos y a las aves, dice él [Eliú] que no se recuerda en la tribulación; como si dijera: Cada enfermo por eso de ningún modo se corrobora en la perturbación, porque tampoco en la tranquilidad se templa; y por eso no sabe tolerar las adversidades, porque constituido en las prósperas no supo con el pensamiento oprimirse del vuelo de las aves, ni elevar los movimientos carnales de la glotonería de los jumentos. Pero esto se dice al bienaventurado Job tanto más inconvenientemente cuanto que su vida es maravillosamente templada entre lo alto y lo ínfimo.

Quod quidem intelligi et aliter potest: Qui docet nos super jumenta terrae, et super volucres coeli erudit nos. Nam sicut jumentorum vocabulo signatur vita hominum carnis adhuc motibus subditorum, ita appellatione volucrum figuratur elatio spirituum superborum, ut per jumenta quidem terreni homines, per volucres vero daemonia designentur. Unde cum semina Dominus juxta viam diceret cecidisse, subjungit: Venerunt volucres coeli, et comederunt ea (Matth. XIII, 4), nimirum per volucres signans aereas potestates.

31. Sancti dum Deo se subdunt, cuncta transitoria superant et despiciunt.---Sancti autem viri, quia nec infima hominum exempla appetunt, nec rursum daemoniaca subtilitate falluntur, et super jumenta terrae, et super coeli volucres virtute eruditionis excrescunt. Super jumenta enim terrae edocti sunt, quia quidquid in imis potest ambiri despiciunt. Super volucres quoque coeli eruditi sunt, quia omnes immundorum spirituum insidias comprehendunt. Super jumenta terrae edocti sunt, quia nihil in hac vita quod praeterit quaerunt. Super voluores coeli eruditi sunt, quia potestates aereas, quas adhuc per carnis infirmitatem tolerant, jam vitae meritis calcant. Paulus jam super jumenta terrae edoctus fuerat, dicens: Multi enim ambulant. Et paulo post: Quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in coelis est (Philip. III, 18, 19). Et rursum super volucres coeli eruditum se noverat, cum dicebat: Nescitis quoniam angelos judicabimus (I Cor. VI, 3)? Sub se jumenta cernebat, quia videlicet in terra adhuc positus calcabat mores hominum qui in infimis conversantur. Et rursum volatum volucrum meritorum dignitate transcenderat, quia subiturus coelestia judicaturum se angelos non ignorabat. In illis immundorum infima, in istis superborum summa calcabat. Mentes quippe sanctorum transitoria cuncta despiciunt, et sub se labi quidquid superbit, quidquid praeterit, contemplantur; et quasi in quodam rerum vertice constitutae, tanto sibi omnia subesse conspiciunt, quanto semetipsas verius auctori omnium subdunt; atque inde cuncta transcendunt, unde creatori cunctorum vera se humilitate substernunt. Dicat ergo: Qui docet nos super jumenta terrae, et super volucres coeli erudit nos. Ac si diceret: Infirmus pusillanimitate victus ista non dixit, et idcirco eum adversitas tentationis perculit, quia tranquillitatis tempore haec cuncta transeuntia nulla perfectione superavit. Hujus enim vitae adversa non perhorresceret, si perfectionis merito etiam secunda calcasset. Sequitur:

Lo cual ciertamente puede entenderse también de otro modo: Que nos enseña sobre los jumentos de la tierra, y sobre las aves del cielo nos instruye. Pues así como con el vocablo de jumentos se significa la vida de los hombres todavía sujetos a los movimientos de la carne, así con la apelación de aves se figura la elación de los espíritus soberbios, de modo que por los jumentos se designen los hombres terrenos, y por las aves los demonios (daemonia). De donde, cuando el Señor decía que las semillas habían caído junto al camino, añade: Vinieron las aves del cielo y las comieron (Mt 13, 4), sin duda significando por las aves las potestades aéreas.

31. Mientras los santos se sujetan a Dios, superan y desprecian todo lo transitorio. --- Pero los varones santos, porque ni apetecen los ínfimos ejemplos de los hombres, ni de nuevo son engañados por la sutileza demoníaca, crecen por la virtud de la instrucción tanto sobre los jumentos de la tierra como sobre las aves del cielo. Pues sobre los jumentos de la tierra son enseñados, porque desprecian todo lo que en lo ínfimo puede ser ambicionado. Sobre las aves del cielo también son instruidos, porque comprenden todas las insidias de los espíritus inmundos. Sobre los jumentos de la tierra son enseñados, porque nada buscan en esta vida que pasa. Sobre las aves del cielo son instruidos, porque ya pisan con los méritos de su vida las potestades aéreas, que todavía toleran por la enfermedad de la carne. Pablo ya había sido enseñado sobre los jumentos de la tierra, diciendo: Pues muchos andan. Y un poco después: Cuyo fin es la perdición, cuyo dios es el vientre, y su gloria en su confusión, que gustan lo terreno. Nuestra conversación, empero, en los cielos está (Fil 3, 18-20). Y de nuevo se sabía instruido sobre las aves del cielo cuando decía: ¿No sabéis que juzgaremos a los ángeles? (1 Cor 6, 3). Veía bajo sí a los jumentos, porque puesto todavía en la tierra pisaba las costumbres de los hombres que conversan en lo ínfimo. Y de nuevo el vuelo de las aves lo había trascendido por la dignidad de sus méritos, porque no ignoraba que él, que habría de entrar en lo celestial, juzgaría a los ángeles. En aquellos pisaba lo ínfimo de los inmundos, en estos lo sumo de los soberbios. Las mentes, por cierto, de los santos desprecian todo lo transitorio, y contemplan cómo cae bajo ellas todo lo que ensoberbece, todo lo que pasa; y como constituidas en una cierta cima de las cosas, tanto ven que todo les está sujeto cuanto más verdaderamente se sujetan ellas mismas al autor de todo; y de allí trascienden todo, de donde se postran al creador de todas las cosas con verdadera humildad. Diga, pues: Que nos enseña sobre los jumentos de la tierra, y sobre las aves del cielo nos instruye. Como si dijera: El enfermo vencido por la pusilanimidad no dijo estas cosas, y por eso lo hirió la adversidad de la tentación, porque en el tiempo de la tranquilidad nada de estas cosas transeúntes superó con perfección alguna. Pues no horrorizaría las adversidades de esta vida, si por el mérito de la perfección hubiera pisado también las cosas secundas. Sigue:

Caput XVIII

[Rec. IV].

VERS. 12.---Ibi clamabunt, et non exauaret propter superbiam malorum.

32. Justi permittuntur opprimi ut purgentur, et ut oppressorum nequitia consummetur.---Ibi videlicet in tribulatione, ut e contra de gaudio scriptum est: Filii servorum tuorum inhabitabunt ibi (Psal. CI, 29). Sed videtur incertum utrum dicat: Propter superbiam malorum non exaudiet; an, propter superbiam malorum clamabunt. Intelligi autem melius potest, si non exaudiri potius propter malorum superbiam, quam clamare referantur. Nam quod propter malorum superbiam clamant, jam supra dictum est, eo versu quo dicitur: Propter multitudinem violentorum clamabunt. Aliquid ergo nobis hoc versu innuitur quod paulo subtilius attendatur, quia saepe oppressi quidam dum clamaverint, ex se quidem merentur audiri, sed tamen eorum desideria propter opprimentium superbiam differuntur. Justus quippe Deus et suos permittit temporaliter opprimi, et violentorum malitiam nequiter augeri, ut dum horum vita in purgatione teritur, illorum nequitia consummetur.

Plerumque vero accidit, ut justi in tribulatione deprehensi, supernum solatium etiam temporaliter percipiant, quod tamen non temporaliter implorant. Salvari enim non propter se, sed propter adversariorum salutem concupiscunt, ut dum illos omnipotens Deus ab immensis periculis facto quodam miraculo liberat, virtutem suam ipsis etiam persecutoribus innotescat; atque inde adversarios ad aeternitatem redimat, unde suos temporaliter salvat, sicut Propheta quoque vocem martyrum suscipiens, ait: Propter inimicos meos eripe me (Psal. LXVIII, 19). Ac si diceret: Propter me quidem eripi de temporali tribulatione non appeto, sed tamen eripi propter adversarios meos concupisco, ut dum mea vita salvari mirabiliter cernitur, ipso miraculorum visu inimicorum duritia convertatur. Sicut ergo saepe Dominus suorum vitam temporaliter pro inimicorum conversione eripit, ita saepe suorum voces propter damnationem persequentium non exaudit, ut videlicet inde reatum suum cumulent, unde praevaluisse se nequiter gaudent. Nam qui invisibilia despiciunt, moveri nonnunquam visibilibus miraculis possunt. Sed idcirco cum justis plerumque nil mirum visibiliter agitur, quia eorum adversarii illuminari invisibiliter non merentur. Dicatur ergo: Ibi clamabant, et non exaudiet propter superbiam malorum. Ac si diceret: Reatus opprimentium audire voces prohibet oppressorum. Nec eripiuntur visibiliter justi, quia salvari invisibiliter non merentur injusti. Unde rursum per Prophetam dicitur: Cum viderit sapientes morientes, simul insipiens et stultus peribunt (Psal. XLVIII, 11).

CAPÍTULO XVIII.

JOB 35, 12. --- Allí clamarán, y no oirá, por la soberbia de los malos.

32. Los justos son permitidos ser oprimidos para que sean purgados, y para que la maldad de los opresores se consuma. --- 'Allí', a saber, en la tribulación, como por el contrario se escribió del gozo: Los hijos de tus siervos habitarán allí (Sal 101, 29 [Vulg. 102, 28]). Pero parece incierto si dice: Por la soberbia de los malos no oirá; o: por la soberbia de los malos clamarán. Pero puede entenderse mejor si se refieren más bien como no siendo oídos por la soberbia de los malos, que como clamando. Pues que claman por la soberbia de los malos ya se dijo arriba, en aquel verso donde se dice: Por la multitud de los violentos clamarán. Algo, pues, se nos insinúa en este verso que se atienda un poco más sutilmente, porque a menudo algunos oprimidos, mientras claman, merecen ciertamente por sí ser oídos, pero sin embargo sus deseos se difieren por la soberbia de los que oprimen. Pues el Dios justo tanto permite que los suyos sean oprimidos temporalmente, como que la malicia de los violentos se aumente inicuamente, para que mientras la vida de aquellos se desgasta en la purgación, la maldad de estos se consuma.

Pero en su mayor parte sucede que los justos, sorprendidos en la tribulación, perciben el consuelo celestial incluso temporalmente, el cual sin embargo no imploran para un fin temporal. Pues desean ser salvados no por sí mismos, sino por la salvación de sus adversarios, para que mientras Dios omnipotente los libra de inmensos peligros por un cierto milagro, su virtud se haga conocer incluso a los mismos perseguidores; y de allí redima a sus adversarios para la eternidad, de donde salva a los suyos temporalmente, como el Profeta también, tomando la voz de los mártires, dice: Líbrame por mis enemigos (Sal 68, 19 [Vulg. 69, 18]). Como si dijera: No deseo ciertamente ser librado de la tribulación temporal por mí, pero sin embargo deseo ser librado por mis adversarios, para que mientras se ve mi vida salvada maravillosamente, por la misma visión de los milagros se convierta la dureza de mis enemigos. Así, pues, como el Señor a menudo libra la vida de los suyos temporalmente para la conversión de los enemigos, así a menudo no oye las voces de los suyos por la condenación de los perseguidores, para que ciertamente de allí acumulen su reato, de donde se alegran inicuamente de haber prevalecido. Pues quienes desprecian lo invisible, pueden conmoverse a veces por milagros visibles. Pero por eso en su mayor parte nada admirable se hace visiblemente con los justos, porque sus adversarios no merecen ser iluminados invisiblemente. Dígase, pues: Allí clamarán, y no oirá, por la soberbia de los malos. Como si dijera: El reato de los opresores prohíbe oír las voces de los oprimidos. Ni son librados visiblemente los justos, porque no merecen ser salvados invisiblemente los injustos. De donde de nuevo se dice por el Profeta: Cuando viere morir a los sabios, al mismo tiempo el insipiente y el estulto perecerán (Sal 48, 11 [Vulg. 49, 10]).

Quos enim visibiliter mori conspiciunt, invisibiliter vivere posse non credunt; atque eo reatum infidelitatis suae cumulant, quo visa morte fidelium de aeternitate desperant. Igitur violenti quique inde deterius deficiunt, unde contra vitam innocentium exterius convalescunt; tantoque illos intima veritas a se foras ejicit, quanto eos contra suos temporaliter quod volunt posse permittit.

33. Malorum poena gravior, est prosperitas. Manifestum est reprobationis indicium.---Quisquis itaque bonorum vitam persequitur, tunc pejore ultione damnatur, cum nulla ei adversitate resistitur; et tunc fortioris irae periculis subjacet, cum prospere peragit quod nequiter concupiscit, quia videlicet vindicta superni judicii ad futura eum supplicia reservando deseruit, cui hic in malo obviare contempsit. Hinc enim per Prophetam Dominus dicit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, et ibunt in voluntatibus suis (Psal. LXXX, 13). Hinc rursum dicitur: Non est virga Dei super illos (Job. XXI, 9). Hinc etiam de ipso eorum capite scriptum est: Faciet et prosperabitur (Dan. VIII, 12). Hinc rursus de eodem dicitur: Et dolus in manu ejus dirigetur (Dan. VIII, 25). In manu quippe Antichristi dolus dirigetur, quia in hoc quod contra bonos proposuerit implere temporaliter nulla adversitate praepeditur. Hinc rursus per Salomonem dicitur: Prosperitas stultorum perdet illos (Prov. I, 32). [Vet. XVI.] Manifestum ergo perditionis indicium est, quando affectatis iniquitatibus subsequens favet effectus, et nulla contrarietas impedit quod mens perversa conceperit. Nam saepe pravorum hominum dum tardantur vota, mutantur; et dum difficultatem perfectionis sentiunt, reatum malae actionis agnoscunt; et quibus prius invitis contradicitur, volentes postmodum hoc quod conceperant, adversantur. Quia igitur malos cum deserit Dominus praevalere permittit, et unde superborum nequitia perficitur, inde humilium longanimitas consummatur, dicatur recte: Ibi clamabunt, et non exaudiet propter superbiam malorum. Sequitur:

Caput XIX

[Rec. XV].

VERS. 13.---Neque enim frustra audiet Deus, et Omnipotens singulorum causas intuebitur.

Pues a quienes ven morir visiblemente, no creen que puedan vivir invisiblemente; y con eso acumulan el reato de su infidelidad, con lo cual, vista la muerte de los fieles, desesperan de la eternidad. Por tanto, los violentos desfallecen tanto peor cuanto que prevalecen exteriormente contra la vida de los inocentes; y tanto más los arroja de sí la íntima Verdad, cuanto que les permite poder lo que quieren temporalmente contra los suyos.

33. La pena más grave de los malos es la prosperidad. Es indicio manifiesto de reprobación. --- Quienquiera, pues, que persigue la vida de los buenos, entonces es condenado con peor venganza (ultio), cuando ninguna adversidad se le resiste; y entonces está sujeto a los peligros de una ira más fuerte, cuando realiza prósperamente lo que inicuamente codició, porque a saber la venganza (vindicta) del juicio celestial lo desamparó al reservarlo para los suplicios futuros, a quien aquí desdeñó oponérsele en el mal. Pues de aquí dice el Señor por el Profeta: Los solté según los deseos de su corazón, e irán en sus voluntades (Sal 80, 13 [Vulg. 81, 12]). De aquí de nuevo se dice: No está la vara de Dios sobre ellos (Job 21, 9). De aquí también se escribió de su misma cabeza: Hará y prosperará (Dan 8, 12). De aquí de nuevo se dice del mismo: Y el dolo será dirigido en su mano (Dan 8, 25). Pues en la mano del Anticristo se dirige el dolo, porque en aquello que se propuso cumplir contra los buenos temporalmente, por ninguna adversidad es impedido. De aquí de nuevo se dice por Salomón: La prosperidad de los estultos los perderá (Prov 1, 32). Es, pues, indicio manifiesto de perdición cuando a las iniquidades afectuadas favorece el efecto subsiguiente, y ninguna contrariedad impide lo que la mente perversa concibió. Pues a menudo, mientras se retardan los votos de los hombres malvados, se cambian; y mientras sienten la dificultad de la perfección, reconocen el reato de la mala acción; y aquello a lo que primero invitados se oponían, queriendo después aquello que habían concebido, se oponen. Porque, pues, a los malos cuando los desampara el Señor les permite prevalecer, y de donde la maldad de los soberbios se perfecciona, de allí la longanimidad (longanimitas) de los humildes se consuma, dígase rectamente: Allí clamarán, y no oirá, por la soberbia de los malos. Sigue:

CAPÍTULO XIX.

JOB 35, 13. --- Pues no en vano oirá Dios, y el Omnipotente las causas de cada uno mirará.

34. Desideria sanctorum eo cumulatius exaudiuntur, quo tardius.---Notandum quod duo sunt dicta, quia et clamantem non frustra audit, et tamen quod patitur respicit, et exaudire voces dissimulat, et quod unusquisque tolerat non ignorat. Nemo ergo qui tardius auditur credat quod a superna cura negligatur. Saepe enim nostra desideria, quia celeriter non fiunt, exaudiuntur; et quod impleri concite petimus, et ipsa melius tarditate prosperatur. Saepe vox nostra eo perficitur quo differtur; et cum superficietenus petitio negligitur, vota nostra altius in cogitationum radice complentur: sicut et semina messium gelu pressa solidantur; et quo ad superficiem tardius exeunt, eo ad frugem multipliciora consurgunt. Desideria itaque nostra dilatione extenduntur, ut proficiant; proficiunt, ut ad hoc quod perceptura sunt convalescant; exercitantur in certamine, ut majoribus cumulentur praemiis in retributione, labor protrahitur pugnae, ut crescat corona victoriae. Suos ergo Dominus cum velociter non exaudit, quo repellere creditur trahit. Internus quippe est medicus, et peccatorum in nobis contagia quae inesse medullitus reprobat secat, abscindit virus putredinis ferro tribulationis; et quo voces aegri audire dissimulat, eo aegritudinis finem procurat. Hinc enim Propheta ait: Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi (Psal. XXI, 3). Ac si diceret: Nequaquam mihi ad insipientiam proficit quod die ac nocte clamantem me continue non exaudis, quia unde me in temporali tribulatione quasi deseris, inde ad aeternam sapientiam plus erudis. Hinc etiam dicit: Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione (Psal. IX, 10). Tribulationem quippe dicturus, opportunitates praemisit, quia saepe et tribulatione conterimur, et tamen opportunum nondum est ut ad desiderium ereptionis adjuvemur. Dicatur ergo: Neque enim frustra audiet Deus, et Omnipotens singulorum causas intuebitur. Sed quia plerumque nonnulli et ipsa adjutorii tarditate franguntur, apte subjungit:

CAPUT. XX [Rec. XVI].

VERS. 14.---Etiam cum dixeris: Non considerat, judicare coram illo, et exspecta eum.

35. Desperationis procella ingruente, ad memoriam revocanda sunt Dei beneficia.---Fortasse enim dum clamor noster quasi negligitur, spes quae cordi inerat infirmatur; et superna adjutoria defutura credimus, quia tardius impetramus; ac pene inconsiderata Deo esse ingemiscimus, quae inulta toleramus.

34. Los deseos de los santos tanto más acumuladamente son oídos cuanto más tarde. --- Se ha de notar que son dos cosas dichas, porque tanto oye al que clama no en vano, como sin embargo mira lo que padece, y disimula oír las voces, y lo que cada uno tolera no lo ignora. Ninguno, pues, que es oído más tarde, crea que es descuidado por el cuidado celestial. Pues a menudo nuestros deseos, porque no se hacen velozmente, son oídos; y lo que pedimos que se cumpla concisamente, por la misma tardanza mejor se prospera. A menudo nuestra voz se perfecciona en aquello en que se difiere; y cuando superficialmente la petición se descuida, nuestros votos se cumplen más profundamente en la raíz de los pensamientos: como también las semillas de las mieses, oprimidas por el hielo, se consolidan; y cuanto más tarde salen a la superficie, tanto más multiplicadas surgen para el fruto. Nuestros deseos, pues, se extienden por la dilación para que aprovechen; aprovechan, para que se fortalezcan para aquello que han de recibir; se ejercitan en el certamen, para que se acumulen con mayores premios en la retribución; se prolonga el trabajo de la lucha para que crezca la corona de la victoria. El Señor, pues, cuando no oye velozmente a los suyos, los atrae por donde se cree que los repele. Pues es un médico (medicus) interno, y corta los contagios de los pecados en nosotros que reprueba por estar en la médula, quita el virus de la podredumbre con el hierro de la tribulación; y por cuanto disimula oír las voces del enfermo, por tanto procura el fin de la enfermedad. De aquí, pues, dice el Profeta: Dios mío, clamaré por el día, y no oirás; y de noche, y no para insipiencia mía (Sal 21, 3 [Vulg. 22, 2]). Como si dijera: De ningún modo me aprovecha para insipiencia el que día y noche clamando yo no me oigas continuamente, porque de donde me dejas como en la tribulación temporal, de allí me instruyes más para la sabiduría eterna. De aquí también dice: Ayudador en las oportunidades, en la tribulación (Sal 9, 10 [Vulg. 9, 9]). Habiendo de decir tribulación, premisó las oportunidades, porque a menudo somos quebrantados por la tribulación, y sin embargo no es oportuno todavía que seamos ayudados para el deseo de la liberación. Dígase, pues: Pues no en vano oirá Dios, y el Omnipotente las causas de cada uno mirará. Pero porque en su mayor parte algunos se quiebran incluso por la misma tardanza del auxilio, aptamente añade:

CAPÍTULO XX.

JOB 35, 14. --- Incluso cuando dijeres: No considera; juzga ante Él, y espéralo.

35. Al irrumpir la tormenta de la desesperación, se deben recordar a la memoria los beneficios de Dios. --- Pues tal vez mientras nuestro clamor es como descuidado, la esperanza que estaba en el corazón se debilita; y creemos que los auxilios celestiales habrán de faltar porque los impetramos más tarde; y gemimos porque casi son inconsultas para Dios las cosas que toleramos sin venganza.

Sed cum ista nos desperationis procella conturbat, concussa mens citius in portum spei se collocat, si causas suas cum Domino subtiliter pensat, si bona ejus ad memoriam revocat, si mala quae bonis ejus reddidit apud semetipsam callide non excusat, si perpendit quid ab eo juste meruit et quid clementer accepit, si vitam suam vivaciter discutit, si ante Dei oculos omne quod agit examinans semetipsam sibimet non abscondit, si factam se quae non erat meminit, si illuminatam se atque sublevatam quae in tenebris jacebat agnoscit. Haec ergo in semetipsa cuncta recolligens, dum bona accepta considerat, adversa quae tolerat non accusat; nec desperatione frangitur, quae tantorum munerum consolatione roboratur, quia spem de futuris recipit, dum transacta beneficia recognoscit. Dicat itaque: Etiam cum dixeris: Non considerat, judicare coram illo, et exspecta eum. Ac si diceret: Cum idcirco Deus considerare non creditur, quia tarde miseretur, intima cogitationis ingredere, atque illic coram ejus oculis causae tuae judicium suscipe; et quae ipse vivendo contulisti, vel quae misericorditer percepisti, discerne; et tunc ad spei fiduciam redis, dum bona tantae benignitatis erubescis, quatenus inter adversa fidenter exspectes quem et post delicta propitium recolis. Speranda etenim fuerant superna adjutoria, etiam si nulla beneficia praecessissent. Sciendumque quia Deus hominem quem benigne condidit inique non spernit.

36. Qui praeterita munera considerat, futura non desperet.---Pensandum est igitur quanti est periculi transacta munera cernere, et futura desperare; quanti est periculi si in hac procella tribulationum desperationis naufragio frangimur, qui ad portum spei velut immensis funibus praeteritis donis ligamur. Dicat itaque recte: Judicare coram illo, et exspecta eum. Nam qui semetipsum coram Deo non judicat, eum dum affligitur non exspectat. Cujus enim bona praecessisse dissimulat, adjutoria subsequi posse desperat; et cum praeteritorum obliviscitur, etiam subsequentium largitate fraudatur. Sed ecce dum nos affligimur, dum consolationis gratiam longanimiter sustinemus, mali ad pejora prorumpunt, atque eo iniquitatis exaggeratione proficiunt, quo sine verbere relinquuntur. Et tamen omnipotens peccantes misericorditer exspectat, tempus ad poenitentiam tribuit, quod non conversis ad gravioris reatus testimonium vertit; patienter iram retinet, quam quandoque irretractabiliter effundit. Unde apte subjungitur:

Caput XXI

[Vet. XVIII, Rec. XVII].

VERS. 15.---Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur valde scelus.

Pero cuando esta tormenta de la desesperación nos conturba, la mente sacudida más pronto se coloca en el puerto de la esperanza si pesa sus causas sutilmente con el Señor, si evoca a la memoria sus beneficios, si no excusa astutamente ante sí misma los males que devolvió a sus beneficios, si pondera lo que de Él justamente mereció y lo que misericordiosamente recibió, si discute vivazmente su vida, si examinando ante los ojos de Dios todo lo que hace no se oculta a sí misma, si recuerda que fue hecha cuando no era, si reconoce que fue iluminada y sublimada cuando yacía en las tinieblas. Recogiendo, pues, todas estas cosas en sí misma, mientras considera los beneficios aceptados, no acusa las adversidades que tolera; ni se quiebra por la desesperación la que se robustece con el consuelo de tantos dones, porque recibe esperanza sobre lo futuro mientras reconoce los beneficios pasados. Diga, pues: Incluso cuando dijeres: No considera; juzga ante Él, y espéralo. Como si dijera: Cuando por esta razón no se cree que Dios considera, porque tarde se compadece, entra en lo íntimo de la cogitación, y allí ante sus ojos recibe el juicio de tu causa; y discierne qué cosas tú mismo conferiste viviendo, o qué cosas misericordiosamente percibiste; y entonces vuelves a la confianza de la esperanza, mientras te avergüenzas de los beneficios de tanta benignidad, para que entre las adversidades esperes confiadamente a quien incluso tras los delitos recuerdas propicio. Pues se debían esperar los auxilios celestiales, incluso si ningún beneficio hubiera precedido. Y se ha de saber que Dios no desprecia inicuamente al hombre a quien benignamente creó.

36. Quien considera los dones pasados, no desespere de los futuros. --- Se ha de ponderar, pues, de cuánto peligro es ver los dones pasados y desesperar de los futuros; de cuánto peligro es si en esta tormenta de las tribulaciones nos quiebra el naufragio de la desesperación, a nosotros que estamos ligados como por inmensas sogas al puerto de la esperanza por los dones pasados. Dígase, pues, rectamente: Juzga ante Él, y espéralo. Pues quien no se juzga a sí mismo ante Dios, no lo espera mientras es afligido. Pues quien disimula que los beneficios de aquel han precedido, desespera de que los auxilios puedan seguir; y cuando se olvida de lo pasado, también es defraudado de la largueza de lo subsiguiente. Pero he aquí que mientras somos afligidos, mientras sostenemos longánimamente la gracia de la consolación, los malos prorrumpen en cosas peores, y tanto aprovechan por la exageración de la iniquidad cuanto se les deja sin el azote. Y sin embargo el Omnipotente espera misericordiosamente a los que pecan, concede tiempo para la penitencia, el cual para los no convertidos lo vuelve para testimonio de un reato más grave; pacientemente retiene la ira, la cual en algún momento derramará irrevocablemente. De donde aptamente se añade:

CAPÍTULO XXI.

JOB 35, 15. --- Pues ahora no infiere su furor, ni venga mucho el crimen.

37. Deus hic diu tolerat quos in aeternum est damnaturus.---Diu quippe Deus tolerat quem in perpetuum damnat; et furorem nunc inferre dissimulat, quia effundendum sine fine in posterum servat. Electorum namque est hic conteri, ut ad praemia debeant aeternae haereditatis erudiri. Nostrum est hic flagella percipere, quibus servatur de aeternitate gaudere. Hinc enim scriptum est: Flagellat omnem filium quem recipit (Hebr., XII, 6). Hinc ad Joannem dicitur: Ego quos amo arguo et castigo (Apoc. III, 19). Hinc Petrus ait: Tempus est ut incipiat judicium de domo Dei (I Petr. IV, 17). Ubi mox admirando subjungit: Si autem primum a nobis, qui finis eorum qui non credunt Dei Evangelio (Ibid., 17)? Peccata quippe nequaquam divina severitas inulta remanere permittit, sed ira judicii a nostra hic correptione inchoat, ut in reproborum damnatione conquiescat. Eant ergo nunc reprobi, et voluptatum suarum desideria inulta iniquitate consumment; atque eo temporalia flagella non sentiant, quo aeterna eos supplicia exspectant. Bene autem inulta eorum nequitia Cham peccante signata est, cui a patre dicitur: Maledictus Chanaan puer, servus erit fratribus suis (Gen. IX, 25). Chanaan videlicet Cham filius. Et quid est quod Cham peccante Chanaan ejus filius sententiam ultionis accipit? Quid est quod non in se, sed in posteritate percutitur, nisi quod reproborum nequitiae hic quidem inultae proficiunt, sed in posterum feriuntur? Dicatur ergo: Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur valde scelus.

38. Eos tamen aliquando hac in vita ferire inchoat.---Notandum vero est quod subintulit, Valde, quia etsi quaedam longanimiter tolerat, quaedam tamen etiam in hac vita flagellat et hic nonnunquam ferire inchoat, quod aeterna damnatione consummat. Ergo et nonnulla percutit, et nonnulla inulta derelinquit, quia si nulla resecaret, quis Deum res humanas curare crederet? Et rursum, si hic cuncta percuteret, extremum judicium unde restaret? Quaedam igitur feriuntur, ut rectoris nostri super nos sollicitudinem formidemus; quaedam vero inulta servantur, ut adhuc judicium restare sentiamus. Bene ergo dicitur: Nec ulciscitur valde scelus, quia dum exiguum quiddam de iniquitate percutitur, inconversis mentibus aeterni jam judicii sententia propinatur.

37. Dios aquí por mucho tiempo tolera a quienes ha de condenar para siempre. --- Por mucho tiempo, pues, Dios tolera a quien condena perpetuamente; y disimula inferir el furor ahora, porque lo reserva para ser derramado sin fin en lo futuro. Pues es de los electos ser quebrantados aquí, para que deban ser instruidos para los premios de la herencia eterna. Es nuestro recibir aquí los azotes, por los cuales se reserva el gozarse de la eternidad. Pues de aquí está escrito: Azota a todo hijo que recibe (Heb 12, 6). De aquí se dice a Juan: Yo a los que amo los reprendo y castigo (Apoc 3, 19). De aquí Pedro dice: Es tiempo de que comience el juicio por la casa de Dios (1 Pe 4, 17). Donde de inmediato añade admirándose: Si empero primero por nosotros, ¿cuál será el fin de aquellos que no creen al Evangelio de Dios? (Ibid.). De ningún modo la severidad divina permite que los pecados queden sin castigo, sino que la ira del juicio comienza aquí por nuestra corrección, para que descanse en la condenación de los réprobos. Vayan, pues, ahora los réprobos, y consuman los deseos de sus placeres con la iniquidad impune; y en eso no sientan los azotes temporales, por lo cual los esperan los suplicios eternos. Bien, empero, fue significada la maldad impune de ellos por Cam pecando, a quien se dice por su padre: Maldito sea Canaán el niño, siervo será de sus hermanos (Gen 9, 25). Canaán, a saber, el hijo de Cam. ¿Y qué es que pecando Cam, Canaán su hijo recibe la sentencia de la venganza? ¿Qué es que no en sí, sino en la posteridad es herido, sino que las maldades de los réprobos aprovechan aquí ciertamente impunes, pero en lo futuro son heridas? Dígase, pues: Pues ahora no infiere su furor, ni venga mucho el crimen.

38. Sin embargo, a veces comienza a herirlos en esta vida. --- Se ha de notar ciertamente lo que añadió: 'Mucho' (valde), porque aunque tolera algunas cosas longánimamente, sin embargo, azota algunas incluso en esta vida, y aquí no pocas veces comienza a herir lo que consuma con la condenación eterna. Por tanto, tanto hiere algunas cosas como deja algunas impunes, porque si nada cercenara, ¿quién creería que Dios cuida de las cosas humanas? Y de nuevo, si aquí hiriera todas las cosas, ¿de dónde restaría el juicio extremo? Algunas cosas, pues, son heridas para que temamos la solicitud de nuestro Rector sobre nosotros; otras, en cambio, se guardan impunes para que sintamos que todavía resta el juicio. Bien, pues, se dice: Ni venga mucho el crimen, porque mientras se hiere algo pequeño de la iniquidad, ya se propina a las mentes inconversas la sentencia del juicio eterno.

39. Aliud est rectum dicere, aliud recte.---Totum itaque hoc ab Eliu rectum dicitur, si recte diceretur. Scit enim quid loqui debeat, sed cui loquatur ignorat. Vera sunt namque quae dixit, sed a beati Job increpationibus aliena, quia tanto hac correptione non eguit, quanto nec aliqua pusillanimitate peccavit. [Vet. XIX.] Sed quia justis viris solet occasio esse virtutum elatio superborum, occulto judicio cum beato Job agitur, ut post flagella poenarum etiam per verba arrogantium crescat. Ecce enim tanto magis a superbiae ministro despicitur quanto a magistra veritate intrinsecus idem refovetur. Nam Eliu postquam tot fortia se dixisse cognovit, quid elationis gestaret aperuit, atque beatum Job alta de se sentiendo despexit, dicens:

CAPUT XXII.

VERS. 16.---Ergo Job frustra aperit os suum, et absque scientia verba multiplicat.

40. Superborum vitia sunt loquacitas, et audiendi impatientia.---Haec nimirum inferens, beatum Job et nil scisse asserit, et multa dixisse; et cum ipse quae sentit loquaciter inferat, hunc de vitio loquacitatis accusat. Sed hoc quoque esse proprium arrogantium vitium solet, ut et pauca credant quae ipsi multa dixerint, et multa credant quae ipsis pauca dicuntur. Quia enim sua dicere semper volunt, aliena audire non possunt; vim se pati existimant, si ea quae immoderate sentiunt immoderatius non effundant. Et quamvis beatus Job ad ejus verba tacuerit, Eliu tamen de locutione illius, qua amicis responderat, causam invectionis invenit, ut sibi exhibere latius ejus silentium posset, atque ut ipse multa respondeat, illum verba multiplicasse confirmat. Nam et mox initia prolixae locutionis exorditur; et quasi adhuc nil dixerit, inchoare conatur. Unde subditur:

Caput XXIII

[Vet. XX, Rec. XVIII].

CAP. XXXVI, VERS. 1, 2.---Addens quoque Eliu, etiam haec locutus est: Sustine me paululum, et indicabo tibi.

39. Una cosa es decir lo recto, otra decirlo rectamente. --- Todo esto, pues, es dicho por Eliú como recto, si se dijera rectamente. Pues sabe lo que debe hablar, pero ignora a quién habla. Pues son verdaderas las cosas que dijo, pero ajenas a las increpaciones del bienaventurado Job, porque tanto no necesitó esta corrección cuanto que ni pecó por alguna pusilanimidad. Pero porque la elación de los soberbios suele ser ocasión de virtudes para los varones justos, se actúa con el bienaventurado Job por un juicio oculto, para que después de los azotes de las penas crezca incluso por las palabras de los arrogantes. He aquí, pues, que tanto más es despreciado por el ministro de la soberbia cuanto por la Verdad maestra es el mismo interiormente confortado. Pues Eliú, después de que conoció haber dicho tantas cosas fuertes, abrió qué elación gestaba, y despreció al bienaventurado Job sintiendo cosas altas de sí mismo, diciendo:

CAPÍTULO XXII.

VERS. 16.---Por tanto, Job abre su boca en vano, y multiplica las palabras sin ciencia.

40. Los vicios de los soberbios son la locuacidad y la impaciencia de oír.---Infiriendo esto sin duda, asevera que el bienaventurado Job tanto no supo nada como dijo muchas cosas; y cuando él mismo infiere lo que siente locuazmente, acusa a este del vicio de la locuacidad. Pero también esto suele ser un vicio propio de los arrogantes: que crean que son pocas las cosas que ellos mismos han dicho muchas veces, y crean que son muchas las que se les dicen a ellos pocas veces. Pues porque siempre quieren decir lo suyo, no pueden oír lo ajeno; piensan que padecen violencia si no derraman más inmoderadamente las cosas que sienten inmoderadamente. And aunque el bienaventurado Job calló ante sus palabras, Eliú, sin embargo, del habla de aquel, con la cual había respondido a sus amigos, encontró causa de invectiva, para poder exhibirse más ampliamente su silencio, y para responder él mismo muchas cosas, confirma que aquel multiplicó las palabras. Pues tanto pronto da comienzo a los inicios de una locución prolija; y como si todavía nada hubiera dicho, intenta comenzar. Por lo cual se añade:

Capítulo XXIII

[Vet. XX, Rec. XVIII].

CAP. XXXVI, VERS. 1, 2.---Añadiendo también Eliú, habló también estas cosas: Sopórtame un poco, e indicaré para ti.

41. Ex multiloquio suam doctrinam metiuntur. Dum sese ostentant, pro Deo loqui fingunt.---Multa jam dixerat, et sustineri adhuc paululum sperat, quia videlicet arrogantes grave se damnum perpeti judicant, si scientiam suam loquendi brevitate constringant. Tanto enim semetipsos credunt doctiores ostendere, quanto se potuerint multiplicitate loquacitatis aperire. Sed quia saepe sibi sentiunt silentii reverentiam non deferri, Domini nonnunquam potentiam de quo quasi loquuntur insinuant, ac sub praetextu illius sibi silentium exigunt, quod minime merentur; et dum specietenus Deum proferunt, auditum sibi ex reverentia ejus exigentes, se student magis ostendere quam illius facta praedicare. Unde et Eliu subjungit, dicens: IBID.---Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.

831 Quia vero nonnunquam doctores sancti crebro repetunt si qua obscurius dicunt, ut quae occulta praedicant auditorum cordibus voce haec iterationis infundant, plerumque hoc appetunt etiam arrogantes imitari, et insolenter ea quae dixerint replicant, non quo auditorum cordibus insinuare res appetant, sed quo eorum judicio videri eloquentes volunt. Unde Eliu subjungens ait: VERS. 3.---Repetam scientiam meam a principio. Sed quia nominata scientia, tumor cordis in voce claruerat; arrogans aperte cognoscitur, si non citius aliquo velamine pallietur. Unde mox in occultatione suae arrogantiae Domini justitiam subinferens, ait: IBID.---Et operatorem meum probabo justum. Ut dum quasi pro Dei justitia loquitur, apud humana judicia quidquid arroganter effluit excusetur. Sequitur:

CAPUT XXIV.

VERS. 4.---Vere enim absque mendacio sermones mei.

42. Testimonium a Deo non habentes, ab hominibus quaerunt.---Cum ab infirmis auditoribus se intelligi non posse conspiciunt, solent plerumque etiam justi laudare bona quae dicunt, non quo ipsi suis laudibus inhient, sed quo auditores suos ad audiendi sollicitudinem accendant, ut dum eorum voce proferuntur, ab illorum cordibus ardentiori affectu rapiantur. Unde Paulus cum mira Corinthiis et multa dixisset: adjunxit Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est (II Cor, VI, 11). Sed arrogantes dum cor bonorum nesciunt, et solas aliquando voces imitantur, efferunt laudando quae dicunt, non quod eis torpor audientium displicet, sed quod sibi inhianter placent. Justorum vocem imitantes simulant, sed vim vocis ignorant. Vident quod justi proferunt, sed nesciunt quod requirunt.

41. Miden su doctrina por el multiloquio. Mientras se ostentan, fingen hablar por Dios.---Muchas cosas ya había dicho, y espera ser soportado todavía un poco, porque evidentemente los arrogantes juzgan que padecen un grave daño si constriñen su ciencia por la brevedad del habla. Pues tanto creen mostrarse ellos mismos más doctos cuanto más hubieren podido abrirse por la multiplicidad de la locuacidad. Pero porque a menudo sienten que no se les difiere la reverencia del silencio, insinúan a veces la potencia del Señor de quien casi hablan, y bajo el pretexto de aquel exigen para sí el silencio que mínimamente merecen; y mientras por la apariencia presentan a Dios, exigiendo para sí el oído por la reverencia de aquel, se esmeran más en mostrarse a sí mismos que en predicar los hechos de aquel. Por lo cual también Eliú subjunta, diciendo: IBID.---Pues todavía tengo qué hablar por Dios.

831 Pero porque a veces los doctores santos repiten con frecuencia si dicen algunas cosas más oscuramente, para que infundan en los corazones de los oyentes con esta voz de reiteración las cosas que predican ocultas, frecuentemente los arrogantes apetecen imitar esto también, e insolentemente replican las cosas que han dicho, no porque apetezcan insinuar las cosas en los corazones de los oyentes, sino porque quieren parecer elocuentes ante el juicio de ellos. Por lo cual Eliú, subjuntando, dice: VERS. 3.---Repetiré mi ciencia desde el principio. Pero porque nombrada la ciencia, el tumor del corazón se había aclarado en la voz; el arrogante se conoce abiertamente si no es encubierto más pronto por algún velo. Por lo cual pronto, en la ocultación de su arrogancia, subinfiriendo la justicia del Señor, dice: IBID.---Y probaré justo a mi hacedor. Para que mientras habla casi por la justicia de Dios, se excuse ante los juicios humanos lo que sea que fluye arrogantemente. Sigue:

CAPÍTULO XXIV.

VERS. 4.---Pues verdaderamente mis palabras son sin mentira.

42. No teniendo testimonio de Dios, lo buscan de los hombres.---Cuando ven que no pueden ser entendidos por los oyentes débiles, suelen frecuentemente incluso los justos alabar las cosas buenas que dicen, no porque ellos mismos anhelen sus propias alabanzas, sino para que enciendan a sus oyentes a la solicitud de oír, para que mientras son proferidas por la voz de aquellos, sean arrebatadas por un afecto más ardiente desde los corazones de estos. Por lo cual Pablo, habiendo dicho cosas admirables y muchas a los corintios, añadió: Nuestra boca está abierta para vosotros, oh corintios, nuestro corazón se ha ensanchado (2 Cor. 6:11). Pero los arrogantes, mientras desconocen el corazón de los buenos, y a veces imitan solo las voces, ensalzan alabando las cosas que dicen, no porque les desagrade el torpor de los oyentes, sino porque se agradan anhelantemente a sí mismos. Imitando la voz de los justos simulan, pero ignoran la fuerza de la voz. Ven lo que los justos profieren, pero no saben lo que requieren.

Cum enim sancti doctores laudem praedicationis exaltant, quasi manu vocis ab imis cogitationibus corda audientium levant, ut excussa velociter dictis sequentibus velut in itinere occurrant et tanto ea intelligentiae amplexu constringant, quanto illa et quasi priusquam cernerent in voce laudantis amaverant. Sed haec, ut dixi, arrogantes nesciunt. Quia enim foris est quod appetunt, quid sit intus desiderabile sentire non possunt. De electorum quippe Ecclesia scriptum est: Omnis gloria ejus filiae regum ab intus (Psal. XLIV, 14). Et sapientes virgines in vasis oleum portare referuntur (Matth. XXV, 4). Unde et sanctorum voce dicitur: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae (II Cor. I, 12). Arrogantes autem, quia coram Deo conscientiae suae testimonium non habent, quaerunt coram hominibus testimonium vocis alienae; quam cum tarde reperiunt, ipsi etiam in impudentiam sui favoris erumpunt. Si enim non inveniunt voces hominum, quas inhianter exspectant, ipsi scientiam suam laudantes praedicant. Unde et Eliu subdit dicens:

CAPUT XXV.

IBID.---Et perfecta scientia probabitur tibi.

43. Cordis elatio licet occulta, inexcusabilis; quanto magis quae verbis foras erumpit.---Nimirum sensit se magna dicturum, sed tumenti corde hoc quod de semetipso sublimiter aestimavit tacere non potuit: et idcirco quod rectum sensit laudando praecucurrit: quia jam quidem divino judicio reus esset, si magna de se saltem silendo sensisset. Ante subtile enim veritatis examen securi omnino non sumus, etiam si humano 832 judicio quod in nobis reprehendi debeat non habemus. Nam plerumque negligentius cogitantes elatione pulsamur, quam tamen tacentes premimus. Sed nisi retractatione concita tumor occultus in ipso cubili cordis, in quo oritur, suffocetur, coram districto judice omne meritum nostrae actionis exstinguitur. Hinc ergo pensandum est illa cordis elatio quanta animadversione damnabitur, quae usque ad audaciam vocis nutritur, si neque haec est excusabilis quae in corde latenter oboritur. Considerandum quoque qualis intrinsecus regnat, quae eo usque servata est, ut etiam foras erumpere non erubescat.

Pues cuando los santos doctores exaltan la alabanza de la predicación, levantan los corazones de los oyentes como con la mano de la voz desde los pensamientos más profundos, para que, sacudidos velozmente, ocurran como en el camino a los dichos siguientes y los constriñan con tanto abrazo de inteligencia cuanto los habían amado incluso casi antes de verlos en la voz del que alababa. Pero estas cosas, como dije, los arrogantes las ignoran. Pues porque está fuera lo que apetecen, no pueden sentir qué sea lo deseable por dentro. Pues de la Iglesia de los electos está escrito: Toda la gloria de la hija del rey está en lo interior (Sal. 44, 14). Y se refiere que las vírgenes sabias llevan aceite en sus vasijas (Mat. 25, 4). Por lo cual también se dice por la voz de los santos: Nuestra gloria es esta, el testimonio de nuestra conciencia (2 Cor. 1, 12). Pero los arrogantes, porque no tienen ante Dios el testimonio de su conciencia, buscan ante los hombres el testimonio de la voz ajena; el cual, cuando lo encuentran tarde, ellos mismos irrumpen incluso en la impudencia de su propio favor. Pues si no encuentran las voces de los hombres, que esperan anhelantemente, ellos mismos predican su ciencia alabándola. Por lo cual también Eliú añade, diciendo:

CAPÍTULO XXV.

IBID.---Y la ciencia perfecta será probada para ti.

43. La elación del corazón, aunque oculta, es inexcusable; cuánto más la que irrumpe por fuera con las palabras.---Sin duda sintió que iba a decir cosas grandes, pero con el corazón hinchado no pudo callar esto que de sí mismo estimó sublimemente: y por eso se anticipó alabando lo que sintió recto: porque ya ciertamente sería reo ante el juicio divino, si al menos callando hubiera sentido cosas grandes de sí mismo. Pues ante el sutil examen de la verdad no estamos del todo seguros, aunque no tengamos ante el juicio 832 humano lo que deba ser reprendido en nosotros. Pues frecuentemente, pensando más negligentemente, somos pulsados por la elación, la cual sin embargo, callando, reprimimos. Pero si por una retractación excitada el tumor oculto no es sofocado en el mismo lecho del corazón en que nace, ante el Juez estrecho se extingue todo mérito de nuestra acción. De aquí, pues, se ha de ponderar con cuánta animadversión será condenada aquella elación del corazón que se nutre hasta la audacia de la voz, si ni siquiera esta es excusable que nace latentemente en el corazón. Se ha de considerar también qué tal reina por dentro la que hasta tal punto fue guardada, que ni siquiera se avergüenza de irrumpir hacia fuera.

Eliu ergo quia magna sensit, semetipsum humiliter temperare nescivit, scientiae celsitudinem tenuit, humilitatis gratiam recusavit; et dum sequitur bonum quo bene dicere appetiit, bonum quo bene vivere potuisset amisit. Scientia quippe instat, charitas vero aedificat (I Cor. VIII, 1). Sed jam nunc rectum dicat, quod tamen recte dicere ignorat. Nam postquam inflatas animi cogitationes per verba elationis exhalavit, fortem sententiam subdidit, dicens:

Caput XXVI

[Vet. XXI, Rec. XIX].

VERS. 5.---Deus potentes non abjicit, cum et ipse sit potens.

44. Potentia temporalis, etsi bona, elationis tentationi est obnoxia. Qui se videt plus caeteris posse, plus sapere facile credit. Hic Satanae similis.---In usu vitae mortalis quaedam ex semetipsis sunt noxia, quaedam vero ex his quae circa ipsa versantur. Ex semetipsis quaedam sunt noxia, sicut peccata atque flagitia. Quaedam vero nonnunquam nobis ex his quae circa ipsa sunt nocent, sicut temporalis potentia, vel copula conjugalis. Bonum namque est conjugium, sed mala sunt quae circa illud ex hujus mundi cura succrescunt. Unde Paulus ait: Qui autem cum uxore est cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori (I Cor. VII, 33). Unde et quibusdam meliora persuadens, eos a conjugio revocat, dicens: Hoc autem dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi (Ibid., 35). Dum ergo tenetur quod non nocet, ex rebus juxta positis committitur plerumque quod nocet; sicut saepe rectum mundumque iter pergimus, et tamen ortis juxta viam vepribus per vestimenta retinemur. In via quidem munda non offendimus, sed a latere nascitur quo pungamur. Magna est etiam potentia temporalis, quae habet apud Deum meritum suum de bona administratione regiminis; nonnunquam tamen eo ipso quo praeeminet caeteris, elatione cogitationis intumescit; et dum ad usum cuncta subjacent, dum ad votum velociter jussa complentur, dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus efferunt, male gestis autem nulla auctoritate contradicunt, dum plerumque laudant etiam quod objurgare debuerunt, seductus ab his quae infra subduntur, super se animus tollitur; et dum foris immenso favore circumdatur, intus veritate vacuatur;

Eliú, pues, porque sintió cosas grandes, no supo templarse a sí mismo humildemente, mantuvo la celsitud de la ciencia, rechazó la gracia de la humildad; y mientras sigue el bien por el cual apeteció hablar bien, perdió el bien por el cual hubiera podido vivir bien. Pues la ciencia hincha, pero la caridad edifica (1 Cor. 8, 1). Pero diga ya ahora lo recto, lo cual sin embargo ignora cómo decir rectamente. Pues después que exhaló los pensamientos hinchados del ánimo por medio de palabras de elación, añadió una fuerte sentencia, diciendo:

Capítulo XXVI

[Vet. XXI, Rec. XIX].

VERS. 5.---Dios no desecha a los potentes, siendo que él mismo también es potente.

44. La potencia temporal, aunque buena, está expuesta a la tentación de la elación. Quien ve que puede más que los demás, fácilmente cree que sabe más. Este es semejante a Satanás.---En el uso de la vida mortal algunas cosas son nocivas por sí mismas, otras en cambio por aquellas cosas que versan en torno a ellas. Por sí mismas algunas cosas son nocivas, como los pecados y los flagicios. Otras, en cambio, a veces nos dañan por aquellas cosas que están en torno a ellas, como la potencia temporal o la unión conyugal. Pues bueno es el matrimonio, pero malos son los males que en torno a él crecen por el cuidado de este mundo. Por lo cual Pablo dice: Pero el que está con mujer piensa en las cosas que son del mundo, cómo agradar a su mujer (1 Cor. 7, 33). Por lo cual también, persuadiendo a algunos cosas mejores, los retrae del matrimonio, diciendo: Pero esto digo no para echaros un lazo, sino para lo que es honesto, y que brinde la facultad de rogar al Señor sin impedimento (Ibíd., 35). Mientras, pues, se mantiene lo que no daña, de las cosas puestas al lado se comete frecuentemente lo que daña; como a menudo recorremos un camino recto y limpio, y sin embargo, nacidas zarzas junto al camino, somos retenidos por las vestiduras. En el camino limpio ciertamente no tropezamos, pero de lado nace por lo que seamos punzados. Grande es también la potencia temporal, que tiene ante Dios su mérito por la buena administración del régimen; sin embargo, a veces por eso mismo en que preemina a los demás, se hincha por la elación del pensamiento; y mientras todo subyace al uso, mientras los mandatos se cumplen velozmente según el deseo, mientras todos los súbditos ensalzan con alabanzas si algunas cosas se han hecho bien, pero no contradicen con ninguna autoridad las mal hechas, mientras frecuentemente alaban incluso lo que debieron increpar, seducido por estas cosas que están puestas debajo, el ánimo se eleva sobre sí mismo; y mientras fuera es rodeado por inmenso favor, dentro es vaciado de la verdad;

atque oblitus sui, in voces se spargit alienas; talemque se credit, qualem foris audit, non qualem intus discernere debuit; subjectos despicit, eosque aequales sibi naturae ordine non agnoscit; et quos sorte potestatis excesserit, transcendisse se etiam vitae meritis credit; cunctis se aestimat amplius sapere, quibus se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semetipsum; et qui aequa caeteris naturae conditione constringitur, 833 ex aequo respicere caeteros dedignatur; sicque usque ad ejus similitudinem ducitur de quo scriptum est: Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbiae (Job. XLI, 25). Et de cujus corpore dicitur: Generatio cujus excelsi sunt oculi, et palpebrae ejus in alta surrectae (Prov. XXX, 13). Ad ejus similitudinem ducitur, qui singulare culmen appetens, et socialem angelorum vitam despiciens, ait: Ascendam super altitudinem nubium; similis ero altissimo (Isai. XIV, 14). Miro ergo judicio intus foveam dejectionis invenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostatae quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul ab humilitatis merito in tumorem superbiae culmine potestatis excrevit. Per humilitatem quippe praelatus est per superbiam reprobatus, Domino attestante qui ait: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel (I Reg. XV, 17)? Parvulum se ante potestatem viderat, sed, fultus temporali potentia, jam se parvulum non videbat. Caeterorum namque comparatione se praeferens, magnum se apud se esse judicabat. Miro autem modo cum apud se parvulus, apud Dominum magnus; cum vero apud se magnus, apud Dominum parvulus fuit. Magnos nos Dominus apud nos esse prohibet per prophetam dicens: Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes (Isai. V, 21). Ne magni apud nos esse debeamus, Paulus admonens, ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos (Rom. XII, 15). Plerumque ergo dum ex subjectorum affluentia animus inflatur, in luxum superbiae ipso potentiae fastigio lenocinante corrumpitur.

45. Legitima potestas ea est, quae super culpas, non super homines erigitur. S. Petri exemplum, et S. Pauli.---Sed aliud est quaelibet bona non esse, aliud bona bene habere nescire. Bona namque est ordine suo potentia, sed cauta regentis indiget vita. Igitur bene hanc exercet, qui et retinere illam noverit, et impugnare. Bene hanc exercet, qui scit per illam super culpas erigi, et scit cum illa caeteris aequalitate componi. Humana enim mens plerumque extollitur, etiam cum nulla potestate fulcitur; quanto magis in altum se erigit, cum se etiam ei potestas adjungit?

y olvidado de sí mismo, se esparce en las voces ajenas; y se cree tal cual oye fuera, no tal cual debió discernirse por dentro; desprecia a los súbditos, y no los reconoce como iguales a sí por el orden de la naturaleza; y a quienes excedió por la suerte de la potencia, cree haberlos trascendido también por los méritos de la vida; estima que sabe más que todos, a quienes ve que puede más. Pues se constituye en una cierta cumbre ante sí mismo; y el que está constreñido por una condición de naturaleza igual a los demás, 833 desdeña mirar a los otros de igual a igual; y así es llevado hasta la semejanza de aquel de quien está escrito: Todo lo sublime ve, y él mismo es rey sobre todos los hijos de la soberbia (Job 41, 25). And de cuyo cuerpo se dice: Generación cuyos ojos son excelsos, y sus párpados levantados a lo alto (Prov. 30, 13). A su semejanza es llevado el que, apeteciendo una cumbre singular y despreciando la vida social de los ángeles, dice: Ascenderé sobre la altura de las nubes; seré semejante al Altísimo (Is. 14, 14). Por un admirable juicio, pues, encuentra por dentro el hoyo de la deyección, mientras fuera se ensalza en la cumbre de la potencia. Pues se hace semejante al ángel apóstata, mientras el hombre desdeña ser semejante a los hombres. Así Saúl, desde el mérito de la humildad, creció hasta el tumor de la soberbia por la cumbre de la potencia. ¿Acaso cuando eras pequeño ante tus ojos, no te constituí cabeza en las tribus de Israel (1 Rey. 15, 17)? Pequeño se había visto ante la potencia, pero, apoyado en la potencia temporal, ya no se veía pequeño. Pues prefiriéndose por la comparación de los demás, juzgaba que él era grande ante sí mismo. Pero de modo admirable, cuando era pequeño ante sí, era grande ante el Señor; pero cuando fue grande ante sí, fue pequeño ante el Señor. El Señor prohíbe que seamos grandes ante nosotros por el profeta diciendo: Ay de los que sois sabios ante vuestros ojos, y prudentes ante vosotros mismos (Is. 5, 21). Para que no debamos ser grandes ante nosotros, Pablo, amonestando, dice: No queráis ser prudentes ante vosotros mismos (Rom. 12, 15). Frecuentemente, pues, mientras el ánimo se infla por la afluencia de los súbditos, se corrompe en el lujo de la soberbia por el mismo fastigio de la potencia que lo lisonjea.

45. La potestad legítima es la que se eleva sobre las culpas, no sobre los hombres. Ejemplo de San Pedro y San Pablo.---Pero una cosa es que algunos bienes no sean tales, y otra es no saber poseer bien los bienes. Pues buena es en su orden la potencia, pero necesita de la vida cauta del que rige. Por tanto, bien la ejerce quien supiere tanto retenerla como impugnarla. Bien la ejerce quien sabe elevarse por ella sobre las culpas, y sabe con ella componerse en igualdad con los demás. Pues la mente humana frecuentemente se ensalza incluso cuando no se apoya en ninguna potencia; ¿cuánto más se eleva a lo alto cuando también se le junta la potencia?

Et tamen corrigendis aliorum vitiis apta exsecutione praeparatur. Unde et per Paulum dicitur: Minister enim Dei est, vindex in iram ei qui malum agit (Rom. XIII, 4). [Vet. XXII.] Cum ergo potentiae temporalis ministerium suscipitur, summa cura vigilandum est, ut sciat quisque et sumere ex ea quod adjuvat, et expugnare quod tentat; et aequalem se cum illa caeteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultionis praeferre. Quam discretionem plenius cognoscimus, si etiam potestatis ecclesiasticae exempla cernamus. Petrus namque, auctore Deo, Ecclesiae principatum tenens a bene agente Cornelio, et sese ei humiliter prosternente, immoderatius venerari recusavit, seque illi similem recognovit, dicens: Surge, ne feceris, et ego ipse homo sum (Act. X, 26). Sed cum Ananiae et Sapphirae culpam reperit, mox quanta super caeteros potentia excrevisset ostendit (Act. V, 5, seq.). Verbo enim eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit; et summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod, honore sibi vehementer impenso, coram bene agentibus fratribus non agnovit. Illic communionem aequalitatis meruit sanctitas actionis, 834 hic zelus ultionis jus aperuit potestatis, Paulus bene argentibus fratribus praelatum se esse nesciebat, cum diceret: Non quia dominamur fidei vestrae, sed adjutores sumus gaudii vestri (II Cor. I, 23). Atque illico adjunxit: Fide enim statis. Ac si diceret: Ideo non dominamur fidei vestrae, quia fide statis. Aequales enim vobis sumus, ubi vos stare cognoscimus. Quasi praelatum se fratribus esse nesciebat, cum diceret: Facti sumus parvuli in medio vestrum (I Thess. II, 7), et, Nos autem servos vestros per Jesum Christum (II Cor. IV, 5). Sed cum culpam quae corrigi debuisset invenit, illico magistrum se esse recoluit, dicens: Quid vultis? in virga veniam ad vos (I Cor. IV, 5)?

46. Praelati dum culpas puniunt jure potestatis, aequales se iis qui corriguntur agnoscant per humilitatis custodiam. Ipsis etiam se postponant, quare.---Summus itaque locus bene regitur, cum is qui praeest vitiis potius quam fratribus dominatur. Cunctos quippe natura aequales genuit; ut autem alii ad regendum aliis committantur, non eos natura, sed culpa postponit.

Y sin embargo se prepara con apta ejecución para corregir los vicios de los demás. Por lo cual también se dice por Pablo: Pues es ministro de Dios, vengador para la ira contra el que obra el mal (Rom. 13, 4). [Vet. XXII.] Cuando, pues, se asume el ministerio de la potencia temporal, se ha de vigilar con sumo cuidado, para que cada uno sepa tanto tomar de ella lo que ayuda como expugnar lo que tienta; y verse a sí mismo con ella igual a los demás, y sin embargo anteponerse con celo de venganza a los que pecan. Discreción que conocemos más plenamente si vemos también los ejemplos de la potestad eclesiástica. Pues Pedro, por autoría de Dios, ostentando el principado de la Iglesia, rechazó ser venerado inmoderadamente por Cornelio que obraba bien y se le postraba humildemente, y se reconoció a sí mismo semejante a aquel, diciendo: Levántate, no lo hagas, que yo mismo también soy hombre (Hech. 10, 26). Pero cuando encontró la culpa de Ananías y Safira, pronto mostró cuánta potencia había crecido sobre los demás (Hech. 5, 5 y sig.). Pues con la palabra hirió la vida de ellos, la cual detectó con el espíritu escrutador; y se recordó a sí mismo supremo dentro de la Iglesia contra los pecados, lo cual, habiéndosele dispensado un honor vehemente, no reconoció ante los hermanos que obraban bien. Allí la santidad de la acción mereció la comunión de la igualdad, 834 aquí el celo de la venganza abrió el derecho de la potestad. Pablo no sabía que él estaba antepuesto a los hermanos que obraban bien, cuando decía: No porque nos señoreemos de vuestra fe, sino que somos ayudantes de vuestro gozo (2 Cor. 1, 23). Y al punto añadió: Pues por la fe estáis firmes. Como si dijera: Por eso no nos señoreemos de vuestra fe, porque por la fe estáis firmes. Pues somos iguales a vosotros donde conocemos que estáis firmes. Casi no sabía que estaba antepuesto a los hermanos cuando decía: Nos hicimos pequeños en medio de vosotros (1 Tes. 2, 7), y: Nosotros, en cambio, siervos vuestros por Jesucristo (2 Cor. 4, 5). Pero cuando encontró la culpa que debiera haber sido corregida, al punto recordó que él era maestro, diciendo: ¿Qué queréis? ¿iré a vosotros con vara (1 Cor. 4, 21)?

46. Los prelados, mientras castigan las culpas por derecho de potestad, reconózcanse iguales a aquellos que son corregidos por la custodia de la humildad. Incluso postpónganse a ellos mismos ante estos, y por qué.---El lugar supremo, por tanto, se rige bien cuando el que preside domina a los vicios más que a los hermanos. Pues la naturaleza engendró a todos iguales; pero para que unos sean encomendados a otros para regir, no es la naturaleza, sino la culpa la que los pospone.

Vitiis ergo se debent rectores erigere, quorum et causa praeferuntur; et cum delinquentes corrigunt, sollicite attendant, ut per disciplinam culpas quidem jure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiam aequales se ipsis fratribus qui corriguntur agnoscant. Quamvis plerumque etiam dignum est ut eosdem quos corrigimus tacita nobis cogitatione praeferamus. Illorum namque per nos vitia disciplinae vigore feriuntur; in his vero quae ipsi committimus ne verbi quidem ab aliquo invectione laceramur. Tanto ergo apud Dominum obligatiores sumus quanto apud homines inulte peccamus. [Vet. XXIII.] Disciplina autem nostra subditos tanto divino judicio liberiores reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Servanda itaque est in corde humilitas, et in opere disciplina. Atque inter haec solerter intuendum, ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, solvantur jura regiminis; et dum praelatus quisque plus se quam decet dejicit, subditorum vitam stringere sub disciplinae vinculo non possit. Teneamus ergo exterius quod pro aliorum utilitate suscipimus, teneamus interius quod de nostra aestimatione sentimus. Sed tamen decenter quibusdam erumpentibus signis tales nos apud nos esse ipsi etiam qui nobis commissi sunt non ignorent, ut et de auctoritate nostra quod formident videant, et de humilitate quod imitentur agnoscant. Servata autem auctoritate regiminis, ad cor nostrum sine cessatione redeamus, et consideremus assidue quod sumus aequaliter cum caeteris conditi, non quod temporaliter caeteris praelati. Potestas enim quanto exterius eminet, tanto premi interius debet, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne jam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit.

47. Potestatis humiliter administratae exemplum in David.---Bene David regni potentiam regere noverat, qui elationem ejusdem potentiae semetipsum premendo vincebat, dicens: Domine, non est exaltatum cor meum (Psal. CXXX 1). Quippe in ejus humilitatis augmentum subjunxit: Neque elati sunt oculi mei. Atque addidit: Neque ambulavi in magnis. Et adhuc subtilissima semetipsum inquisitione discutiens, ait: Neque in mirabilibus super me. Omnesque etiam cogitationes suas a fundo cordis exhauriens, 835 subjungit, dicens: Si non humiliter sentiebam sed exaltavi animam meam. Ecce humilitatis hostiam ab intimo cordis oblatam crebro replicat, et iterum atque iterum confitendo offerre non cessat; eamque multipliciter loquens judicis sui oculis ostentat. Quid est hoc? et quomodo istud sacrificium Deo placere cognoverat, quod in conspectu ejus tanta iteratione vocis immolabat, nisi quod vicina esse superbia potentibus solet, et pene semper rebus affluentibus elatio sociatur, quia et saepe humoris abundantia duritiam dat tumoris?

A los vicios, pues, deben los rectores elevarse, por cuya causa también son antepuestos; y cuando corrigen a los delincuentes, atiendan solícitamente para que por la disciplina ciertamente hieran las culpas por derecho de potestad, pero por la custodia de la humildad se reconozcan iguales a los mismos hermanos que son corregidos. Aunque frecuentemente también es digno que prefiramos a los mismos que corregimos con tácito pensamiento. Pues los vicios de aquellos son heridos por nosotros con el vigor de la disciplina; en cambio, en las cosas que nosotros mismos cometemos, ni siquiera somos lacerados por la invectiva de una palabra de nadie. Tanto más obligados estamos, pues, ante el Señor, cuanto ante los hombres pecamos impunemente. [Vet. XXIII.] Pero nuestra disciplina vuelve a los súbditos tanto más libres ante el juicio divino cuanto aquí no abandona sus culpas sin vindicación. Se ha de guardar, pues, la humildad en el corazón, y la disciplina en la obra. Y entre estas cosas se ha de intuir solícitamente que, mientras se custodia inmoderadamente la virtud de la humildad, no se suelten los derechos del régimen; y mientras cada prelado se abate más de lo que conviene, no pueda estrechar la vida de los súbditos bajo el vínculo de la disciplina. Mantengamos, pues, exteriormente lo que asumimos para utilidad de los demás; mantengamos interiormente lo que sentimos sobre nuestra estimación. Pero, sin embargo, brotando decentemente algunos signos, no ignoren ellos mismos, los que nos han sido encomendados, que somos tales ante nosotros, para que vean en nuestra autoridad lo que teman, y reconozcan en nuestra humildad lo que imiten. Pero, preservada la autoridad del régimen, volvamos a nuestro corazón sin cesar, y consideremos asiduamente que somos creados de igual manera que los demás, no que somos antepuestos temporalmente a los demás. Pues la potestad, cuanto más descuella exteriormente, tanto más debe ser reprimida interiormente, para que no venza al pensamiento, para que no arrebate el ánimo al deleite de sí mismo, para que ya la mente no pueda regirla bajo sí, a la cual se somete por la libido de dominar.

47. Ejemplo de la potestad administrada humildemente en David.---David sabía regir bien la potencia del reino, él que vencía la elación de la misma potencia reprimiéndose a sí mismo, diciendo: Señor, no se ha exaltado mi corazón (Sal. 130, 1). Sin duda, para aumento de su humildad, añadió: Ni se han alzado mis ojos. Y añadió: Ni anduve en cosas grandes. Ni en cosas admirables sobre mí. Y agotando también todos sus pensamientos desde el fondo del corazón, 835 añade diciendo: Si no sentía humildemente, sino que exalté mi alma. He aquí que replica con frecuencia la hostia de la humildad ofrecida desde lo íntimo del corazón, y no cesa de ofrecerla una y otra vez confesándola; y hablándola múltiplemente, la ostenta ante los ojos de su Juez. ¿Qué es esto? ¿Y cómo había conocido que este sacrificio agradaba a Dios, el cual inmolaba en su presencia con tanta reiteración de voz, sino porque la soberbia suele estar vecina a los potentes, y casi siempre la elación se asocia a las cosas afluentes, porque también a menudo la abundancia de humor da dureza de tumor?

[Vet. XXIV.] 48. Rara humilitatis et potestatis societas.---Mirum vero valde est cum in cordibus sublimium regnat humilitas morum. Unde pensandum est quia potentes quique cum humiliter sapiunt, culmen extraneae et quasi longe positae virtutis attingunt, et recte hac virtute Dominum quantocius placant, quia illud ei sacrificium humiliter offerunt, quod potentes invenire vix possunt. Subtilissima namque ars vivendi est culmen tenere, gloriam premere; esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire; ad largienda bona potentem se cognoscere, ad rependenda noxia omne quod potenter valet ignorare. Recte itaque de talibus dicitur: Deus potentes non abjicit, cum et ipse sit potens. Deum quippe imitari desiderat, qui fastigium potentiae alienis intentus utilitatibus, et non suis laudibus elatus administrat, qui praelatus caeteris prodesse appetit, non praeesse. Tumoris namque elatio, non ordo potestatis in crimine est. Potentiam Deus tribuit, elationem vero potentiae malitia nostrae mentis invenit. Tollamus ergo quod de nostro contulimus, et bona sunt quae Deo largiente possidemus. Quia enim nequaquam justa potentia, sed actio prava damnatur, apte subjungitur:

Caput XXVII

[Rec. XX].

VERS. 6.---Sed non salvat impios, et judicium pauperibus tribuit.

49. Deus potestatis superbiam non celsitudinem damnat.---Scriptura sacra plerumque pauperes, humiles vocare consuevit. Unde in Evangelio cum adjectione spiritus nominantur, dum dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum (Matth. V, 3). Quia enim divitiae visibiliter potentes ostendunt, apud semetipsos pauperes sunt, qui elati in suis conscientiis non sunt. Eos vero impios vocat, qui aut a fidei pietate disjuncti sunt, aut in hoc quod fideliter credunt pravis sibi moribus contradicunt. Quia ergo omnipotens Deus malitiae superbiam, non potentiae celsitudinem damnat, postquam dictum est: Deus potentes non abjicit, cum et ipse sit potens, recte subjungitur: Sed non salvat impios, et judicium pauperibus tribuit. Id est, elatos destruit, humiles vero per judicium liberos reddit. Vel certe judicium pauperibus tribuit, quia hi qui nunc nequiter opprimuntur, ipsi tunc super oppressores suos judices veniunt.

[Vet. XXIV.] 48. Rara sociedad de la humildad y la potestad.---Es ciertamente muy admirable cuando en los corazones de los sublimes reina la humildad de las costumbres. Por lo cual se ha de ponderar que todos los potentes, cuando saben humildemente, alcanzan la cumbre de una virtud extraña y como puesta lejos, y rectamente placan al Señor cuanto antes con esta virtud, porque le ofrecen humildemente aquel sacrificio que los potentes apenas pueden encontrar. Pues es sutilísima arte de vivir el mantener la cumbre, reprimir la gloria; estar ciertamente en la potencia, pero no saberse a sí mismo potente; reconocerse potente para otorgar bienes, e ignorar todo lo que poderosamente puede para devolver cosas nocivas. Rectamente, pues, se dice de tales: Dios no desecha a los potentes, siendo que él mismo también es potente. Pues desea imitar a Dios quien administra el fastigio de la potencia atento a las utilidades ajenas, y no elado por sus propias alabanzas, quien antepuesto a los demás apetece serles de provecho, no presidirles. Pues la elación del tumor, no el orden de la potestad, está en el crimen. Dios otorgó la potencia, pero la malicia de nuestra mente inventó la elación de la potencia. Quitemos, pues, lo que de lo nuestro aportamos, y son buenas las cosas que poseemos por la largueza de Dios. Porque de ningún modo la justa potencia, sino la acción depravada es condenada, aptamente se subjunta:

Capítulo XXVII

[Rec. XX].

VERS. 6.---Pero no salva a los impíos, y otorga juicio a los pobres.

49. Dios condena la soberbia de la potestad, no su celsitud.---La Sagrada Escritura suele frecuentemente llamar pobres a los humildes. Por lo cual en el Evangelio son nombrados con la adición de espíritu, cuando se dice: Bienaventurados los pobres de espíritu, porque de ellos es el reino de los cielos (Mat. 5, 3). Pues porque las riquezas muestran visiblemente a los potentes, son pobres ante sí mismos quienes no están elados en sus conciencias. Mas llama impíos a aquellos que o están disjuntos de la piedad de la fe, o en aquello que fielmente creen se contradicen con depravadas costumbres. Porque, pues, el Dios omnipotente condena la soberbia de la malicia, no la celsitud de la potencia, después que se dijo: Dios no desecha a los potentes, siendo que él mismo también es potente, rectamente se subjunta: Pero no salva a los impíos, y otorga juicio a los pobres. Esto es, destruye a los elados, pero vuelve libres a los humildes por el juicio. O ciertamente otorga juicio a los pobres, porque estos que ahora son inicuamente oprimidos, ellos mismos vienen entonces como jueces sobre sus opresores.

50. Reproborum alii judicantur, alii non judicantur.---Duae quippe sunt partes, electorum scilicet, atque reproborum. Sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alii namque judicantur et pereunt, alii non judicantur et pereunt. Alii judicantur et regnant, alii non judicantur et 836 regnant. Judicantur et pereunt quibus Dominica inclamatione dicitur: Esurivi, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi potum; hospes eram, et non collegistis me; nudus, et non operuistis me; aeger et in carcere, et non visitastis me (Matth. XXV, 42, 43). Quibus praemittitur: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus (Ibid., 41). Alii vero in extremo judicio non judicantur et pereunt, de quibus Propheta ait: Non resurgunt impii in judicio (Psal. I, 5). Et de quibus Dominus dicit: Qui autem non credit, jam judicatus est (Joan. III, 18). Et de quibus Paulus ait: Qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt (Rom. II, 12). Resurgunt ergo etiam omnes infideles, sed ad tormentum, non ad judicium. Non enim eorum tunc causa discutitur, quia ad conspectum districti judicis jam cum damnatione suae infidelitatis accedunt. Professionem vero fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguunt ut pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt increpationem judicis in extrema examinatione non audiunt, quia, praejudicati infidelitatis suae tenebris, ejus quem despexerant invectione redargui non merentur. Illi saltem judicis verba audiunt, quia ejus fidei saltem verba tenuerunt. Isti in damnatione sua aeterni judicis nec verba percipiunt, quia ejus reverentiam nec verbo tenus servare voluerunt. Illi legaliter pereunt, quia sub lege positi peccaverunt; istis in perditione sua de lege nihil dicitur quia nihil legis habere conati sunt. [Vet. XXV.] Princeps namque terrenam rempublicam regens, aliter punit civem interius delinquentem, atque aliter exterius hostem rebellantem. In illo jura sua consulit, eumque sub verbis dignae invectionis addicit; contra hostem vero bella movet, instrumenta perditionis exercet, dignaque ejus malitiae tormenta retribuit, de malo vero ejus quid lex habeat non requirit. Neque enim lege necesse est perimi, qui lege nunquam potuit teneri. Ita ergo in extremo judicio et legalis illum invectio percutit qui ab eo quod professione tenuit, actione declinavit; et iste sine judicii invectione perimitur, qui lege fidei non tenetur.

50. De los réprobos unos son juzgados, otros no son juzgados.---Pues son dos partes, a saber, la de los electos y la de los réprobos. Pero en cada una de esas mismas partes se contienen dos órdenes. Pues unos son juzgados y perecen, otros no son juzgados y perecen. Unos son juzgados y reinan, otros no son juzgados y 836 reinan. Son juzgados y perecen aquellos a quienes se dice por la exclamación del Señor: Tuve hambre, y no me disteis de comer; tuve sed, y no me disteis de beber; fui huésped, y no me recogisteis; desnudo, y no me cubristeis; enfermo y en la cárcel, y no me visitasteis (Mat. 25, 42, 43). A los cuales se antepone: Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles (Ibíd., 41). Mas otros en el juicio extremo no son juzgados y perecen, de los cuales dice el Profeta: No resurgirán los impíos en el juicio (Sal. 1, 5). Y de los cuales dice el Señor: El que en cambio no cree, ya está juzgado (Jn. 3, 18). Y de los cuales dice Pablo: Quienes sin ley pecaron, sin ley perecerán (Rom. 2, 12). Resurgirán, pues, también todos los infieles, pero para el tormento, no para el juicio. Pues su causa no se discute entonces, porque acceden a la presencia del Juez estrecho ya con la condenación de su propia infidelidad. Mas a los que retienen la profesión de la fe, pero no tienen las obras de la profesión, los convencen para que perezcan. Mas quienes ni siquiera los sacramentos de la fe mantuvieron, no oyen la increpación del Juez en el examen extremo, porque, prejuzgados por las tinieblas de su propia infidelidad, no merecen ser convencidos por la invectiva de aquel a quien habían despreciado. Aquellos al menos oyen las palabras del Juez, porque al menos mantuvieron las palabras de su fe. Estos en su propia condenación ni perciben las palabras del Juez eterno, porque ni siquiera hasta la palabra quisieron guardar la reverencia de él. Aquellos perecen legalmente, porque puestos bajo la ley pecaron; a estos en su perdición nada se les dice de la ley porque nada de la ley intentaron tener. [Vet. XXV.] Pues un príncipe que rige una república terrena, castiga de un modo al ciudadano que delinque internamente, y de otro modo al enemigo que se rebela externamente. En aquel consulta sus derechos, y lo adjudica bajo palabras de digna invectiva; mas contra el enemigo mueve guerras, ejerce instrumentos de perdición, y retribuye dignos tormentos de su malicia, pero no requiere qué tenga la ley sobre el mal de aquel. Pues ni es necesario que sea destruido por la ley quien nunca pudo ser retenido por la ley. Así, pues, en el juicio extremo tanto lo hiere a aquel la invectiva legal, él que de lo que mantuvo por profesión declinó por la acción; como este es destruido sin la invectiva del juicio, él que no es retenido por la ley de la fe.

51. Electorum quoque alii judicium subeunt, alii non, sed judices sedent.---Ex electorum vero parte alii judicantur et regnant, qui vitae maculas lacrymis tergunt, qui mala praecedentia factis sequentibus redimentes, quidquid illicitum aliquando fecerunt ab oculis judicis eleemosynarum superductione cooperiunt. Quibus judex veniens in dextera consistentibus dicit: Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me (Matth. XXV, 35). Quibus praemittit, dicens: Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi (Ibid., 34). Alii autem non judicantur et regnant qui etiam praecepta legis perfectione virtutum transcendunt, quia nequaquam hoc solum quod cunctis divina lex praecipit implere contenti sunt, sed praestantiori desiderio plus exhibere appetunt quam praeceptis generalibus audire potuerunt. Quibus dominica voce dicitur: Vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me, cum sederit Filius hominis 837 in sede majestatis suae, sedebitis et vos super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Et de quibus propheta ait: Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi sui (Isai. III, 14). Et de quibus Salomon, cum de sanctae Ecclesiae sponso loqueretur, intulit dicens: Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae (Prov. XXXI, 23). Hi itaque in extremo judicio non judicantur et regnant, quia cum auctore suo etiam judices veniunt. Relinquentes quippe omnia plus prompta devotione exsecuti sunt quam juberi generaliter audierunt. Speciali namque jussione paucis perfectioribus, et non generaliter omnibus, dicitur hoc quod adolescens dives audivit: Vade et vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo, et veni et sequere me (Matth. XIX, 21). Si enim sub hoc praecepto cunctos jussio generalis astringeret, culpa profecto esset aliquid nos de hoc mundo possidere. Sed aliud est quod per sacram Scripturam omnibus generaliter praecipitur, aliud quod specialiter perfectioribus imperatur. Hi ergo recte sub generali judicio non tenentur, qui et praecepta generalia vivendo vicerunt. Sicut enim non judicantur et pereunt, qui suadente perfidia lege teneri contemnunt, ita non judicantur et regnant, qui, suadente pietate, etiam ultra generalia divinae legis praecepta proficiunt. Hinc est quod Paulus, etiam specialia praecepta transcendens, plus opere exhibuit quam institutione permissionis accepit (I Thess. II, 7). Cum enim accepisset ut Evangelium praedicans de Evangelio viveret, et Evangelium audientibus contulit, et tamen Evangelii sumptibus sustentari recusavit.

51. De los electos también unos se someten al juicio, otros no, sino que se sientan como jueces.---Pues de la parte de los electos unos son juzgados y reinan, ellos que limpian las manchas de la vida con lágrimas, ellos que, redimiendo los males precedentes con los hechos subsiguientes, cubren ante los ojos del Juez cualquier cosa ilícita que alguna vez hicieron mediante la superposición de limosnas. A los cuales el Juez, viniendo, dice a los que están a la derecha: Tuve hambre, y me disteis de comer; tuve sed, y me disteis de beber; fui huésped, y me recogisteis; desnudo, y me cubristeis; enfermo, y me visitasteis; en la cárcel estuve, y vinisteis a mí (Mat. 25, 35). A los cuales antepone, diciendo: Venid, benditos de mi Padre, poseed el reino preparado para vosotros desde la constitución del mundo (Ibíd., 34). Mas otros no son juzgados y reinan, ellos que incluso trascienden los preceptos de la ley por la perfección de las virtudes, porque de ningún modo están contentos con cumplir solo esto que la ley divina prescribe a todos, sino que por un deseo más excelente apetecen exhibir más de lo que pudieron oír en los preceptos generales. A los cuales se dice por la voz del Señor: Vosotros que dejasteis todas las cosas y me seguisteis, cuando se siente el Hijo del hombre 837 en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros sobre doce tronos, juzgando a las doce tribus de Israel (Mat. 19, 28). Y de los cuales dice el profeta: El Señor vendrá al juicio con los ancianos de su pueblo (Is. 3, 14). Y de los cuales Salomón, cuando hablaba del esposo de la santa Iglesia, infirió diciendo: Noble en las puertas su varón, cuando se siente con los senadores de la tierra (Prov. 31, 23). Estos, pues, en el juicio extremo no son juzgados y reinan, porque con su autor vienen también como jueces. Pues dejando todas las cosas cumplieron con más pronta devoción de lo que oyeron mandarse generalmente. Pues por una especial orden a unos pocos más perfectos, y no generalmente a todos, se dice esto que oyó el adolescente rico: Ve y vende todo lo que tienes, y dalo a los pobres, y tendrás tesoro en el cielo, y ven y sígueme (Mat. 19, 21). Pues si bajo este precepto una orden general obligara a todos, ciertamente sería culpa el que nosotros poseyéramos algo de este mundo. Pero una cosa es lo que por la sagrada Escritura se prescribe a todos generalmente, y otra lo que se manda especialmente a los más perfectos. Estos, pues, rectamente no son tenidos bajo el juicio general, ellos que también vencieron los preceptos generales viviendo. Pues así como no son juzgados y perecen quienes, persuadiéndoles la perfidia, desprecian ser retenidos por la ley, así no son juzgados y reinan quienes, persuadiéndoles la piedad, incluso aprovechan más allá de los preceptos generales de la ley divina. De aquí es que Pablo, trascendiendo incluso los preceptos especiales, exhibió más con la obra de lo que recibió por la institución de la permisión (1 Tes. 2, 7). Pues habiendo recibido que predicando el Evangelio viviera del Evangelio, tanto confirió el Evangelio a los que lo oían, como sin embargo rechazó ser sustentado por los gastos del Evangelio.

Cur ergo iste judicetur ut regnet, qui minus quod servaret accepit, sed majus quod viveret invenit? Dicatur igitur recte: Judicium pauperibus tribuit, quia quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc acceptis sedibus majore culmine potestatis excrescunt. Unde et sequitur:

Caput XXVIII

[Rec. XXI].

VERS. 7.---Non auferet a justo oculos suos, et reges in solio collocat in perpetuum, et illic eriguntur.

52. Deus justos tunc magis respicit, cum injuste affliguntur.---Abstulisse enim a justis oculos suos fortasse Dominus creditur, quia injustorum crudelitatibus hic sine vindicta lacerantur; sed famulos suos tunc magis respicit, cum injuste eos nequitia persequentis affligit. Videns enim quid hic humiliter tolerent, nimirum jam praevidet quid illic eis misericorditer recompenset. Non ergo aufert a justo oculos suos. Ecce iste humiliter ingemiscit, ille superbit et nequiter floret. Iste cor conterit, ille se de gloria iniquitatis extollit. Horum ergo quis divinis obtutibus longe est, qui injustitiam pertulit, an qui eam patientibus irrogavit; qui supernam gratiam inter maeroris tenebras tenuit, an qui inter exteriora gaudia lumen justitiae intus amisit?

53. Cur sancti, reges in S. Scriptura vocantur. Sanctos in throno cum Christo sedere est ex ejus potestate judicare.---Bene autem sancti viri Scripturae sacrae testimonio reges vocantur, quia, praelati cunctis motibus carnis, modo luxuriae appetitum frenant, 838 modo aestum avaritiae temperant, modo gloriam elationis inclinant, modo suggestionem livoris obruunt, modo ignem furoris exstingnunt. Reges ergo sunt, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo praeesse noverunt. Quia igitur ab hac potestate regiminis ad potestatem transeunt retributionis, dicatur recte: Reges in solio collocat in perpetuum. Semetipsos enim regendo, ad tempus fatigati sunt, sed in regni erectionis aeternae solio in perpetuum collocantur; et eo illic accipiunt alios digne judicare, quo hic nesciunt sibimetipsis nequiter parcere. Hinc enim alias dicitur: Donec justitia convertatur in judicium (Psal. XCIII, 15). Paulus de se suisque consortibus dicit: Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso (II Cor. V, 21).

¿Por qué, pues, este ha de ser juzgado para que reine, él que recibió menos que guardar, pero encontró más con que vivir? Dígase, pues, rectamente: Otorga juicio a los pobres, porque cuanto en este mundo fueron despreciados con gran humildad, tanto entonces, recibidos sus asientos, crecen en una mayor cumbre de potestad. Por lo cual también sigue:

Capítulo XXVIII

[Rec. XXI].

VERS. 7.---No apartará del justo sus ojos, y coloca a los reyes en el trono para siempre, y allí son ensalzados.

52. Dios entonces mira más a los justos, cuando son afligidos injustamente.---Pues tal vez se cree que el Señor ha apartado de los justos sus ojos, porque aquí son lacerados por las crueldades de los injustos sin vindicación; pero entonces mira más a sus siervos, cuando la maldad del perseguidor los aflige injustamente. Pues viendo lo que aquí toleran humildemente, sin duda ya prevé lo que allí les recompensará misericordiosamente. No aparta, pues, del justo sus ojos. He aquí que este gime humildemente, aquel se enorgullece y florece malvadamente. Este contrita su corazón, aquel se ensalza por la gloria de la iniquidad. ¿Cuál de estos, pues, está lejos de las miradas divinas: el que padeció la injusticia, o el que la infligió a los que la sufrían; el que mantuvo la gracia suprema entre las tinieblas del pesar, o el que entre los gozos exteriores perdió interiormente la luz de la justicia?

53. Por qué los santos son llamados reyes en la Sagrada Escritura. Que los santos se sienten en el trono con Cristo es juzgar por la potestad de Él.---Pero bien son llamados reyes los varones santos por el testimonio de la Sagrada Escritura, porque, antepuestos a todos los movimientos de la carne, ahora frenan el apetito de la lujuria, 838 ahora templan el ardor de la avaricia, ahora inclinan la gloria de la elación, ahora abruman la sugestión de la envidia, ahora extinguen el fuego del furor. Son reyes, pues, porque han sabido no sucumbir a los movimientos de sus tentaciones no consintiendo, sino presidir gobernando. Porque, por tanto, pasan de esta potestad de régimen a la potestad de retribución, dígase rectamente: Coloca a los reyes en el trono para siempre. Pues gobernándose a sí mismos, se fatigaron por un tiempo, pero son colocados para siempre en el trono de la eterna exaltación del reino; y allí reciben el juzgar a otros dignamente en la medida en que aquí no saben perdonarse a sí mismos malvadamente. Pues de aquí se dice en otro lugar: Hasta que la justicia se convierta en juicio (Sal. 93, 15). Pablo dice de sí mismo y de sus consortes: Para que nosotros fuésemos hechos justicia de Dios en Él (2 Cor. 5, 21).

Justitia ergo in judicium vertitur, quia hi qui nunc juste atque irreprehensibiliter vivunt, tunc judicandi potentiam nanciscuntur. Hinc Laodiceae Ecclesiae Dominus dicit: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus (Apoc. III, 21). Vincens Dominus in throno cum Patre sedisse se asserit, quia post passionis certamina, post resurrectionis palmam, clarius se omnibus quod potestati Patris esset aequalis indicavit, eique se non disparem calcato mortis aculeo innotuit. Unde et Mariae necdum credenti se Patri similem, dicit: Noli me tangere, nondum enimascendi ad Patrem (Joan. XX, 17). Nobis enim in throno filii sedere, est ex ejusdem Filii potestate judicare. Quia enim judicii principatum ex ejus virtute percipimus, velut in throno ejus residemus. Nec abhorret a vero quod alias super duodecim thronos venturos testatur esse discipulos (Matth. XIX, 28), hic vero in throno suo perhibet esse sessuros. Per thronos quippe duodecim universale judicium, per thronum vero Fili singulare culmen judiciariae potestatis ostenditur. Hoc ergo duodecim thronis, quod uno throno Filii designatur, quia videlicet universale judicium ex Mediatoris nostri interventione percipitur. Dicatur ergo: Reges in solio collocat in perpetuum.

54. Sanctorum sessio est aeterna. Prius humiliati, erigentur.---Apte autem in perpetuum subdens aperte quid dicat insinuat. Si enim de terreni regni solio diceret, nullatenus in perpetuum subdidisset, quia qui illud arripiunt, profecto non in eo in perpetuum, sed temporaliter collocantur. Bene autem subdidit: Et illic eriguntur. Ac si intentioni audientis innueret, dicens: Quia hic humiliati sunt, illic eriguntur. Sanctis namque viris iste locus humilitatis est, ut ille sit celsitudinis. Unde alias scriptum est: Humiliasti eos in loco afflictionis (Psal. XLIII, 20). Locus quippe afflictionis est vita praesens: Qui ergo ad aeternam patriam tendunt, nunc semetipsos temporaliter in afflictionis loco despiciunt, ut tunc in loco gaudii veraciter sublimentur. Sequitur:

Caput XXIX

Rec. [XXII].

VERS. 8, 9. Et si fuerint in catenis, et vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, et scelera eorum, quia violenti fuerint

La justicia, pues, se convierte en juicio, porque aquellos que ahora viven justa e irreprochablemente, obtienen entonces la potencia de juzgar. De aquí dice el Señor a la Iglesia de Laodicea: Al que venciere, le daré que se siente conmigo en mi trono, así como yo también vencí, y me senté con mi Padre en su trono (Apoc. 3, 21). El Señor, venciendo, afirma haberse sentado en el trono con el Padre, porque tras los certámenes de la pasión, tras la palma de la resurrección, indicó más claramente a todos que era igual a la potestad del Padre, y se dio a conocer como no dispar a Él, pisoteado el aguijón de la muerte. Por lo cual también dice a María, que aún no creía que fuera semejante al Padre: No me toques, porque aún no he subido al Padre (Jn. 20, 17). Para nosotros, sentarse en el trono del Hijo es juzgar por la potestad del mismo Hijo. Pues porque percibimos el principado del juicio por la virtud de Él, residimos como en su trono. Ni aborrece de la verdad el que en otro lugar testifique que los discípulos han de venir sobre doce tronos (Mat. 19, 28), mientras que aquí afirma que han de estar sentados en su trono. Pues por los doce tronos se muestra el juicio universal, pero por el trono del Hijo la singular cumbre de la potestad judiciaria. Esto, pues, se designa por los doce tronos, lo que se designa por el único trono del Hijo, porque a saber el juicio universal se percibe por la intervención de nuestro Mediador. Dígase, pues: Coloca a los reyes en el trono para siempre.

54. La sesión de los santos es eterna. Primero humillados, serán ensalzados.---Pero aptamente añadiendo para siempre, insinúa abiertamente lo que dice. Pues si hablara del trono de un reino terreno, de ningún modo habría añadido para siempre, porque quienes lo arrebatan, de cierto no son colocados en él para siempre, sino temporalmente. Pero bien añadió: Y allí son ensalzados. Como si insinuara a la intención del oyente, diciendo: Porque aquí han sido humillados, allí son ensalzados. Pues para los varones santos este es el lugar de la humildad, para que aquel sea el de la celsitud. Por lo cual en otro lugar está escrito: Los humillaste en el lugar de la aflicción (Sal. 43, 20). Pues el lugar de la aflicción es la vida presente. Aquellos, pues, que tienden a la patria eterna, ahora se desprecian a sí mismos temporalmente en el lugar de la aflicción, para que entonces en el lugar del gozo sean verazmente sublimados. Sigue:

Capítulo XXIX

[Rec. XXII].

VERS. 8, 9. Y si estuvieren en cadenas, y fueren atados con sogas de pobreza, les indicará sus obras, y sus crímenes, porque fueron violentos.

55. Catenis ligari se putant sancti, quandiu hic vivunt.---Catenae obligationis sunt ipsa adhuc retentio 839 peregrinationis. Ligatum se his catenis Paulus aspexerat, cum dicebat: Desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse (Philip. I, 23). Paupertatis funibus vinctum se esse cernebat, quando veras divitias intuens, eas etiam discipulis exorabat, dicens: Ut sciatis quae sit spes vocationis ejus, quae divitiae gloriae haereditatis ejus in sanctis (Ephes. I, 18).

Bene autem post ista subditur: Indicabit eis opera eorum, et scelera eorum, quia violenti fuerint. Cum enim supernam gloriam magis amando cognoscimus, tunc mala quae egimus graviora fuisse sentimus. Unde et Paulus post perceptam gratiam supernorum ea quae in se studia virtutum crediderat fuisse jam scelera cognoscebat, dicens: Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate (I Tim. I, 13). Vel certe: Sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta (Philip. III, 7). Unde et apte subditur:

CAPUT XXX.

VERS. 10.--- Revelabit quoque aurem eorum, ut corripiat; et loquetur, ut revertantur ab iniquitate.

56. Amore coelestis gloriae graviora fiunt peccata prius perpetrata.---Aurem ab iniquitate revelare est intellectum cognitionis aperire. Revelata vero aure unusquisque corripitur, quando intrinsecus aeternorum bonorum desiderium percipit, et quae mala extrinsecus perpetravit agnoscit

Potest vero in catenis et funibus paupertatis poena etiam temporalis afflictionis intelligi, quia saepe qui jubentis verba non audiunt, ferientis verberibus admonentur, ut ad bona desideria saltem poenae trahant, quos praemia non invitant. Unde per Prophetam dicitur: In camo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad le (Psal. XXXI, 9). Si vero etiam flagella despiciunt, constat nimirum quod tanto illic gravioris vindictae supplicia sentiant, quanto hic majoris providentiae gratiam calcant. Unde et sequitur:

CAPUT XXXI.

VERS. 11, 12.---Si audierint et observaverint, complebunt dies suos in bono, et annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, et consumentur stultitia.

55. Los santos se consideran estar ligados con cadenas mientras viven aquí.---Las cadenas de la obligación son la misma retención 839 de la peregrinación todavía. Pablo se había visto ligado con estas cadenas cuando decía: Teniendo deseo de ser disuelto, y de estar con Cristo (Flp. 1, 23). Se veía atado con las sogas de la pobreza cuando, contemplando las verdaderas riquezas, también las pedía para sus discípulos, diciendo: Para que sepáis cuál es la esperanza de su vocación, cuáles las riquezas de la gloria de su herencia en los santos (Ef. 1, 18).

Pero bien se añade después de esto: Les indicará sus obras, y sus crímenes, porque fueron violentos. Pues cuando, amando más, conocemos la gloria suprema, entonces sentimos que los males que hicimos fueron más graves. Por lo cual también Pablo, tras la gracia percibida de las cosas supremas, conocía que aquellas cosas que había creído que eran en él estudios de virtudes, eran ya crímenes, diciendo: Que antes fui blasfemo, y perseguidor, e injurioso; pero alcancé misericordia, porque ignorando lo hice en la incredulidad (1 Tim. 1, 13). O ciertamente: Pero las cosas que para mí eran ganancias, las he juzgado como pérdidas por Cristo (Flp. 3, 7). Por lo cual también se añade aptamente:

CAPÍTULO XXX.

VERS. 10. Revelará también el oído de ellos, para corregirlos; y hablará, para que se vuelvan de la iniquidad.

56. Por el amor de la gloria celestial se hacen más graves los pecados antes perpetrados.---Revelar el oído de la iniquidad es abrir el intelecto del conocimiento. Pues cada uno es corregido, revelado el oído, cuando percibe intrínsecamente el deseo de los bienes eternos, y reconoce qué males perpetró extrínsecamente.

Pero en las cadenas y sogas de la pobreza puede entenderse también la pena de la aflicción temporal, porque a menudo quienes no oyen las palabras del que manda, son amonestados por los azotes del que hiere, para que al menos las penas atraigan a los buenos deseos a quienes los premios no invitan. Por lo cual se dice por el Profeta: Con camu y freno constriñe las mandíbulas de ellos, que no se aproximan a ti (Sal. 31, 9). Pero si también desprecian los flagelos, consta sin duda que tanto más graves suplicios de vindicación sentirán allí, cuanto más aquí pisan la gracia de una mayor providencia. Por lo cual también sigue:

CAPÍTULO XXXI.

VERS. 11, 12. Si oyeren y observaren, cumplirán sus días en el bien, y sus años en la gloria. Mas si no oyeren, pasarán por la espada, y serán consumidos por la estulticia.

57. Quam severe puniendi, qui a perditis moribus nec flagellis coercentur.---Per bonum recta actio, per gloriam vero superna retributio designatur. Qui ergo obedire praeceptis coelestibus student, dies suos in bono complent, annos in gloria, quia et cursum praesentis temporis in recto opere, et consummationem suam perficiunt felici retributione. Si vero non audierint, transibunt per gladium, et consumentur stultitia, quia et vindicta eos in tribulatione percutit, et finis in fatuitate concludit. Sunt enim nonnulli quos a perditis moribus nec tormenta compescunt. De quibus per prophetam dicitur: Percussisti eos nec doluerunt; flagellasti eos, et renuerunt accipere disciplinam (Jerem. V, 3). Et de quibus sub Babylonis specie dicitur: Curavimus Babylonem, et non est sanata (Jerem. LI, 9). De quibus rursum dicitur: Interfeci et perdidi populum meum, et tamen a viis suis non sunt reversi (Jerem. XV, 7). Hi nonnunquam deteriores existunt ex verbere, quia pulsati doloribus, aut contumaci pertinacia duriores existunt, aut, quod pejus est, in blasphemiae etiam exasperationem prosiliunt. Bene ergo dicitur quod per gladium transeunt, et stultitia consumuntur, quia peccata quae flagellis emendare 840 debuerant, flagellis exaggerant. Et hic jam poenas percussionis sentiunt, et illic justae retributionis supplicia non evadunt. Fatuitas quippe stultitiae est quod illos sic imquitas obligat, ut a culpa eos nec poena compescat. Sequitur:

Caput XXXII

[Rec. XXIII].

VERS. 13.---Simulatores et callidi provocant iram Dei.

58. Simulatoris callidi imago.---Cum simulatores diceret, apte subjungit et callidi, quia nisi ingenio calleant, quod videri appetunt congrue simulare non possunt. Sunt enim nonnulla vitia quae etiam a sensu tardioribus facile perpetrantur. Elatione namque intumescere, avaritiae aestibus inhiare, luxuriae pulsanti succumbere, etiam quilibet obtusis sensibus potest; simulationis vero falsitatem exsequi, nisi qui subtilioris ingenii fuerit, non potest. Quisquis enim talis est, ad custodienda duo videlicet continua observatione dividitur, ut callide noverit et occultare quod est, et ostentare quod non est; et vera mala premere, et falsa bona monstrare; nec se aperte in hoc quod videtur extollere, atque, ut majorem gloriam teneat, saepe se simulare gloriam declinare. Quia enim ante oculos hominum sequendo eam apprehendere non potest, studet plerumque gloriam tenere fugiendo. Haec itaque simplicibus minime congruunt, quia si congruunt, jam simplices non sunt.

57. Cuán severamente han de ser castigados quienes ni por los flagelos son cohibidos de sus costumbres perdidas.---Por el bien se designa la recta acción, mas por la gloria la retribución suprema. Quienes, pues, se esmeran en obedecer los preceptos celestiales, cumplen sus días en el bien, sus años en la gloria, porque llevan a cabo tanto el curso del tiempo presente en la obra recta, como su consumación en la feliz retribución. Mas si no oyeren, pasarán por la espada, y serán consumidos por la estulticia, porque tanto la vindicación los hiere en la tribulación, como el fin los concluye en la fatuidad. Pues hay algunos a quienes ni los tormentos reprimen de sus costumbres perdidas. De los cuales se dice por el profeta: Los heriste y no se dolieron; los flagelaste, y rehusaron recibir la disciplina (Jer. 5, 3). Y de los cuales se dice bajo la especie de Babilonia: Curamos a Babilonia, y no ha sanado (Jer. 51, 9). De los cuales de nuevo se dice: Interfecí y perdí a mi pueblo, y sin embargo de sus caminos no se volvieron (Jer. 15, 7). Estos a veces resultan peores por el azote, porque golpeados por los dolores, o resultan más duros por contumaz pertinacia, o, lo que es peor, prorrumpen incluso en la exasperación de la blasfemia. Bien, pues, se dice que pasan por la espada, y por la estulticia son consumidos, porque los pecados que debieran 840 haber enmendado con flagelos, con flagelos los exageran. Y ya aquí sienten las penas de la percusión, y allá no escapan a los suplicios de la justa retribución. Pues es fatuidad de la estulticia el que de tal modo los obligue la iniquidad, que ni la pena los reprima de la culpa. Sigue:

Capítulo XXXII

[Rec. XXIII].

VERS. 13. Los simuladores y los callidos provocan la ira de Dios.

58. La imagen del simulador callido.---Habiendo dicho simuladores, aptamente subraya y callidos, porque a menos que sean callidos por el ingenio, no pueden simular congruentemente lo que apetecen que se vea. Pues hay algunos vicios que incluso por los más tardos de sentido son perpetrados fácilmente. Pues hincharse por la elación, jadear por los ardores de la avaricia, sucumbir a la lujuria que pulsa, incluso cualquiera de sentidos obtusos puede; mas ejecutar la falsedad de la simulación, no puede sino el que fuere de ingenio más sutil. Pues quienquiera que es tal, se divide a saber por una continua observación para guardar dos cosas: para que sepa callidamente tanto ocultar lo que es, como ostentar lo que no es; y reprimir los males verdaderos, y mostrar los bienes falsos; ni ensalzarse abiertamente en esto que se ve, y, para que tenga mayor gloria, a menudo simular que declina la gloria. Pues porque ante los ojos de los hombres no puede aprehenderla siguiéndola, se esmera por lo general en tener la gloria huyéndola. Estas cosas, pues, mínimamente convienen a los simples, porque si convienen, ya no son simples.

59. Iram Dei non solum meretur, sed provocat.---Bene autem cum diceret: Simulatores et callidi, non subdidit, merentur, sed provocant iram Dei. Iram quippe Dei mereri, est etiam nesciendo peccare. Provocare vero est mandatis illius sciendo contraire; scire bonum, sed despicere; facere posse, nec velle. Hi enim perpetratione nequitiae intrinsecus tenebrescunt, et ostentatione justitiae superficie tenus dealbantur. Quibus voce Dominica dicitur: Vae vobis, Scribae et Pharisaei hypocritae, quia similes estis sepulcris dealbatis, quae foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, et omni spurcitia; ita et vos quidem foris apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. (Matth. XXIII, 27). Foris ergo ostendendo servant quae vivendo intus impugnant. Intus vero mala cogitantes exaggerant quae foris aliud superducentes occultant. Ante districtum itaque judicem excusationem jam de ignorantia habere non possunt, quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostentant, ipsi sibi sunt testimonio quia bene vivere non ignorant. Dicatur igitur recte: Simulatores et callidi provocant iram Dei. Quid vero eos ad extremum sequatur, adjungit, dicens:

CAPUT XXXIII.

Ibid.---Neque clamabunt cum vincti fuerint.

60. Etiam percussus peccata confiteri erubescit.---Omnis iniquus qui cum iniquus sit, sanctus videri non appetit, in flagelli percussione deprehensus, fateri quod iniquus sit non erubescit. Qui vero iniqua agens, humana de se judicia sub specie sanctitatis intercipit, etiam cum flagello percutitur, iniquum se prodere refugit, quia sanctus videri consuevit. Si quando autem graviter coarctatur, iniquum se vix superficie tenus confitetur, quia interna sua detegere veraci confessione confunditur. Quasi liberi vero sumus, cum nulla correptione castigamur; vincimur autem, cum flagello percussionis astringimur. Vincti igitur tanto 841 clamamus altius, quanto in percussione positi peccata nostra veracius confitemur. Apud aures quippe Dei vox valida devota confessio est.

59. No solo merece, sino que provoca la ira de Dios.---Pero bien cuando decía: Los simuladores y los callidos, no añadió: merecen, sino provocan la ira de Dios. Pues merecer la ira de Dios es también pecar no sabiendo. Mas provocar es contrariar los mandatos de Aquel sabiendo; conocer el bien, pero despreciarlo; poder hacerlo, y no quererlo. Pues estos por la perpetración de la maldad se entenebrecen interiormente, y por la ostentación de la justicia son blanqueados en cuanto a la superficie. A los cuales se dice por la voz del Señor: ¡Ay de vosotros, escribas y fariseos hipócritas!, porque sois semejantes a sepulcros blanqueados, que por fuera parecen hermosos a los hombres, mas por dentro están llenos de huesos de muertos y de toda suciedad; así también vosotros por fuera ciertamente aparecéis justos a los hombres, mas por dentro estáis llenos de hipocresía y de iniquidad (Mat. 23, 27). Por fuera, pues, guardan mostrando lo que viviendo impugnan por dentro. Pero por dentro exageran pensando cosas malas, lo que por fuera ocultan superponiendo otra cosa. Ante el juez estrecho, por tanto, ya no pueden tener excusa por la ignorancia, porque mientras ante los ojos de los hombres ostentan todo modo de santidad, ellos mismos son para sí testimonio de que no ignoran el vivir bien. Dígase, pues, rectamente: Los simuladores y los callidos provocan la ira de Dios. Mas qué les siga al final, lo añade diciendo:

CAPÍTULO XXXIII.

Ibíd. Ni clamarán cuando fueren atados.

60. Incluso herido se avergüenza de confesar sus pecados.---Todo inicuo que, siendo inicuo, no apetece parecer santo, sorprendido en la percusión del flagelo, no se avergüenza de confesar que es inicuo. Mas quien, haciendo cosas inicuas, intercepta los juicios humanos sobre sí bajo especie de santidad, incluso cuando es herido con el flagelo, rehúye delatarse como inicuo, porque se acostumbró a parecer santo. Mas si alguna vez es gravemente estrechado, apenas confiesa ser inicuo en la superficie, porque se confunde al detectar sus cosas internas con una confesión veraz. Somos como libres cuando no somos castigados por ninguna corrección; mas somos atados cuando somos estrechados por el flagelo de la percusión. Atados, por tanto, 841 clamamos tanto más alto cuanto más verazmente confesamos nuestros pecados puestos en la percusión. Pues ante los oídos de Dios voz potente es la confesión devota.

Quia ergo simulatores quosque, etiam cum percussionis flagella corripiunt, ad confessionem simplicem non perducunt (cognosci enim peccatores refugiunt, quia sancti omnium opinione ferebantur), quamvis eos ad extremum jam flagella feriant, quamvis duci se ad aeterna supplicia non ignorent, tales tamen cupiunt apud humana judicia remanere, quales se studuerant semper ostendere. Deprehensi ergo etiam flagello percussionis extremae, quia confessionem puram vel afflicti exerere negligunt, quasi vincti clamare contemnunt. Bene ergo dicitur: Neque clamabunt cum vincti fuerint.

61. Hypocritae sanctos se, non quia sunt, sed quia dicuntur, existimant. Vana spe delusi, ad confessionis remedium etiam in extremis non confugiunt. Ab homine longe saepe distat ejus cor.---Quamvis intelligi etiter potest. Omnis enim qui, cum iniquus sit, dici sanctus ab hominibus non pertimescit, etsi iniquum se tacita cogitatione reprehendit, tamen dum saepius sanctum audire se coeperit, hoc quod de se intrinsecus tenebat amittit. Cor quippe exterius fundit, et quia libenter foris falsum de se testimonium recipit, qualem se intus habeat non requirit. Unde fit ut vacuae laudis fomenta etiam cum defuerint quaerat, et oblitus quod est appetat videri quod non est. Igitur qui tales sunt, dum justos se ante humana judicia simulant, dum actiones suas laudibus dignas intuentium oculis ostentant, occulta cum eis justitia agitur, ut quo nituntur foris alios fallere, eo de se intus etiam ipsi fallantur. Nam omnem circa se sollicitae investigationis oculum perdunt. Vitam enim suam et discutere et perscrutari dissimulant, sed tales se quales audiunt putant, sanctosque se esse, non quia ita vivunt, sed quia ita dicuntur, existimant. Subtile autem Dei judicium, seque ipsos intueri negligunt, quia fidem sui meriti in attestatione ponunt oris alieni. Cum vero subita percussione feriuntur, iniquos se vel veraciter fateri, vel sicut sunt, deprehendere omnino non possunt, quia videlicet sanctos se humana professione crediderunt. Bene ergo dicitur: Neque clamabunt cum vincti fuerint. Spe enim vacua tales se ante supernum judicem venire confidunt, quales se hominibus innotuisse cognoscunt; seque ipsos miseri nec inter tormenta deprehendunt, et dum testimonium falsae laudis aspiciunt, remedium verae confessionis amittunt.

Porque, por tanto, a todos los simuladores, incluso cuando los flagelos de la percusión los corrigen, no los conducen a una confesión simple (pues rehúyen ser conocidos como pecadores, porque eran tenidos como santos en la opinión de todos), aunque ya al final los flagelos los golpeen, aunque no ignoren que son llevados a los suplicios eternos, tales desean sin embargo permanecer ante los juicios humanos cuales se habían esmerado siempre en ostentarse. Sorprendidos, pues, incluso por el flagelo de la percusión extrema, porque descuidan proferir una confesión pura incluso afligidos, como atados desprecian clamar. Bien, pues, se dice: Ni clamarán cuando fueren atados.

61. Los hipócritas se consideran santos no porque lo sean, sino porque se les llama así. Engañados por vana esperanza, no se refugian en el remedio de la confesión ni siquiera en lo último. Del hombre lejos a menudo dista su corazón.---Aunque puede entenderse también de otro modo. Pues todo el que, siendo inicuo, no teme ser llamado santo por los hombres, aunque se reprenda como inicuo en el pensamiento tácito, sin embargo, en cuanto empezara a oírse llamar santo más a menudo, pierde esto que de sí mismo tenía intrínsecamente. Pues derrama el corazón hacia fuera, y porque recibe de buen grado fuera el falso testimonio sobre sí, no requiere cuál se tenga por dentro. De donde resulta que busque los fomentos de la alabanza vacía incluso cuando falten, y olvidado de lo que es, apetezca parecer lo que no es. Por tanto, quienes son tales, mientras simulan ser justos ante los juicios humanos, mientras ostentan ante los ojos de los que miran sus acciones dignas de alabanzas, se trata con ellos una justicia oculta, para que en aquello en que se esmeran en engañar a otros fuera, por eso mismo sean engañados ellos también sobre sí por dentro. Pues pierden todo ojo de solicita investigación sobre sí mismos. Pues disimulan tanto el discutir como el escrutar su vida, sino que se creen tales cuales se oyen llamar, y consideran que son santos no porque así vivan, sino porque así se les llama. Mas descuidan contemplar el sutil juicio de Dios y a sí mismos, porque ponen la fe de su mérito en la atestación de la boca ajena. Mas cuando son heridos por una súbita percusión, de ningún modo pueden o confesar verazmente que son inicuos, o detectarse tales cuales son, porque a saber se creyeron santos por la profesión humana. Bien, pues, se dice: Ni clamarán cuando fueren atados. Pues por vana esperanza confían presentarse ante el Juez supremo tales cuales conocen haber llegado a ser conocidos por los hombres; y los míseros no se detectan ni entre los tormentos, y mientras miran el testimonio de la falsa alabanza, pierden el remedio de la confesión verdadera.

Etiam vincti ducuntur, et non clamant, quia, humanae laudis importunitate superati, sanctos se miseri et cum in peccatis moriuntur putant. Quibus bene per prophetam dicitur: Redite, praevaricatores, ad cor (Isai. XLVI, 8). Si enim ad cor redirent, per exterioris attestationis se verba non funderent. Nam quid vicinius nobis est corde nostro? quid vicinius nobis est ea re quae intra nos est? Et tamen cum per pravas cogitationes spargitur, a nobis cor nostrum longius evagatur. Longe ergo prophetas praevaricatorem mittit, cum eum ad cor suum redire compellit, quia quo se exterius fudit, eo ad se unde possit redire vix invenit. Quia vero simulatorum mens pro eo quod ab una aeternitatis intentione dividitur, cogitationum multiplicium inundatione vastatur, recte subjungitur:

CAPUT XXXIV.

VERS. 14.---Morietur in tempestate anima eorum.

62. Tempestate subita hypocritae moriuntur. Quasi tranquille namque videbantur vivere, cum de sanctitatis curarent laude gaudere. Sed tempestate subita eorum anima moritur, quae humanae laudis pessima tranquillitate laetabatur. Plerumque subito inopinata tempestas omne quod aer serenum blanditur immutat; et eo periculum vitari non potest, quo nec potuit praevideri. Unde simulatores, qui vitae suae custodiam negligunt, in tempestate mori referuntur. Hinc quippe eos turbo subitus internae percussionis ejicit, quos arrogantia externi favoris extollit; et dum amplectuntur in laude quod non sunt, repente inveniunt in ultione quod sunt. Bene autem per Salomonem dicitur: Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis (Prov. XXVII, 21). Laus quippe sua justos cruciat, iniquos exaltat. Sed justos dum cruciat purgat, iniquos dum laetificat reprobos monstrat. Isti enim sua laude pascuntur, quia auctoris sui gloriam non requirunt. Illi autem qui auctoris gloriam quaerunt, sua laude cruciantur, ne non sit intus quod foris dicitur, ne, si est etiam quod dicitur, ante Dei oculos ipsis favoribus vacuetur: ne humana laus robur mentis emolliat, eamque in sui delectatione prosternat; et quae adjumentum debet esse augendi operis, jam retributio sit laboris. Cum vero sua praeconia in Dei laudem tendere sentiunt, ea etiam desiderabiliter amplectuntur. Scriptum namque est: Videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est (Matth. V, 16).

Incluso atados son llevados, y no claman, porque, superados por la importunidad de la alabanza humana, los míseros se creen santos incluso cuando mueren en sus pecados. A los cuales bien se dice por el profeta: Volved, prevaricadores, al corazón (Is. 46, 8). Pues si volvieran al corazón, no se derramarían por las palabras de la atestación exterior. Pues ¿qué hay más cercano a nosotros que nuestro corazón?, ¿qué hay más cercano a nosotros que aquello que está dentro de nosotros? Y sin embargo, cuando se dispersa por pensamientos depravados, nuestro corazón vaga lejos de nosotros. Lejos, pues, envía el profeta al prevaricador cuando le compele a volver a su corazón, porque en la medida en que se derramó hacia fuera, apenas encuentra por dónde pueda volver a sí mismo. Mas porque la mente de los simuladores, por cuanto se divide de la única intención de la eternidad, es devastada por una inundación de pensamientos múltiples, rectamente se añade:

CAPÍTULO XXXIV.

VERSÍCULO 14.---Su alma morirá en una tormenta.

62. Los hipócritas mueren en una tormenta súbita. Pues parecían vivir como en tranquilidad, cuando se cuidaban de gozarse en la alabanza de la santidad. Pero en una tormenta súbita muere su alma, la cual se alegraba en la pésima tranquilidad de la alabanza humana. A menudo, una tormenta inesperada cambia de repente todo lo que el aire sereno halaga; y por eso el peligro no puede evitarse, porque ni siquiera pudo preverse. Por lo cual los simuladores, que descuidan la custodia de su propia vida, se dice que mueren en una tormenta. De aquí, pues, los expulsa un torbellino súbito de percusión interna, a quienes la arrogancia del favor externo ensalza; y mientras abrazan en la alabanza lo que no son, de repente encuentran en la venganza lo que son. Pues bien se dice por Salomón: Como se prueba en el crisol la plata, y en el horno el oro, así se prueba el hombre por la boca del que lo alaba (Prov. 27, 21). Pues su propia alabanza atormenta a los justos, y ensalza a los inicuos. Pero a los justos, mientras los atormenta, los purga; a los inicuos, mientras los alegra, los muestra como réprobos. Pues estos se alimentan de su propia alabanza, porque no buscan la gloria de su Autor. Pero aquellos que buscan la gloria del Autor, son atormentados por su propia alabanza, no sea que no esté dentro lo que se dice fuera; no sea que, si está incluso lo que se dice, sea vaciado ante los ojos de Dios por los mismos favores: no sea que la alabanza humana ablande el vigor de la mente, y la prostre en el deleite de sí misma; y lo que debe ser ayuda para aumentar la obra, sea ya retribución del trabajo. Mas cuando sienten que sus propios pregones tienden a la alabanza de Dios, también los abrazan con deseo. Pues escrito está: Vean vuestras obras buenas, y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos (Mt. 5, 16).

Viam se ergo hominibus faciunt, quoties in se aliquid quo Deus cognoscatur ostendunt, quia non student in se humanam laudem figere, sed quaerunt eam per se medios ad auctoris gloriam pertransire. Arrogantes autem humanis laudibus mollia corda prostituunt, quia suis amoribus corrumpuntur. De quibus alias dicitur: Erunt homines seipsos amantes (II Tim. III, 2). Apte vero hic de hac eorum corruptione subjungitur:

CAPUT XXXV.

IBID.---Et vita eorum inter effeminatos.

63. Effeminati sunt qui laudibus humanis corrumpuntur. Si enim viriliter viverent, laus transitoria nulla eos corruptione vitiaret. Unde electis Propheta persuadet, dicens: Viriliter agite, et confortetur cor vestrum (Psal. XXX, 25). Dicens enim Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, illico subdidit, quasi sexum cordis munire curavit. Luxuriosi quippe mens corrumpitur, si rebus transitoriis delectatur. Igitur simulatorum vita inter effeminatos moritur, quia laudis luxuria corrupta reperitur. Translatione vero alia non habetur: Vita eorum inter effeminatos, sed, Vita eorum vulneretur ab angelis. Utramque tamen etsi sermone discrepat, ratione concordat, quia effeminatorum vitam angeli vulnerant, dum nuntii veritatis eam jaculis sanctae praedicationis impugnant. Quia igitur de damnatione reproborum quid agatur audivimus, de ereptione humilium quid sequatur audiamus:

VERS. 15.---Eripiet pauperem de angustia sua.

64. Humiles, cum moriuntur, de angustia liberantur. Pauper de angustia sua eripitur cum unusquisque humilis de hac peregrinationis suae afflictione liberatur. Nam et assiduis hic tribulationis premitur, ut ad requirendum verae consolationis gaudium provocetur. Unde et sequitur: IBID.---Et revelabit in tribulatione aurem ejus.

Aurem in tribulatione revelare est auditum cordis verberum plagis aperire. Cum enim praecepta despicimus, pia districtione nobiscum agitur, ut flagella timeamus. Aurem itaque cordis tribulatio aperit, quam saepe hujus mundi prosperitas claudit. Per Salomonem namque dicitur: Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos (Prov. I, 32). Sequitur:

Caput XXXVI

[Rec. XXIV].

Se hacen, pues, un camino para los hombres, cada vez que muestran en sí mismos algo por lo que Dios sea conocido, porque no procuran fijar en sí mismos la alabanza humana, sino que buscan que esta pase por medio de ellos a la gloria del Autor. Mas los arrogantes prostituyen sus blandos corazones a las alabanzas humanas, porque son corrompidos por sus propios amores. De los cuales se dice en otra parte: Serán los hombres amadores de sí mismos (2 Tim. 3, 2). Y aptamente se añade aquí sobre esta corrupción de ellos:

CAPÍTULO XXXV.

IBID.---Y su vida entre los afeminados.

63. Los afeminados son los que son corrompidos por las alabanzas humanas. Pues si vivieran varonilmente, ninguna alabanza transitoria los viciaría con corrupción alguna. Por lo cual el Profeta persuade a los electos, diciendo: Ohrad varonilmente, y confórtese vuestro corazón (Sal. 30, 25). Pues al decir Ohrad varonilmente, y confórtese vuestro corazón, al punto añadió esto, como si se cuidara de proteger el sexo del corazón. Pues la mente de un lujurioso se corrompe, si se deleita en las cosas transitorias. Por tanto, la vida de los simuladores muere entre los afeminados, porque se encuentra corrompida por la lujuria de la alabanza. Mas en otra traducción no se tiene: Su vida entre los afeminados, sino: Su vida sea herida por los ángeles. Sin embargo, ambas, aunque discrepan en la palabra, concuerdan en la razón, porque los ángeles hieren la vida de los afeminados, mientras los mensajeros de la verdad la impugnan con los dardos de la santa predicación. Puesto que, pues, hemos oído qué se hace respecto a la condenación de los réprobos, oigamos qué sigue sobre la liberación de los humildes:

VERSÍCULO 15.---Librará al pobre de su angustia.

64. Los humildes, cuando mueren, son librados de la angustia. El pobre es librado de su angustia cuando cada uno de los humildes es liberado de esta aflicción de su peregrinación. Pues también es oprimido aquí por asiduas tribulaciones, para que sea provocado a buscar el gozo de la verdadera consolación. De donde también sigue:
IBID.---Y revelará en la tribulación su oído.

Revelar el oído en la tribulación es abrir el oído del corazón por las llagas de los azotes. Pues cuando despreciamos los preceptos, se actúa con nosotros con piadosa severidad, para que temamos los azotes. Así pues, la tribulación abre el oído del corazón, el cual a menudo cierra la prosperidad de este mundo. Pues por Salomón se dice: El apartamiento de los pequeñuelos los matará, y la prosperidad de los necios los perderá (Prov. 1, 32). Sigue:

Capítulo XXXVI

[Rec. XXIV].

VERS. 16.---Igitur salvabit te de ore angusto latissime.

65. Peccati consuetudo puteus arctissimus, ex quo sola gratia nos potest educere. Omnis qui vitae viam deserens in peccatorum se tenebras dejicit, semetipsum quasi in puteum vel foveam mergit. Si vero diutina perpetratione etiam consuetudine iniquitatis opprimitur ne ad superiora jam possit exsurgere, quasi angusto ore putei coarctatur. Unde David propheta sub specie peccantium exorat, dicens: Non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum (Psal. LXVIII, 16). Quem enim mali operis iniquitas a bona stabilitate commovit, quasi tempestas aquae rapuit; sed si adhuc longa consuetudine non praevaluit, non demersit. Jam in puteum cecidit qui hoc quod divina lex prohibet perpetravit. Sed si adhuc longa consuetudo non deprimit, nequaquam os suum puteus coangustavit. Tanto erga facilius egreditur, quanto minori consuetudine coarctatur. Unde Jeremias propheta, dum Judaeam iniquitatibus longa consuetudine obrutam fuisse conspiceret, in lamentis suis sub ejus specie semetipsum deplorat, dicens: Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me (Thren. III, 53). In lacum quippe vita labitur cum labe iniquitatis inquinatur. Lapis vero superponitur cum etiam dura consuetudine mens in peccato devoratur, ut etsi velit exsurgere, jam utcumque non possit, quia moles desuper malae consuetudinis premit. Sed quia divinae potentiae subjacet, et post angustiam pravae consuetudinis ad bonae actionis amplitudinem revocatur, idcirco dicitur: Salvabit te de ore angusto latissime. Latissime quippe de ore angusto salvatur, qui et post iniquitatis jugum ad libertatem boni operis poenitendo reducitur.

66. Quanta angustia est ab opprimente mala consuetudine exsurgere velle nec posse. Quaedam namque quasi conclusi oris angustia est ab opprimente mala consuetudine exsurgere velle, nec posse; jam quidem desiderio ad superna tendere, sed adhuc actu in infimis remanere; praeire corde, nec tamen sequi opere, atque in semetipso contradictionem perpeti semetipsum. Cum vero ita tendens anima manu gratiae exaltantis adjuvatur, ab angusto ore ad latitudinem pervenit, quia, victis difficultatibus, opera bona perficit quae concupiscit.

VERSÍCULO 16.---Por tanto, te salvará de la boca estrecha muy anchamente.

65. La costumbre del pecado es un pozo estrechísimo, del cual sola la gracia nos puede sacar. Todo el que, desertando del camino de la vida, se arroja a las tinieblas de los pecados, se sumerge a sí mismo como en un pozo o en una fosa. Pero si por una perpetración duradera es también oprimido por la costumbre de la iniquidad, de modo que ya no pueda levantarse a las cosas superiores, es como estrechado por la boca angosta del pozo. Por lo cual el profeta David ora bajo la especie de los pecadores, diciendo: No me sumerja la tempestad del agua, ni me absorba lo profundo, ni estreche sobre mí el pozo su boca (Sal. 68, 16). Pues a quien la iniquidad de la mala obra ha movido de la buena estabilidad, como una tempestad de agua lo ha arrebatado; pero si aún no ha prevalecido por la larga costumbre, no lo ha sumergido. Ya ha caído en el pozo quien ha perpetrado lo que la ley divina prohíbe. Pero si la larga costumbre aún no lo deprime, de ningún modo el pozo ha estrechado su boca. Por tanto, sale tanto más fácilmente cuanto por menor costumbre es estrechado. De donde el profeta Jeremías, mientras contemplaba que Judea había sido abrumada por las iniquidades por larga costumbre, se deplora a sí mismo bajo su especie en sus lamentos, diciendo: Ha caído en el lago mi vida, y han puesto una piedra sobre mí (Lam. 3, 53). Pues la vida cae en el lago cuando se mancha con la mancha de la iniquidad. Mas la piedra se superpone cuando también por dura costumbre la mente es devorada en el pecado, de modo que aunque quiera levantarse, ya de algún modo no pueda, porque la mole de la mala costumbre oprime desde arriba. Pero porque está sujeta a la potencia divina, y después de la estrechez de la perversa costumbre es revocada a la amplitud de la buena acción, por eso se dice: Te salvará de la boca estrecha muy anchamente. Pues muy anchamente es salvado de la boca estrecha quien, incluso después del yugo de la iniquidad, es reducido a la libertad de la buena obra por la penitencia.

66. Cuánta angustia es querer levantarse de la opresora mala costumbre y no poder. Pues hay como una cierta angustia de la boca cerrada, el querer levantarse de la opresora mala costumbre y no poder; tender ya ciertamente por el deseo a las cosas supremas, pero aún permanecer en las ínfimas por el acto; preceder con el corazón, y sin embargo no seguir con la obra, y padecer en sí mismo una contradicción de sí mismo. Mas cuando el alma que así tiende es ayudada por la mano de la gracia que la exalta, llega de la boca angosta a la latitud, porque, vencidas las dificultades, perfecciona las obras buenas que desea.

David propheta conclusionem angusti oris conspexerat, cum dicebat: Salvam fecisti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manus inimici (Psal. XXX, 9). Latissime autem salvatum se noverat, cum subderet, dicens: Statuisti in loco spatioso pedes meos (Ibid.). In spatioso quippe loco pedes stabiliti sunt, quando et ad congruentia bona tendimus, et nulla difficultate praepedimur. Quasi enim per latum locum quo volumus pergimus, quia nullis objectis difficultatibus angustamur.

67. In hunc puteum cecidisse Job immerito creditus. Sed haec Eliu recte diceret, si beato Job ejus sententia conveniret. Pro culpa enim flagellatum credidit, et idcirco eum in os angustum cecidisse judicavit. Quo enim validioribus vidit eum plagis affici, eo deterioribus credidit iniquitatibus praegravari, profecto nesciens quod flagella ejus augmentum essent meriti, non poena peccati. Cum vero eum in os angustum cecidisse fateatur, ad huc quasi latius exsequitur in quanta Job profunditate teneatur dicens:

Caput XXXVII

[Vet. XXXII].

IBID.---Et non habente fundamentum subter se.

68. Quem includit puteus arctus malae consuetudinis, infernus absorbet, et desperationis abyssus. Omne peccatum fundamentum non habet, quia non ex propria natura subsistit. Malum quippe sine substantia est. Quod tamen, utcunque sit, in boni natura coalescit. Igitur os angustum nullum subter se dicitur habere fundamentum, quia peccati inquinatio subsistendi jus non habet proprium. Quia vero a fundo dicitur fundamentum, possumus etiam fundamentum pro fundo positum non inconvenienter accipere, sicut auditus ab aure dicitur, et tamen plerumque ipsa auris auditus nomine designatur. Cum ergo diceret os angustum, explere profundi voraginem volens, subdidit: Et non habente fundamentum subter se. Quem enim rapit iniquitas, infernus absorbet. Internus vero recte fundum non habere creditur, quia quisquis ab illo rapitur, in immenso profundo devoratur. Immensam namque ejus explere latitudinem volens propheta, ait: Dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino (Isai. V, 14).

El profeta David había contemplado la cerrazón de la boca estrecha, cuando decía: Salvaste mi alma de las necesidades, y no me encerraste en manos del enemigo (Sal. 30, 9). Y sabía que había sido salvado muy anchamente, cuando añadía, diciendo: Pusiste mis pies en lugar espacioso (Ibíd.). Pues en lugar espacioso los pies están estabilizados, cuando tanto tendemos a los bienes congruentes, como no somos impedidos por ninguna dificultad. Pues como por un lugar ancho caminamos a donde queremos, porque no somos estrechados por ninguna dificultad interpuesta.

67. Se creyó que Job había caído en este pozo inmerecidamente. Pero Eliú diría estas cosas rectamente, si su sentencia conviniera al bienaventurado Job. Pues creyó que había sido azotado por una culpa, y por eso juzgó que él había caído en la boca angosta. Pues por cuanto más válidas llagas lo veía ser afligido, por tanto peores iniquidades creía que estaba agravado, ignorando ciertamente que sus azotes eran aumento de mérito, no pena de pecado. Mas cuando confiesa que él ha caído en la boca angosta, todavía prosigue como más anchamente en cuánta profundidad sea tenido Job, diciendo:

Capítulo XXXVII

[Vet. XXXII].

IBID.---Y no teniendo fundamento debajo de sí.

68. A quien incluye el pozo estrecho de la mala costumbre, el infierno lo absorbe, y el abismo de la desesperación. Todo pecado no tiene fundamento, porque no subsiste por propia naturaleza. Pues el mal es sin substancia. El cual, sin embargo, como quiera que sea, se une en la naturaleza del bien. Por tanto, la boca angosta se dice no tener ningún fundamento debajo de sí, porque la mancha del pecado no tiene derecho propio de subsistir. Mas porque el fundamento se dice por el fondo, podemos también tomar no inconvenientemente el fundamento por el fondo, así como el oído se dice por la oreja, y sin embargo frecuentemente la oreja misma es designada con el nombre de oído. Cuando, pues, decía boca angosta, queriendo llenar la vorágine de lo profundo, añadió: Y no teniendo fundamento debajo de sí. Pues a quien arrebata la iniquidad, el infierno lo absorbe. Mas el infierno rectamente se cree no tener fondo, porque cualquiera que por él es arrebatado, es devorado en un inmenso profundo. Pues el profeta, queriendo expresar su inmensa latitud, dice: Dilató el infierno su alma, y abrió su boca sin término alguno (Is. 5, 14).

Sicut ergo sine termino dilatatus dicitur qui ad se plurimos trahit, ita sine fundo altus non incongrue creditur, quia eos quos in se suscipit, quasi in quadam abysso suae immensitatis absorbet. Itaque cum diceret: Salvabit te de ore angusto latissime, apte subjunxit: Et non habente fundamentum subter se. Ac si diceret: De ore angusto salvabit quod sub se fundum non habet, quia enim per peccatum tenditur ad infernum, quem a peccato salvat, de ore angusto liberat. Quem vero de ore angusto eripit, ab inferni profundo subducit.

69. Quamvis etiam aliter intelligi potest.

Nam sicut qui in puteum mergitur putei profundo retinetur, ita corruens quasi in quodam fundi loco consisteret anima, si semel lapsa in aliqua se peccati mensura retineret. Sed cum peccato in quod labitur non potest esse contenta, dum quotidie ad deteriora dejicitur, quasi in puteo quo cecidit fundum non invenit quo figatur. Esset enim fundus putei, si fuisset mensura peccati; unde bene alias dicitur: Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit (Prov. XVIII, 3). Redire namque dissimulat, quia misereri sibi posse desperat. Sed cum desperando amplius peccat, quasi puteo suo fundum subtrahit, ne ubi retineri possit inveniat. Sequitur:

CAPUT XXXVIII.

IBID.---Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine.

70. Quem eripit gratia, internae satietatis delectatione replet. Requies mensae est refectio satietatis internae; quae pinguedine plena dicitur, quia in aeternae voluptatis delectatione praeparatur. Hujus mensae epulas esuriebat Propheta, cum diceret: Satiabor dum manifestabitur gloria tua (Psal. XVI, 15). Hujus mensae pocula sitiebat, dicens: Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, et apparebo ante faciem Dei (Psal. XLII, 3)? Eliu itaque in beato Job temporalia verbera aeternorum volens retributione consolari, quod jure ei debebatur ex meritis, ex semetipso quasi gratuito promittit, dicens: Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine. Sequitur:

Caput XXXIX

[Rec. XXV].

VERS. 17.---Causa tua quasi impii judicata est, causam judiciumque recipies.

Así como, pues, se dice dilatado sin término el que atrae hacia sí a muchísimos, así se cree no incongruentemente alto sin fondo, porque a los que recibe en sí, los absorbe como en un cierto abismo de su inmensidad. Así pues, cuando decía: Te salvará de la boca estrecha muy anchamente, aptamente añadió: Y no teniendo fundamento debajo de sí. Como si dijera: De la boca angosta salvará, la cual debajo de sí no tiene fondo, pues porque por el pecado se tiende al infierno, a quien salva del pecado, lo libera de la boca angosta. Mas a quien arrebata de la boca angosta, lo retira del profundo del infierno.

69. Aunque también puede entenderse de otro modo.

Pues así como quien se sumerge en un pozo es retenido por lo profundo del pozo, así el alma que cae consistiría como en un cierto lugar del fondo, si una vez caída se retuviera en alguna medida de pecado. Pero como no puede estar contenta con el pecado en el que cae, mientras diariamente es arrojada a cosas peores, como en el pozo en que cayó no encuentra fondo donde fijarse. Pues habría fondo del pozo, si hubiera habido medida del pecado; de donde bien se dice en otra parte: El pecador cuando viniere al profundo de los males, desprecia (Prov. 18, 3). Pues disimula el volver, porque desespera de poder tener misericordia de sí mismo. Pero cuando por desesperar peca más, como que sustrae el fondo a su pozo, para no encontrar donde pueda ser retenido. Sigue:

CAPÍTULO XXXVIII.

IBID.---Mas el descanso de tu mesa estará lleno de gordura.

70. A quien la gracia arrebata, lo colma con el deleite de la saciedad interna. El descanso de la mesa es la refección de la saciedad interna; la cual se dice llena de gordura, porque se prepara en el deleite de la eterna voluptuosidad. Las viandas de esta mesa hambreaba el Profeta, cuando decía: Seré saciado cuando se manifieste tu gloria (Sal. 16, 15). Los cálices de esta mesa sedienta, diciendo: Mi alma tuvo sed de Dios vivo; ¿cuándo vendré, y apareceré ante la faz de Dios (Sal. 41, 3)? Eliú, pues, queriendo consolar los azotes temporales en el bienaventurado Job con la retribución de los bienes eternos, promete como gratuitamente de sí mismo lo que por derecho se le debía por sus méritos, diciendo: Mas el descanso de tu mesa estará lleno de gordura. Sigue:

Capítulo XXXIX

[Rec. XXV].

VERSÍCULO 17.---Tu causa ha sido juzgada como la del impío, recibirás la causa y el juicio.

71. Flagellantur justi, ut ad majorem vigilantiam orudiantur. Bonorum causa justitia est. Quorum causa quasi impii judicatur, quia eorum hic justitia paterno flagello fatigatur, ut ad ampliorem vigilantiam non solum praeceptione mandatorum, sed etiam verberum percussione doceantur. Sed causam judiciumque recipiunt, quia ex ea justitia qua modo vivunt tunc in culmine judiciariae potestatis enitescunt, ut tanto tunc potentius cuncta judicent, quanto nunc in eis subtilius cuncta judicantur. Haec Eliu quasi nova spondendo intulit, quae beatus Job semper credendo stabiliter tenuit. Habent profecto haec propria omnes arrogantes, ut et malum mentientes exaggerent, et si quod forsitan bonum dicunt, hoc velut incognitum proferant. Unde fit ut etiam doctiores se docere audeant, quia videlicet se scire talia solos putant. Cum vero ad aliqua consolationis verba descendunt, statim viluisse se aestimant, et per increpationis tumidae asperitatem quasi quoddam sibi ingenium reformant, ut qui condescendisse blandientes testes visi sunt, exorta subito increpatione timeantur. Unde et mox Eliu subdidit, dicens:

Caput XL.

[Rec. XXVI].

VERS. 18-21.---Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas; nec multitudo locorum inclinet te. Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis. Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim coepisti sequi post miseriam.

72. Superbi quidquid ab aliis recte fit, carpunt. In plerisque Codicibus, donorum; in paucis vero, sed antiquioribus, locorum invenimus. Sed quia expositione non indiget si dicatur: Nec multitudo donorum inclinet te, hoc magis exponi placuit quod cum difficultate aliquantula videtur aperiri. Haec autem quantae elationis verba sint, ipse qui ea formavit tumor ostendit. Sed quia Eliu arrogantium et beatum Job tenere typum diximus electorum, si ea subtilius discernimus, etiam nunc intra Ecclesiam quomodo arrogantibus congruant demonstramus.

71. Los justos son azotados, para que sean instruidos para una mayor vigilancia. La causa de los buenos es la justicia. Cuya causa es juzgada como la del impío, porque su justicia es aquí fatigada por el azote paterno, para que sean enseñados para una más amplia vigilancia no solo por el precepto de los mandatos, sino también por la percusión de los azotes. Mas reciben la causa y el juicio, porque de aquella justicia con que ahora viven, entonces resplandecen en la cumbre de la potestad judicial, para que tanto más poderosamente juzguen entonces todas las cosas, cuanto ahora más sutilmente son juzgadas en ellos todas las cosas. Eliú introdujo estas cosas prometiéndolas como nuevas, las cuales el bienaventurado Job siempre mantuvo establemente por el creer. Tienen ciertamente estas cosas propias todos los arrogantes, de modo que tanto exageran el mal mintiendo, como si acaso dicen algo bueno, lo proponen como algo incógnito. De donde resulta que incluso se atreven a enseñar a otros más doctos que ellos, porque a saber se piensan que ellos solos saben tales cosas. Mas cuando descienden a algunas palabras de consolación, al punto estiman que se han envilecido, y por la aspereza de una hinchada increpación como que reforman para sí una cierta índole, para que quienes parecieron haber condescendido como testigos halagadores, sean temidos por una increpación surgida de repente. De donde también pronto añadió Eliú, diciendo:

Capítulo XL.

[Rec. XXVI].

VERSÍCULOS 18-21.---No te venza, pues, la ira, para que oprimas a alguno; ni la multitud de los lugares te incline. Depón tu grandeza sin tribulación, y a todos los robustos en fortaleza. No prolongues la noche, para que suban los pueblos por ellos. Guárdate de declinar a la iniquidad; pues esta has comenzado a seguir después de la miseria.

72. Los soberbios critican todo lo que otros hacen rectamente. En la mayoría de los códices encontramos "de los dones" (donorum); pero en pocos, aunque más antiguos, encontramos "de los lugares" (locorum). Pero porque no necesita exposición si se dice: "Ni la multitud de los dones te incline", ha parecido bien exponer más bien esto que parece abrirse con alguna pequeña dificultad. Mas de cuánta elación sean estas palabras, la misma hinchazón de quien las formó lo muestra. Pero porque hemos dicho que Eliú mantiene el tipo de los arrogantes y el bienaventurado Job el de los electos, si los discernimos más sutilmente, mostramos incluso ahora dentro de la Iglesia cómo convienen a los arrogantes.

Sancti viri aliena opera etiam parva mirantur, sua vero etiam magna despiciunt. At contra, arroganties aliena etiam magna despiciunt, sua vel quae parva sunt admirantur; et plerumque de suis malis bona aestimant, de alienis autem bonis mala sentire non cessant. Nam dum propriam gloriam quaerunt, perniciose student ut quidquid virtutis ab aliis agitur iniquitatis nota laceretur, et bonae pondus actionis vertunt in maculam criminis. Saepe enim cum vident ab Ecclesia districte pravos corrigi, quasi queruntur injuste innocentes affligi, et nitorem disciplinae ejus commutant appellatione nequitiae. Unde Eliu figuram arrogantium servans, beatum Job quasi admonens, ait: Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas. Arrogantes enim irae motum deputant, quidquid a sancta Ecclesia geritur censura disciplinae. Et quia humanae laudis appetitu benigni student semper apparere, nullos censent districtione severitatis corrigendos. Unde et a bonis rectoribus, sicut superius dictum est, opprimi aestimant quos invitos cernunt a vitiis coerceri.

73. Ecclesiae in cunctis mundi partibus potentia temporalis. Hanc immerito Ecclesiae hostes ei exprobrant. Etsi quidam intra ejus sinum sint qui de ipsius gloria superbiant. Auctore autem Domino, quia in cunctis mundi partibus sancta Ecclesia culmine religionis excrevit, hanc ipsam temporalem potentiam, qua quidem bene utitur, obtrectando in vitium elationis inflectunt. [Rec. XXVII.] Unde Eliu subjungit, dicens: Nec multitudo locorum inclinet te. Ac si eidem sanctae Ecclesiae humilitatem magis in prosperis conservanti arrogantium voce dicatur: Quia ubique fidei reverentia coleris, cave ne ejusdem reverentiae fascibus extollaris. Quosdam quippe conspiciunt qui sub religionis obtentu vitio elationis intumescunt, et quod in quibusdam jure reprehendunt, hoc injuste ad crimen omnium pertrahunt: nequaquam videlicet perpendentes quod sint in ea qui et despicientes noverint perfecte temporalia regere, et amantes aeterna plenis desideriis exspectare; et dispensationem potestatis acceptae peragere, et humilitatis insitae ministerium custodire, ut nec humilitatis causa curam suscepti regiminis negligant, nec rursum occasione regiminis in eis humilitas intumescat.

Los varones santos admiran las obras ajenas incluso pequeñas, pero las suyas incluso grandes las desprecian. Mas por el contrario, los arrogantes desprecian incluso las obras grandes ajenas, y admiran las suyas aunque sean pequeñas; y frecuentemente de sus propios males estiman bienes, y de los bienes ajenos no cesan de sentir males. Pues mientras buscan su propia gloria, perniciosamente procuran que cualquier virtud que se haga por otros sea lacerada con nota de iniquidad, y vuelven el peso de la buena acción en mancha de crimen. Pues a menudo, cuando ven que los perversos son corregidos estrechamente por la Iglesia, como que se quejan de que los inocentes son afligidos injustamente, y mudan el esplendor de la disciplina de ella con la apelación de maldad. De donde Eliú, guardando la figura de los arrogantes, dice como amonestando al bienaventurado Job: No te venza, pues, la ira, para que oprimas a alguno. Pues los arrogantes imputan a movimiento de ira todo lo que se hace por la santa Iglesia con la censura de la disciplina. Y porque por el apetito de la alabanza humana procuran siempre parecer benignos, juzgan que nadie debe ser corregido con la estrechez de la severidad. De donde también estiman que son oprimidos por los buenos rectores, como arriba se dijo, aquellos a quienes ven ser coaccionados de los vicios contra su voluntad.

73. La potestad temporal de la Iglesia en todas las partes del mundo. Esta se la echan en cara inmerecidamente los enemigos de la Iglesia. Aunque hay algunos dentro de su seno que se ensoberbecen de su propia gloria. Mas por don del Autor, porque en todas las partes del mundo la santa Iglesia ha crecido en la cumbre de la religión, esta misma potestad temporal, de la cual ella ciertamente usa bien, ellos, detrayendo, la tuercen hacia el vicio de la elación. [Rec. XXVII.] De donde Eliú añade, diciendo: Ni la multitud de los lugares te incline. Como si a la misma santa Iglesia, que conserva más la humildad en las cosas prósperas, se le dijera por la voz de los arrogantes: Porque eres venerada en todas partes con la reverencia de la fe, guárdate de ser ensalzada por las dignidades (fasces) de esa misma reverencia. Pues contemplan a algunos que bajo el pretexto de la religión se hinchan con el vicio de la elación, y lo que rectamente reprenden en algunos, esto lo extienden injustamente al crimen de todos: de ningún modo, a saber, considerando que hay en ella quienes, sabiendo despreciar, saben perfectamente regir las cosas temporales, y amando las eternas las esperan con plenos deseos; y realizan la dispensación de la potestad recibida, y custodian el ministerio de la humildad innata, de modo que ni por causa de la humildad descuiden el cuidado del régimen asumido, ni de nuevo por ocasión del régimen la humildad se hinche en ellos.

Etsi quidam fortasse intra ipsam sunt qui non Dei sed suae gloriae sub religionis praetextu deserviunt, studet tamen eos, aut, si valet, districte corrigere, aut, si non valet, aequanimiter tolerare; et vel corrigendo illos quasi filios amplectitur, vel tolerando quasi ab hostibus exercetur. Scit namque quod per eorum superbiam laceretur vita justorum, scit quod in ejus crimen extenditur quidquid talium pravitate peccatur, sed notam alieni criminis sustinere tanto minus metuit quanto et caput suum talia tolerasse cognoscit. De illo quippe scriptum est: Et cum iniquis deputatus est (Marc. XV, 28). De illo rursum dicitur: Languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit (Isai. LIII, 4). Eant ergo arrogantes, et aestimatione pravorum vitam mordeant innocentum. Scit electorum Ecclesia et illorum facta, et horum verba tolerare, scit pravorum mentes tolerando convertere. Qui etsi converti nequiverint, eorum tamen ignominiam aequanimiter suffert. Perpendit quippe quia ad duplex ejus praemium proficit quod ex eorum meritis foris despicitur, quorum et intus vita laceratur.

74. Qui temporaliter extollitur, cadit. Notandum vero quod non ait: Nec multitudo locorum extollat te, sed ait: Nec multitudo locorum inclinet te. Omnis enim qui temporaliter extollitur eo ipso quo extollitur inclinatur, quia cum se exterius erigit, intus cadit. Eliu itaque casum cordis in elatione intuens, ait: Nec multitudo locorum inclinet te. Ac si voce arrogantium sanctae Ecclesiae diceretur: Cave ne, si universitatis veneratione extolleris, ab interna intentione curveris. Sequitur:

Caput XLI

[Rec. XXVIII].

VERS. 19.---Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine.

75. Apostolis et Ecclesiae fortibus ad praemia vocatis, Deus eorum vice debiles ad certamina roboravit. Quos alios sanctae Ecclesiae robustos accipimus, nisi eos qui ad vincenda mundi hujus desideria et coeptis sublimibus et consummatis profectibus convalescunt? Magnitudo itaque ejus in robustorum suorum vita consistit, quia tunc gloriosior redditur, cum pro defensione veritatis ad mortem usque ab electis illius constanti virtute certatur.

Aunque quizá haya algunos dentro de ella que no sirven a la gloria de Dios sino a la suya propia bajo el pretexto de la religión, ella sin embargo procura, o corregirlos estrechamente si puede, o, si no puede, tolerarlos con ecuanimidad; y o bien corrigiéndolos los abraza como a hijos, o bien tolerándolos es ejercitada como por enemigos. Pues sabe que por la soberbia de ellos es lacerada la vida de los justos, sabe que a su propio crimen se extiende cualquier pecado que se cometa por la depravación de tales, pero tanto menos teme sostener la nota del crimen ajeno, cuanto conoce que también su Cabeza toleró tales cosas. Pues de Él está escrito: Y fue contado con los inicuos (Mc. 15, 28). De Él de nuevo se dice: Él mismo llevó nuestras flaquezas, y Él mismo cargó con nuestros dolores (Is. 53, 4). Vayan, pues, los arrogantes, y con la estimación de los perversos muerdan la vida de los inocentes. La Iglesia de los electos sabe tolerar tanto los hechos de aquellos como las palabras de estos, sabe convertir las mentes de los perversos tolerando. Los cuales, aunque no puedan convertirse, ella sin embargo sufre su ignominia con ecuanimidad. Pues considera que aprovecha para su doble premio el que sea despreciada fuera por los méritos de aquellos cuya vida es también lacerada dentro.

74. El que es ensalzado temporalmente, cae. Pero debe notarse que no dice: "Ni la multitud de los lugares te ensalce", sino que dice: "Ni la multitud de los lugares te incline". Pues todo el que es ensalzado temporalmente, por eso mismo por lo que es ensalzado es inclinado, porque mientras se erige exteriormente, cae interiormente. Eliú, pues, contemplando la caída del corazón en la elación, dice: Ni la multitud de los lugares te incline. Como si por la voz de los arrogantes se dijera a la santa Iglesia: Guárdate no sea que, si eres ensalzada por la veneración de todo el mundo, te desvíes de la intención interna. Sigue:

Capítulo XLI

[Rec. XXVIII].

VERSÍCULO 19.---Depón tu grandeza sin tribulación, y a todos los robustos en fortaleza.

75. Llamados los Apóstoles y los fuertes de la Iglesia a sus premios, Dios en su lugar ha robustecido a los débiles para los combates. ¿A qué otros aceptamos como los robustos de la santa Iglesia, sino a aquellos que convalecen para vencer los deseos de este mundo tanto por comienzos sublimes como por progresos consumados? Por tanto, su grandeza consiste en la vida de sus robustos, porque entonces se vuelve más gloriosa, cuando por la defensa de la verdad se lucha hasta la muerte por los electos de ella con constante virtud.

Arrogantes igitur viri subductis de hoc mundo apostolis, subductis ad superna martyribus, quia fortasse doctiores valentioresque praepositos abunde deesse conspiciunt, quasi solos se remansisse intra Ecclesiam suspicantur. Unde dum se praeferunt, ei velut consulentes illudunt, dicentes: Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine. Ac si apertis exprobrationibus dicant: Nequaquam te magnitudinem habere confidas, quia subductis prioribus, patribus jam non habes de quorum vita glorieris. Dicunt haec profecto, nescientes quia omnipotens Deus Ecclesiam suam digna sine administratione non deserit. Nam cum fortes ad praemium vocat, eorum vice debiles ad certamina roborat; cum illos suscipiendo remunerat, istis laborum vires, quas remuneret, subministrat. De quibus eidem sanctae Ecclesiae dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram (Psal. XLIV, 17). In virtutem quippe antiquorum patrum, hi qui postmodum praelati sunt subrogantur, quia et cum annosa arbusta succiduntur, in eorum robur tenera virgulta succrescunt. Sed arrogantes viri convalescere non credunt quos infirmos aliquando noverunt; et permutatos venerari despiciunt, quos despicabiles fuisse meminerunt.

76. In Ecclesia justi multo pauciores quam iniqui. Superbi pastores quae patres eorum moriendo severunt, hoec exsultando metunt. Quia vero in ea justiores paucos, iniquos autem numerosiores aspiciunt, sicut et in tritura frugum major est multitudo palearum, etiam justorum vitam ex iniquorum aestimatione contemnunt. Vident profecto quod nonnulli rectores illius, temporali potestate subnixi, ejusdem potestatis elatione pascuntur. Vident quod religionis reverentiam, quam huic mundo patres moriendo servaverunt, hi exsultando in terrenis gaudiis metunt; et perpendunt quidem quia robusti sunt, sed non fortitudine. Nam dum temporali potestate fulciuntur, quasi quadam debilitate roborantur. Quanto enim exterius fortes sunt, tanto a cunctis fortitudinis viribus intus inanescunt. Et idcirco ab arrogantibus ei dicitur: Depone robustos fortitudine. Ac si aperte dicatur: Illi tibi veraciter robusti inhaeserant, qui in te hoc quod docendo locuti sunt, vivendo tenuerunt; nunc vero hi qui tibi praesident visione robusti sunt, non fortitudine, quia honorabiles quidem se ostentare non desinunt, sed tanto imbecilliores et contemptibiliores sunt, quanto honoris sui gloriam despici pro veritate pertimescunt. Quod arrogantes quidem de plerisque veraciter sentiunt, sed eo in elationis vitium corruunt, quo omnes quos praeesse conspiciunt tales arbitrantur.

Por tanto, los varones arrogantes, retirados de este mundo los apóstoles, retirados a las cosas supremas los mártires, porque ven que quizá faltan abundantemente prepósitos más doctos y valientes, sospechan que ellos solos han quedado dentro de la Iglesia. De donde, mientras se prefieren, se burlan de ella como aconsejándola, diciendo: Depón tu grandeza sin tribulación, y a todos los robustos en fortaleza. Como si dijeran con abiertas exprobraciones: De ningún modo confíes que tienes grandeza, porque retirados los primeros padres ya no tienes de cuya vida te gloríes. Dicen estas cosas ciertamente, ignorando que el Dios omnipotente no desampara a su Iglesia sin una digna administración. Pues cuando llama a los fuertes al premio, robustece en su lugar a los débiles para los combates; mientras remunera a aquellos recibiéndolos, suministra a estos las fuerzas de los trabajos, para remunerarlas. De los cuales se dice a la misma santa Iglesia: En lugar de tus padres, te han nacido hijos: los constituirás príncipes sobre toda la tierra (Sal. 44, 17). Pues en la virtud de los antiguos padres son subrogados estos que después han sido prelados, porque también cuando se cortan los arbustos añejos, crecen en su fortaleza tiernos vástagos. Pero los varones arrogantes no creen que convalecen aquellos a quienes en algún tiempo conocieron enfermos; y desprecian venerar a los mudados, a quienes recordaron haber sido despreciables.

76. En la Iglesia los justos son mucho más pocos que los inicuos. Los soberbios pastores ciegan exultando lo que sus padres sembraron muriendo. Pero porque en ella ven pocos justos, y en cambio más numerosos a los inicuos, así como en la trilla de los frutos es mayor la multitud de la paja, también desprecian la vida de los justos por la estimación de los inicuos. Ven ciertamente que algunos rectores de ella, apoyados en la potestad temporal, se alimentan de la elación de esa misma potestad. Ven que la reverencia de la religión, que los padres muriendo conservaron para este mundo, estos la ciegan exultando en los goces terrenales; y consideran ciertamente que son robustos, pero no por fortaleza. Pues mientras son sostenidos por la potestad temporal, son robustecidos como por una cierta debilidad. Pues por cuanto exteriormente son fuertes, por tanto interiormente se vacían de todas las fuerzas de la fortaleza. Y por eso por los arrogantes se le dice: Depón a los robustos en fortaleza. Como si abiertamente se dijera: Aquellos verazmente robustos se te habían adherido, los cuales en ti mantuvieron viviendo lo que hablando enseñaron; mas ahora estos que te presiden son robustos en la visión, no en la fortaleza, porque ciertamente no cesan de mostrarse honorables, pero son tanto más imbéciles y más despreciables, cuanto más temen que la gloria de su propio honor sea despreciada por la verdad. Lo cual los arrogantes ciertamente lo sienten verazmente de muchísimos, pero en ello caen en el vicio de la elación, en que juzgan tales a todos los que ven presidir.

Neque enim debet plurimorum malum tendere in aestimationem cunctorum, quia etsi iniqui sunt quos cognoscentes dijudicant, nonnulli tamen sancti sunt quos ignorant. Triturae quippe tempus est, et adhuc grana sub paleis latent. Nullus ergo ex area fructus exspectabitur, si hoc solum in ea esse creditur, quod superficie tenus videtur. Igitur quia quos cernunt, despiciunt, et in antiquorum patrum ordinibus hos quos norunt subrogari contemnunt, apte subjungitur:

CAPUT XLII.

VERS. 20.---Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis.

77. Nox Ecclesiae est, cum doctorum et fortium loca indocti ac debiles obtinent. Ac si aperte arrogantes dicant: Ignorantiae tuae obscuritate non agas, ut in loco fortium numerositatem subroges infirmorum. Populi quippe nomine designantur, qui quasi vulgari consuetudini dediti, in cunctis quae appetunt passim vivunt. Noctem vero protrahere est ut pro robustis populi ascendant, si per negligentiam agitur ut doctorum et fortium loca indocti ac debiles sortiantur. Populi pro robustis ascendunt quando hi qui vivere inique didicerunt pastorum loca percipiunt. Quod recte quidem dici poterat si humiliter diceretur. Arrogantes enim, etiam cum bona admonent, superstitionis suae vitium exercent. Nam plus, sicut et superius dictum est, increpando ferire appetunt quam consolando refovere. Unde mox subjungitur:

VERS. 21.---Ne declines ad iniquitatem; hanc enim coepisti sequi post miseriam.

Hoc profecto arrogantes Ecclesiae miseriam vocant, quod despectam Deo ejus multitudinem suspicantur; et eo illam altiori elatione contemnunt, quo et despectam Deo funditus suspicantur. His igitur figurata expositione transcursis, jam nunc inferenda sunt quae moraliter sentiuntur, ut figura Ecclesiae cognita, quam expressam generaliter credimus, audiamus etiam quid ex his verbis in singulis specialiter colligamus. Ait itaque:

Caput XLIII

[Vet. XXXVI].

CAP. XXXVI, VERS. 18.---Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas.

Pues no debe el mal de muchísimos tender a la estimación de todos, porque aunque sean inicuos los que juzgan conociéndolos, sin embargo algunos hay santos a quienes ignoran. Pues es tiempo de trilla, y todavía los granos yacen ocultos bajo la paja. Ningún fruto, pues, se esperará de la era, si solo esto se cree que hay en ella, lo que se ve en la superficie. Por tanto, porque desprecian a los que ven, y menosprecian a estos que conocen que son subrogados en los órdenes de los antiguos padres, aptamente se añade:

CAPÍTULO XLII.

VERSÍCULO 20.---No prolongues la noche, para que suban los pueblos por ellos.

77. La noche de la Iglesia es, cuando los indoctos y débiles ocupan los lugares de los doctos y fuertes. Como si abiertamente dijeran los arrogantes: No actúes en la obscuridad de tu ignorancia, para que en el lugar de los fuertes subrogues una multitud de débiles. Pues con el nombre de "pueblos" se designa a los que, entregados como a la costumbre vulgar, viven por doquier en todas las cosas que desean. Mas prolongar la noche es que suban los pueblos por los robustos, si por negligencia se hace que los indoctos y débiles obtengan los lugares de los doctos y fuertes. Los pueblos suben por los robustos cuando estos que han aprendido a vivir inicuamente reciben los lugares de los pastores. Lo cual ciertamente podría decirse rectamente si se dijera humildemente. Pues los arrogantes, incluso cuando amonestan cosas buenas, ejercen el vicio de su propia superstición. Pues más desean, como también se dijo arriba, herir increpando que recrear consolando. De donde pronto se añade:

VERSÍCULO 21.---No declines a la iniquidad; pues esta has comenzado a seguir después de la miseria.

Esto ciertamente llaman los arrogantes la miseria de la Iglesia, porque sospechan que su multitud es despreciada por Dios; y la desprecian con tanto más alta elación, cuanto también sospechan que ella es despreciada de Dios totalmente. Recorridas, pues, estas cosas con una exposición figurada, ahora ya deben introducirse las que se sienten moralmente, para que, conocida la figura de la Iglesia, la cual creemos expresada generalmente, oigamos también qué recojamos de estas palabras especialmente en cada uno. Dice, pues:

Capítulo XLIII

[Vet. XXXVI].

CAP. XXXVI, VERS. 18. --- No te supere, pues, la ira, para que no oprimas a alguien.

78. SENSUS MORALIS.---In facienda correctione, subesse debet ira, non praeesse. Omnis per quem necesse est aliena vitia corrigi semetipsum prius debet solerter intueri, ne dum aliorum culpas ulciscitur, ipse ulciscendi furore superetur. Plerumque enim mentem sub obtentu justitiae irae immanitas vastat, et dum quasi saevit zelo rectitudinis, rabiem explet furoris, justeque se facere aestimat, quidquid ira nequiter dictat. Unde et modum saepe ulciscendi transgreditur, quia mensura justitiae non frenatur. Dignum quippe est ut cum aliena corrigimus prius nostra metiamur, ut prius mens a sua accensione deferveat, prius intra semetipsam zeli sui impetum tranquilla aequitate componat, ne si ad animadvertenda vitia abrupto furore trahimur, peccatum corrigendo peccemus, et qui culpam dijudicando insequimur, immoderate feriendo faciamus. Non autem jam correctio delinquentis, sed magis oppressio sequitur, si in ultione ira ultra quam culpa meretur extenditur. In correptione quippe vitiorum subesse menti debet iracundia, non praeesse, ut exsecutionem justitiae non dominando praeveniat, sed famulando subsequatur, et notum judicium possessa impleat, non possidens praecurrat. Bene itaque dicitur: Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas. Quia videlicet si is qui corrigere nititur ira superatur, opprimit antequam corrigat. Nam dum plus quam debet accenditur, sub justae ultionis obtentu ad immanitatem crudelitatis effrenatur. Quod plerumque idcirco evenit, quia corda rectorum minus amori sunt solius creatoris intenta. Nam dum multa in hac vita appetunt, innumeris cogitationibus disperguntur; et cum subito subditorum culpas reperiunt, digne cum Deo eas judicare nequeunt, quia corda sua in curis transitoriis sparsa ad districtionis culmen colligere repente non possunt. Commoti ergo tanto minus ad ulciscenda peccata libram aequitatis inveniunt, quanto eam tranquillitatis suae tempore non requirunt. Unde cum Eliu diceret: Non te superet ira, ut aliquem opprimas, quatenus easdem causas injustitiae et irae superantis exprimeret, illico adjunxit:

CAPUT XLIV.

IBID.---Nec multitudo locorum inclinet te.

78. SENTIDO MORAL. --- En el hacer la corrección, la ira debe estar debajo, no presidir. Todo aquel por quien es necesario que se corrijan los vicios ajenos, debe mirarse primero con destreza a sí mismo, no sea que mientras venga las culpas de otros, él mismo sea superado por el furor de vengar. Pues muchísimas veces la inmanidad de la ira devasta la mente bajo el pretexto de la justicia, y mientras se enfurece como con celo de rectitud, colma la rabia del furor, y estima que hace justamente todo lo que la ira malvadamente le dicta. De donde también traspasa a menudo el modo de vengar, porque no es frenada por la medida de la justicia. Pues es digno que cuando corregimos lo ajeno midamos primero lo nuestro, para que primero la mente se enfríe de su propio incendio, primero componga dentro de sí misma el ímpetu de su celo con tranquila equidad, no sea que si somos arrastrados a castigar los vicios con abrupto furor, pequemos al corregir el pecado, y nosotros, que perseguimos la culpa juzgándola, hagamos inmoderadamente al herir. Pero ya no sigue la corrección del delincuente, sino más bien la opresión, si en la venganza la ira se extiende más allá de lo que la culpa merece. Pues en la corrección de los vicios, la ira debe estar subordinada a la mente, no presidir, para que no preceda la ejecución de la justicia dominando, sino que la siga sirviendo, y llene el juicio conocido poseída, no lo adelante poseyendo. Bien, pues, se dice: *No te supere, pues, la ira, para que no oprimas a alguien.* Porque a saber, si el que intenta corregir es superado por la ira, oprime antes de corregir. Pues mientras se enciende más de lo que debe, se desenfrena hacia la inmanidad de la crueldad bajo el pretexto de la justa venganza. Lo cual ocurre muchísimas veces por esto, porque los corazones de los rectores están menos atentos al amor del solo Creador. Pues mientras apetecen muchas cosas en esta vida, se dispersan en innumerables pensamientos; y cuando encuentran de pronto las culpas de los súbditos, no pueden juzgarlas dignamente con Dios, porque no pueden recoger de repente sus corazones, esparcidos en cuidados transitorios, hacia la cumbre de la estrechez. Conmovidos, pues, tanto menos encuentran la balanza de la equidad para vengar los pecados, cuanto no la buscan en el tiempo de su tranquilidad. De donde, como Elíu dijera: *No te supere la ira, para que no oprimas a alguien,* a fin de expresar las mismas causas de la injusticia y de la ira superante, añadió al punto:

CAPÍTULO XLIV.

IBÍDEM. --- Ni la multitud de lugares te incline.

79. Ex originali peccato inquieta hominis mutabilitas oritur. Cum qualitate rerum non possit, varietate saltem quaerit satiari. In tot quippe locis inclinamur in quot supervacuis curis extendimur. Nam sicut locus est corporis spatium corporale, ita locus est mentis unaquaeque intentio cogitationis. Quae dum huc illucque impellitur, si delectatione aliqua cogitationis suae libenter occupatur, velut in quodam loco ponitur ut quiescat. Nam quoties victi taedio a cogitatione in cogitationem ducimur, quasi fessa mente de loco ad locum migramus. Tot itaque loca culmen mentis inclinant, quot subortae cogitationes unitatem bonae intentionis dissipant. Recta etenim mens staret, si uni cui debuerat cogitationi semper inhaereret. Recta mens staret, si non se innumeris motibus fluxa mutabilitate prosterneret. Sed dum nunc ista pertractat, nunc ad alia dilabitur, quasi per locorum multitudinem a statu suae rectitudinis inclinatur; et dum per plura se tendit, ab una, cui adhaerere debuit, intentione se dejicit. Qui tamen mutabilitatis usus ex primae praevaricationis vitio jam quasi in naturam venit. Nam cum stare animus in semetipso nititur, a semetipso aliquo modo etiam nesciendo derivatur. Humana namque anima ab unaquaque re cui intenditur fastidio impellente removetur. Sed dum inhianter cogitanda appetit, et repente cogitata fastidit, docet quod aliunde pendet, quae quolibet posita non requiescit. Ad illum quippe suspensa est a quo formata. Et quia ad Deum solum appetendum facta est, omne autem quod infra appetit minus est, jure ei non sufficit quod Deus non est. Hinc est quod huc illucque spargitur, et ab unaquaque re, ut diximus, fastidio impellente removetur. Delectationis videlicet avida, quaerit quo pauset, unum vero quem sufficienter habere poterat amisit. Unde nunc per multa ducitur, ut quia qualitate rerum non potest, saltem varietate satietur.

[Vet. XXXVII.] 80. Sancti adhaerendo Deo, huic anxietati medentur. Sancti autem viri causa se observatione custodiunt, ne ab intentione sua mutabiliter dissolvantur, et quia idem esse appetunt, ad cogitationem qua Deum diligunt se solerter astringunt. In contemplatione namque creatoris hoc accepturi sunt, ut una semper mentis stabilitate perfruantur. Nulla eos tunc mutabilitas dissipat, quia scilicet eorum cogitationio sibimetipsi semper indissimilis perseverat. Hoc ergo cum labore nunc conantes imitantur, quod post in munere gaudentes accipiunt.

79. Del pecado original nace la inquieta mutabilidad del hombre. Puesto que no puede con la calidad de las cosas, busca al menos ser saciado con la variedad. En tantos lugares por cierto nos inclinamos en cuantos nos extendemos en cuidados superfluos. Pues así como el lugar es el espacio corporal del cuerpo, así el lugar es cada una de las intenciones del pensamiento de la mente. La cual, mientras es impulsada de aquí para allá, si se ocupa gustosamente con algún deleite de su pensamiento, es puesta como en un lugar para que descanse. Pues cuantas veces, vencidos por el tedio, somos llevados de pensamiento en pensamiento, migramos como con la mente cansada de lugar en lugar. Tantos lugares, pues, inclinan la cumbre de la mente cuantos pensamientos surgidos disipan la unidad de la buena intención. Pues la mente estaría recta si siempre se adhiriera al único pensamiento al que debía. La recta mente estaría en pie si no se postrara en innumerables movimientos con fluida mutabilidad. Pero mientras ahora trata estas cosas, ahora se desliza hacia otras, es inclinada como por la multitud de lugares del estado de su rectitud; y mientras se extiende por muchas cosas, se abate de la única intención a la cual debió adherirse. El cual uso de la mutabilidad, no obstante, por el vicio de la primera prevaricación, ha pasado ya casi a la naturaleza. Pues cuando el ánimo se esfuerza por estar en sí mismo, se deriva de sí mismo de algún modo incluso sin saberlo. Pues el alma humana es removida de cada cosa a la que se intenta por el impulso del fastidio. Pero mientras apetece ansiosamente las cosas que han de pensarse, y de pronto fastidia las pensadas, enseña que pende de otra parte la que, puesta en cualquier lugar, no descansa. Pues está suspendida hacia Aquel por quien fue formada. Y porque ha sido hecha para apetecer sólo a Dios, pero todo lo que apetece abajo es menos, con razón no le basta lo que no es Dios. De aquí es que se esparce de aquí para allá, y es removida de cada cosa, como dijimos, por el impulso del fastidio. Ávida a saber de deleite, busca dónde posar, pero perdió al único a quien podía tener suficientemente. De donde ahora es llevada por muchas cosas, para que, ya que no puede con la calidad de las cosas, al menos sea saciada con la variedad.

[Vet. XXXVII.] 80. Los santos, adhiriéndose a Dios, sanan esta ansiedad. Pero los varones santos se guardan con observación para no ser disueltos mudablemente de su intención, y porque desean ser lo mismo, se ligan con destreza al pensamiento por el cual aman a Dios. Pues en la contemplación del Creador han de recibir esto: el disfrutar siempre de una sola estabilidad de mente. Ninguna mutabilidad los disipa entonces, porque a saber su pensamiento persevera siempre idéntico a sí mismo. Esto, pues, intentando ahora con trabajo, lo imitan, lo cual después reciben gozosos en el don.

Cui se Propheta immutabilitati virtute amoris astrinxerat, cum dicebat: Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini (Psal. XXVI, 4). Huic Paulus unitati intentione adhaererat, dicens: Unum autem, quae retro sunt oblitus, ad ea quae ante sunt extentus, sequor ad palmam supernae vocationis Dei in Christo (Philip. III, 13). Nam si quid in eorum corde humanitus diffluit, mox hoc discussio severa restringit; et cum quasi pueriliter cogitatio labitur, juvenili mox coercitione refrenatur. Unde fit ut sparsam mentem continuo colligant, et in una quantum praevalent cogitatione componant. Quia igitur status mentis cogitationum mutabilitate curvatur, recte ab Eliu dicitur: Nec multitudo locorum inclinet te.

81. Deo ita vacantibus cavenda elatio.---Sed saepe dum viri justi animus in ipsa intentionis suae arce consistit, dum ab omni mutabilitatis se sparsione colligit, dum quidquid in se superflue oboritur premit; ipsa suae rectitudinis gloria tangitur, et in tumore propriae praesumptionis elevatur. Qui enim magna agit, quamvis de se humilia sentiat, scit tamen magna esse quae agit. Nam si magna esse nescit, ea procul dubio minime custodit. Quae dum custodire negligit, aut in eis minus proficit, aut ea funditus amittit. Dum ergo bona nostra opera scire necesse est ut custodiamus, ex ipsa eorum scientia elationis aditus panditur, et ad operantis cor culpae manus admittitur, qua vastante rapiantur. Mira autem dispensatione agitur, ut conditor noster sublevatum prosperis animum subita concuti tentatione permittat, quatenus semetipsum in infirmitate verius videat, et ab eo quem de virtutibus sumpserat, jam seipso melior elationis fastu descendat. Unde et bene nunc subditur:

CAPUT XLV.

VERS. 19.---Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine.

A cuya inmutabilidad se había ligado el Profeta por la virtud del amor, cuando decía: *Una cosa he pedido al Señor, ésta buscaré, que habite en la casa del Señor* (Sal. XXVI, 4). A esta unidad se había adherido Pablo por la intención, diciendo: *Pero una cosa, olvidando lo que queda atrás, extendiéndome a lo que está delante, sigo hacia la palma de la suprema vocación de Dios en Cristo* (Filip. III, 13). Pues si algo fluye humanamente en su corazón, pronto la discusión severa lo restringe; y cuando el pensamiento se desliza como puerilmente, es pronto refrenado por la juvenil coerción. De donde resulta que recogen continuamente la mente esparcida, y la componen en un solo pensamiento cuanto prevalecen. Porque, pues, el estado de la mente se curva por la mutabilidad de los pensamientos, rectamente se dice por Elíu: *Ni la multitud de lugares te incline.*

81. Se debe evitar la elación por aquellos así dedicados a Dios. --- Pero a menudo, mientras el ánimo del varón justo consiste en aquel mismo alcázar de su intención, mientras se recoge de toda dispersión de mutabilidad, mientras reprime lo que en él nace superfluamente; es tocado por la gloria misma de su rectitud, y se eleva en el tumor de su propia presunción. Pues el que hace cosas grandes, aunque sienta cosas humildes de sí mismo, sabe sin embargo que son grandes las cosas que hace. Pues si no sabe que son grandes, sin duda ninguna las guarda. Las cuales, mientras descuida guardarlas, o bien profita menos en ellas, o bien las pierde de raíz. Mientras, pues, es necesario conocer nuestras buenas obras para que las guardemos, por la ciencia misma de ellas se abre el acceso de la elación, y se admite al corazón del operante la mano de la culpa, por la cual devastando sean arrebatadas. Pero se obra por una admirable dispensación, para que nuestro Fundador permita que el ánimo levantado por cosas prósperas sea sacidido por una súbita tentación, a fin de que se vea más verdaderamente a sí mismo en la enfermedad, y de aquella soberbia de la elación que había tomado de las virtudes, descienda ya mejor que sí mismo. De donde también bien se añade ahora:

CAPÍTULO XLV.

VERS. 19. --- Depón tu magnitud sin tribulación, y a todos los robustos por la fortaleza.

82. Ne de nobis praesumamus, Deus tentatione nos pulsari permittit.---Robusti quippe sunt motus cordis, cum nulla nisi quae virtutis sunt sentiunt. Sed magnitudinem et robustos motus deponimus, quando pulsante vitio cogimur pensare quid sumus. Robustos motus deponimus, quando jam non de virtute attollimur, sed in culpa consentiendo obrui de ipsa qua quatimur infirmitate formidamus. Multum namque de se animus confidit quando sibi ad votum vires suppetere conspicit. Jam sibi fiduciam sanctitatis arrogat, jam se idoneum etiam ad cuncta virtutum culmina quae sola cogitatione conceperit putat. Sed cum hunc tentatio subito oborta transverberat, eas quae natae de virtutibus fuerant, elatas cogitationes funditus turbat. Quasi securam quippe urbem inopinatus hostis ingreditur, et repentino gladio superborum civium colla feriuntur. Nihil ergo tunc nisi continuus luctus agitur, dum capta urbs animi a magnatum suorum gloria caede interveniente vacuatur. Unde nunc dicitur: Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine. Ac si aperte diceretur: Omne quod intrinsecus de bona actione intumueras reprime, et cordis motus quos ex recto opere robustos habueras depone, quia jam in ipsa adversitatis tentatione consideras quam frustra prius de te magna elatus aestimabas. Quae videlicet magnitudo idcirco absque tribulatione deponenda dicitur, quia nimirum cum per tentationem humilitas proficit, prospera est ipsa adversitas quae mentem ab elatione custodit. [Vet. XXXVIII]. Sed tamen sine magna tribulatione non agitur, cum tranquilla mens irruente tentatione quasi repentino hoste turbatur. Ipsa namque tentationis adversitas dum se menti inserit, quasdam in illa tenebras gignit, eamque obscuritate suae amaritudinis turbat, quae apud se dudum virtutum dulcedine irradiante claruerat. Unde et apte subjungitur:

CAPUT XLVI.

VERS. 20.---Ne protrahas noctem ut ascendant populi pro eis.

83. Tentatio tenebras gignit, et procellas excitat.---Nox quippe protrahitur cum suborta de tentatione tristitia consolatione concita non finitur. Nox protrahitur quia moeror animi confusis cogitationibus elongatur. Nam dum mens posita in tentatione considerat quod a virtutis suae pristina soliditate repellitur, superductis moeroribus, quasi quibusdam tenebris caecatur, atque ab omni luce gaudii ejus oculus clauditur, dum sollicita trepidat ne hoc quod esse dudum coeperat funditus amittat.

82. Para que no presumamos de nosotros, Dios permite que seamos golpeados por la tentación. --- Robustos por cierto son los movimientos del corazón, cuando no sienten nada sino lo que es de la virtud. Pero deponemos la magnitud y los robustos movimientos cuando, golpeando el vicio, somos obligados a pensar qué somos. Deponemos los robustos movimientos cuando ya no nos elevamos por la virtud, sino que al consentir en la culpa tememos ser abrumados por la misma debilidad por la cual somos sacudidos. Pues mucho confía de sí mismo el ánimo cuando ve que le sobran fuerzas para su deseo. Ya se arroga para sí la confianza de la santidad, ya se juzga idóneo incluso para todas las cumbres de las virtudes que concibiera sólo con el pensamiento. Pero cuando la tentación súbitamente surgida traspasa a éste, perturba de raíz aquellos pensamientos elados que habían nacido de las virtudes. Como en una ciudad segura entra el enemigo inesperado, y con súbita espada son golpeados los cuellos de los soberbios ciudadanos. Nada entonces se hace sino un luto continuo, mientras la ciudad del alma capturada se vacía de la gloria de sus magnates al intervenir la matanza. De donde ahora se dice: *Depón tu magnitud sin tribulación, y a todos los robustos por la fortaleza.* Como si se dijera abiertamente: Reprime todo aquello por lo cual te habías hinchado intrínsecamente por la buena acción, y depón los movimientos del corazón que tenías robustos por la recta obra, porque ya en la misma tentación de la adversidad consideras cuán en vano estimabas antes cosas grandes elado de ti mismo. La cual magnitud se dice que ha de ser depuesta sin tribulación por esto, porque sin duda cuando la humildad profita por la tentación, es próspera la misma adversidad que guarda la mente de la elación. [Vet. XXXVIII]. Pero no obstante no se hace sin gran tribulación, cuando la mente tranquila es perturbada por la tentación que irrumpe como un enemigo repentino. Pues la misma adversidad de la tentación, mientras se inserta en la mente, engendra en ella ciertas tinieblas, y la perturba con la oscuridad de su amargura, a la que hace poco había esclarecido con la irradiante dulzura de las virtudes. De donde también aptamente se subraya:

CAPÍTULO XLVI.

VERS. 20. --- No prolongues la noche para que asciendan los pueblos por ellos.

83. La tentación engendra tinieblas y excita tormentas. --- La noche por cierto se prolonga cuando la tristeza surgida de la tentación no se termina con la consolación movida. La noche se prolonga porque el dolor del ánimo se alarga con pensamientos confusos. Pues mientras la mente puesta en la tentación considera que es repelida de la prístina solidez de su virtud, bajo dolores sobrevenidos se ciega como con ciertas tinieblas, y su ojo se cierra de toda luz de gozo mientras solícita tiembla no sea que pierda de raíz esto que hace poco había comenzado a ser.

Unde et bene dicitur quod in hac nocte pro robustis populi ascendunt, quia videlicet in hoc moerore tentationis pro robustis motibus indignae cogitationes et multiplices in corde prosiliunt. Nam dum se in perturbatione conspicit jam pene amisisse quod fuerat, fluctus in se innumeros tumultusque coacervat, modo tranquillitatem suam quia perdidit dolet; modo ne usque ad prava opera corruat pertimescit; modo in quo culmine steterat meminit; modo in quo vitiorum profundo per delectationem jaceat attendit; modo ad resumendas vires se reparat; modo se eas posse resumere quasi victus jam fractusque desperat.

84. Hac in nocte multiplices cogitationes quasi populi tumultuantes premunt.---Cum ergo super addictam mentem tam multiplices cogitationes prodeunt, hanc quasi in nocte populi consurgentes premunt. Quos nimirum populos non per se, sed per divinae protectionis auxilium Propheta subigere se posse praesumpserat, cum dicebat: Protector meus, et in ipso sperabo, subjiciens populos sub me (Psal. CXLIII, 2). Sanctis quippe mentibus populi subiguntur, cum ab eis per districtae severitatis praesentiam cogitationes stultae dissiliunt, ut non per abrupta phantasmatum rapiant, sed rationi subditae a corde humiliter conquiescant. Quia ergo positus in tentatione animus, qui de se in prosperis majora praesumebat, tumultus spei desperationisque tolerat, recte nunc dicitur: Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis. Ac si aperte diceretur: In tentatione deprehensus, citius tenebras moeroris incide, ne qui in tranquillitate de te alta senseras, in perturbatione quoque deterius cogitationum te caligine confundas. Quod recte Eliu diceret, si tamen cui diceret sciret. Nam haec beato Job tanto minus congruunt, quanto ab illo omnia altius sciuntur. Quia vero, ut saepe diximus, arrogantes, dum praesumunt docere quos non debent, usque ad contumeliosa increpationum verba dilabuntur, subditur.

Caput XLVII

[Rec. XXIX].

VERS. 21.---Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim coepisti sequi post miseriam.

De donde también bien se dice que en esta noche ascienden pueblos en lugar de los robustos, porque sin duda en este dolor de la tentación brotan en el corazón pensamientos indignos y múltiples en lugar de los movimientos robustos. Pues mientras se ve en la perturbación casi haber perdido ya lo que era, amontona en sí innumerables olas y tumultos: ahora se duele de haber perdido su tranquilidad; ahora teme mucho caer hasta obras malvadas; ahora recuerda en qué cumbre había estado; ahora atiende en qué profundo de los vicios yace por el deleite; ahora se repara para resumir las fuerzas; ahora desespera de poder resumirlas como ya vencido y quebrantado.

84. En esta noche los múltiples pensamientos oprimen como pueblos tumultuantes. --- Cuando, pues, sobre la mente entregada salen pensamientos tan múltiples, éstos la oprimen como pueblos que se levantan en la noche. A los cuales pueblos por cierto el Profeta había presumido que podía someter no por sí mismo, sino por el auxilio de la protección divina, cuando decía: *Mi protector, y en él esperaré, sometiendo a los pueblos bajo mí* (Sal. CXLIII, 2). A las mentes santas por cierto se someten los pueblos cuando de ellas, por la presencia de la severidad estricta, saltan los pensamientos necios, para que no las arrebaten por los precipicios de los fantasmas, sino que, sometidos a la razón, descansen humildemente del corazón. Porque, pues, el ánimo puesto en la tentación, que de sí presumía cosas mayores en la prosperidad, tolera los tumultos de la esperanza y de la desesperación, rectamente se dice ahora: *No prolongues la noche para que asciendan los pueblos por ellos.* Como si se dijera abiertamente: Sorprendido en la tentación, corta más pronto las tinieblas del dolor, no sea que tú, que en la tranquilidad habías sentido cosas altas de ti mismo, en la perturbación también te confundas peor con la calígine de los pensamientos. Lo cual rectamente diría Elíu, si no obstante supiera a quién se lo decía. Pues estas cosas tanto menos cuadran al bienaventurado Job cuanto todas las cosas son por él más profundamente conocidas. Pero porque, como a menudo dijimos, los arrogantes, mientras presumen enseñar a los que no deben, se deslizan hasta las palabras contumeliosas de los reproches, se añade.

Capítulo XLVII

[Rec. XXIX].

VERS. 21. --- Cuidado no declines a la iniquidad; pues ésta comenzaste a seguir tras la miseria.

85. Tunc cavenda est impatientia, quae in Job immerito impingitur.---Iniquitatem post miseriam sequitur, qui post mala quae pro correptione sustinet ferventi corde impatientiae se facibus inflammat. Quod beatum Job perpetrasse Eliu credidit, qui eum inter flagella positum liberis effari vocibus audivit, videlicet nesciens, quia omne quod dixit, non hoc de iniquitate impatientiae, sed de virtute veritatis protulit, qui ab interni judicis sententia nec cum se justificaret erravit. [Vet. XXXIX.] Sed considerandum valde est quomodo cum diceret: Cave ne declines ad iniquitatem, de eadem iniquitate protinus subdidit: Hanc enim coepisti sequi post miseriam.

86. Superbi in arguendo modum servare nesciunt.---Quid est hoc quod dum ad eam declinare vetat, de ea protinus quasi ad quam declinatum jam fuerit damnat, nisi quod arrogantes viri plus videri judices quam consolatores volunt? Unde et nonnunquam ea districtis sententiis feriunt, quae nata in corde suspicantur et priusquam certa sit culpa delinquentium, profertur invectio districta verborum; et ante per sententiam percutitur, quam prodeat quod feriatur.

87. Sanctorum discretio in corripiendo.---Quamvis et justi viri plerumque pravis et occultis cogitationibus arguendo obviant; sed cum easdem cogitationes aliqua quae praeeunt opera demonstrant, plerumque ab auditorum suorum cordibus ea vitia quae necdum prolata sunt manu correptionis eradicant, sed jam illa subsequi conspiciunt ex aliis quae praecedunt. Sicut enim corporales medici quasdam aegritudines jam venisse inveniunt, quasdam vero ne veniant medentur, ita doctores sancti aliquando inventa vulnera saluti restituunt, aliquando vero agunt in mentibus ne vulnerentur. In quibus solerter intuendum est, quia sicut certa plerumque cum asperitate redarguunt, ita incertis vitiis et cum tranquillitate contradicunt; certa ferientes increpant, incerta praemunientes devitant. Quam quia arrogantes viri discretionis regulam nesciunt, sententiarum suarum jaculis sicut nota, sic incognita; sicut certa, sic etiam incerta configunt. Unde nunc ab Eliu dicitur: Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim coepisti sequi post miseriam. Quia vero ea quae subnexa sunt longiori allegatione protrahuntur, istum libellum hoc fine constringimus, ne immoderatius extendatur.

85. Entonces se debe evitar la impaciencia, la cual inmerecidamente se le achaca a Job. --- Sigue la iniquidad tras la miseria quien, tras los males que sostiene por la corrección, se inflama con ferviente corazón con las antorchas de la impaciencia. Lo cual Elíu creyó que el bienaventurado Job había perpetrado, al oírle hablar con voces libres puesto entre los azotes; sin saber por cierto que todo lo que dijo no lo profirió por la iniquidad de la impaciencia, sino por la virtud de la verdad, él que no erró de la sentencia del juez interno ni aun cuando se justificaba a sí mismo. [Vet. XXXIX.] Pero se debe considerar mucho cómo, al decir: *No declines a la iniquidad,* de la misma iniquidad añadió al punto: *Pues ésta comenzaste a seguir tras la miseria.*

86. Los soberbios en el argüir no saben guardar el modo. --- ¿Qué es esto de que, mientras prohíbe declinar a ella, de ella al punto condena como a la cual ya se hubiera declinado, sino que los varones arrogantes quieren parecer más jueces que consoladores? De donde también a veces golpean con estrictas sentencias aquellas cosas que sospechan nacidas en el corazón, y antes de que sea cierta la culpa de los delincuentes, se profiere la invectiva estricta de las palabras; y antes se hiere por la sentencia que salga lo que ha de ser herido.

87. La discreción de los santos en el corregir. --- Aunque también los varones justos muchísimas veces se oponen arguyendo a pensamientos malvados y ocultos; pero cuando algunas obras que preceden demuestran esos mismos pensamientos, muchísimas veces arrancan de los corazones de sus oyentes aquellos vicios que aún no han sido proferidos con la mano de la corrección, pero ya ven que aquéllos siguen de otros que preceden. Pues así como los médicos corporales encuentran que algunas enfermedades ya han venido, pero medican otras para que no vengan, así los doctores santos a veces restituyen a la salud las heridas encontradas, pero a veces obran en las mentes para que no sean heridas. En lo cual se ha de mirar con destreza que, así como muchísimas veces reprenden con aspereza las cosas ciertas, así contradicen con tranquilidad los vicios inciertos; hiriendo reprenden las cosas ciertas, previniendo evitan las inciertas. Cuya regla de discreción, porque los varones arrogantes no la conocen, con los dardos de sus sentencias atraviesan tanto lo desconocido como lo conocido; tanto lo incierto como también lo cierto. De donde ahora se dice por Elíu: *Cuidado no declines a la iniquidad; pues ésta comenzaste a seguir tras la miseria.* Pero porque las cosas que están subyugadas se prolongan por una alegación más larga, ceñimos este librito con este fin, para que no se extienda inmoderadamente.

LIBER VI

GESIMUS SEPTIMUS.

Duodecim ultimi versus capitis XXXVI exponuntur, cum integro capite XXXVII, ingeniose quaesitis ad astruendam, tum doctrinam, tum ethicen christianam sensibus.

CAPUT PRIMUM.

1. Ex superborum recte dictis sumendum quod prosit, respuendum quod noceat.---Quisquis de magnis dictis arrogantium sumere scientiam nititur, providere solerter debet, ne hoc quod eorum scientia altum tumet, imitetur, ne cum virtutum verbis morum vitia colligat, et in eo quod loquendi notitiam assequitur, vivendi se imperitia transfigat. Hos namque cum fortia dicere audimus, sed tamen de dictis fortibus tumere conspicimus, quasi doctrinae hortum ingressi, de spinis rosas attingimus. Discreta ergo nobis sollicitudine opus est, et carpere quod redolet, et cavere quod pungit, ne si fortasse improvide dictorum flos legitur, incauta legentis manus morum spina laceretur. Eliu itaque doctus et arrogans profert aliquando quod redoleat, aliquando quod pungat. Sic igitur sumendum est de ejus doctrina quod fragrat, ut tamen sollicite cavendum sit de elatione quod vulnerat. Qui multa quidem superius moraliter intulit, sed in verbis sequentibus ad sola se prophetiae arcana sustulit. Ima enim moralitatis deserit, et ad prophetiae summa conscendit.

2. Superbi spiritu prophetiae aliquando repleti.---Nec mirandum quod vir arrogans impleri prophetico spiritu potuit, cum Saul etiam in numero prophetarum fuit (I Reg. X, 6). Sed hoc de Saule cur dicimus, cum ex visione angeli accepisse verba rationabilia et asinam noverimus (Num. XXII, 28)? Sed sicut irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturae rationalis accessit, ita saepe quilibet indignus sancta verba per prophetiae spiritum accipit, sed tamen ad promerendam sanctitatis gloriam non pertingit, ut et supra se loquendo emineat, et infra se vivendo torpescat. Unde nunc Eliu Redemptoris nostri adventum humilem non humilis conspicit, et eum prophetando praedicat, quem elatis moribus impugnat, dicens:

Libro VI

GÉSIMO SÉPTIMO.

Se exponen los doce últimos versículos del capítulo XXXVI, con el capítulo XXXVII íntegro, con sentidos ingeniosamente buscados para construir tanto la doctrina como la ética cristiana.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. De los dichos rectos de los soberbios se ha de tomar lo que aprovecha, y desechar lo que daña. --- Quienquiera que se esfuerce por tomar ciencia de los grandes dichos de los arrogantes, debe proveer con destreza para no imitar esto de que su ciencia se hincha en lo alto, no sea que con las palabras de las virtudes recoja los vicios de las costumbres, y en aquello en lo que alcanza la noticia de hablar, se atraviese con la impericia de vivir. Pues cuando oímos a éstos decir cosas fuertes, pero sin embargo los vemos hincharse por los dichos fuertes, es como si habiendo entrado en el jardín de la doctrina, alcanzáramos rosas entre las espinas. Nos es necesaria, pues, una discreta solicitud, tanto para coger lo que huele bien como para guardarnos de lo que punza, no sea que si tal vez se coge improvisadamente la flor de los dichos, la mano incauta del lector sea lacerada por la espina de las costumbres. Elíu, pues, docto y arrogante, profiere a veces lo que huele bien, a veces lo que punza. Así, pues, se ha de tomar de su doctrina lo que fragancia, de modo que sin embargo se evite solícitamente de la elación lo que vulnera. Quien por cierto introdujo arriba muchas cosas moralmente, pero en las palabras siguientes se elevó sólo a los arcanos de la profecía. Pues abandona los bajos de la moralidad y asciende a las cumbres de la profecía.

2. Los soberbios a veces llenos del espíritu de profecía. --- Ni hay que maravillarse de que el varón arrogante pudiera ser llenado del espíritu profético, cuando Saúl también estuvo en el número de los profetas (1 Sam. X, 6). Pero ¿por qué decimos esto de Saúl, cuando sabemos que hasta un asna recibió palabras razonables de la visión de un ángel (Núm. XXII, 28)? Pero así como el animal irracional profirió palabras de razón, y sin embargo no accedió a la permutación de la naturaleza racional, así a menudo cualquier indigno recibe palabras santas por el espíritu de profecía, pero sin embargo no llega a promeritar la gloria de la santidad, de modo que sobresalga hablando por encima de sí, y se entorpezca viviendo por debajo de sí. De donde ahora Elíu, no humilde, ve el humilde advenimiento de nuestro Redentor, y predicando por profecía a Aquel a quien impugna con costumbres eladas, dice:

CAPUT II.

CAP. XXXVI, VERS. 22.---Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus.

3. Christus simul humilis in infirmitate et excelsus in fortitudine caeteros legislatores longe antecellit.---Ac si aperte dicat: Qui humilis videbitur in infirmitate, excelsus manet in fortitudine, Paulo hoc etiam attestante, qui ait: Quia et si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei (II Cor. XIII, 4). De quo recte subjungitur: Nullus ei similis in legislatoribus. Legislator Moyses, legislator Josue, legislatores etiam prophetae; legislatores cunctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse recta populum scimus. Sed huic Mediatori in legislatoribus similis nullus est, quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt, et ab his quae in semetipsis experti sunt praedicando alios reducunt. Redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione, nec perpetravit unquam quod redarguit, et sic mundo ex humanitate loquitur, ut tamen eidem mundo ante saecula ex divinitate dominetur. Hunc Mediatorem Dei et hominum quidam legislatoribus similem fuisse crediderunt. Nam requirenti: Quem dicunt homines esse filium hominis? responderunt discipuli, dicentes: Alii Joannem Baptistam, alii Eliam, alii Jeremiam, aut unum ex prophetis (Matth. XVI, 13). Sed nimirum Petro quam excelsus in fortitudine esset aperuit, cum eum veraciter intuens, a legislatorum aequalitate discrevit, dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi (Ibid., 16). Unde recte de illo sponsa in Canticis canticorum dicit: In lectulo meo per noctes quaesivi quem diligit anima mea, quaesivi illum, et non inveni (Cant. III, 1). Et paulo post: Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem. De quibus rursum dicit: Vulneraverunt me, tulerunt pallium meum. Quos iterum percunctatur, dicens: Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea (Cant. III, 3).

4. Qui in nocte quaeritur, sed non nisi transcensis prophetis et patriarchis invenitur.---Dilectus namque per noctes in lectulo quaeritur, quia intra secreta cordis cubilia in tribulatione spiritus desideratur. Quem tamen quaerens sponsa non invenit, quia electa quaeque anima jam quidem amoris ejus facibus flagrat, sed adhuc quaesita negatur species, ut amantis desiderium crescat; et quasi in siti aqua subtrahitur, ut ejusdem sitis aestus augeatur, et quo hanc diutius sitiens desiderat, eo quandoque cum invenerit avidius sumat.

CAPÍTULO II.

CAP. XXXVI, VERS. 22. --- He aquí que Dios es excelso en su fortaleza, y ninguno le es semejante entre los legisladores.

3. Cristo, a la vez humilde en la debilidad y excelso en la fortaleza, aventaja por mucho a los demás legisladores. --- Como si dijera abiertamente: El que será visto humilde en la debilidad, permanece excelso en la fortaleza, atestiguando esto también Pablo, quien dice: *Porque aunque fue crucificado por debilidad, vive por la virtud de Dios* (2 Cor. XIII, 4). De quien rectamente se añade: *Ninguno le es semejante entre los legisladores.* Legislador fue Moisés, legislador Josué, legisladores también los profetas; podemos llamar legisladores a todos los que sabemos que por la ley amonestaron al pueblo en cosas rectas. Pero a este Mediador ninguno le es semejante entre los legisladores, porque éstos, llamados gratuitamente, vuelven de los pecados a la inocencia, y por lo que en sí mismos experimentaron reducen a otros predicando. Pero nuestro Redentor es hombre sin pecado, hijo sin adopción, ni perpetró jamás lo que reprendió, y así habla al mundo desde la humanidad, que sin embargo domina al mismo mundo antes de los siglos desde la divinidad. Algunos creyeron que este Mediador de Dios y de los hombres había sido semejante a los legisladores. Pues a Él que preguntaba: *¿Quién dicen los hombres que es el hijo del hombre?* respondieron los discípulos diciendo: *Unos Juan el Bautista, otros Elías, otros Jeremías, o uno de los profetas* (Mat. XVI, 13). Pero sin duda abrió a Pedro cuán excelso era en fortaleza, cuando viéndole verdaderamente, le discernió de la igualdad de los legisladores, diciendo: *Tú eres Cristo el Hijo de Dios vivo* (Ibíd., 16). De donde rectamente dice de Él la esposa en el Cantar de los cantares: *En mi lecho por las noches busqué al que ama mi alma, lo busqué y no lo hallé* (Cant. III, 1). Y poco después: *Me hallaron los centinelas que guardan la ciudad.* De los cuales dice de nuevo: *Me hirieron, me quitaron mi manto.* A los cuales pregunta otra vez, diciendo: *¿Acaso habéis visto al que ama mi alma? Un poco cuando los hube pasado, hallé al que ama mi alma* (Cant. III, 3).

4. El que es buscado en la noche, pero no se halla sino tras haber pasado por encima de profetas y patriarcas. --- El Amado por cierto es buscado por las noches en el lecho, porque dentro de los secretos aposentos del corazón se desea en la tribulación del espíritu. Al cual, sin embargo, la esposa buscando no lo halla, porque cada alma electa ya por cierto arde con las antorchas de su amor, pero aún se le niega la especie buscada, para que crezca el deseo del amante; y se le retira el agua como en la sed, para que aumente el ardor de la misma sed, y cuanto más sedienta desea a éste por más tiempo, tanto más ávidamente lo tome cuando alguna vez lo encuentre.

Sed hanc quaerentem vigiles inveniunt, eamque vulnerant, et ejus pallium tollunt, quia unamquamque animam redemptoris sui jam speciem requirentem, cum solliciti doctores inveniunt, hanc per praedicationis verbum coelestis amoris spiculis vulnerant, et si quod ei adhuc de vetusta conversatione tegmen inest, subtrahunt, ut quo exuta ab hujus mundi onere redditur, eo is qui quaeritur, ab illa citius inveniatur. Bene autem subditur: Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea. Quia visionis ejus mens avida, nisi prophetarum aestimationem, nisi patriarcharum celsitudinem, nisi cunctorum hominum mensuram transcenderet, eum qui est super homines non inveniret. Transire ergo est vigiles, etiam eos quos miratur anima in ejus comparatione postponere. Et tunc is qui quaerebatur, cernitur, si homo quidem, sed tamen extra mensuras hominum credatur. Unde bene nunc dicitur: Nullus ei similis in legislatoribus. Sed is videlicet per infirmitatem carnis nostris obtutibus apparens, dum alios reprobat, alios vocat, mira judicia exhibuit, quae a nobis et cogitari possint, et comprehendi non possint. Ait namque: In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, et qui vident caeci fiant (Joan. IX, 39). Et rursum: Confiteor tibi, Pater, Domine coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Matth. XI, 25). In quibus nimirum judiciis Judaea repellitur, gentilitas aggregatur. Quod videlicet factum mirari possumus, sed perscrutari nullatenus valemus. Unde et bene nunc ab Eliu subditur:

CAPUT III.

VERS. 23.---Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis audet ei dicere: Operatus es iniquitatem?

5. Judicia ejus scrutam, multo minus reprehendere non debemus. Ac si dicat: Cujus perscrutari actio non potest, quo pacto reprehendi potest? Nemo enim bene judicat quod ignorat. Tanto ergo debemus sub ejus judiciis silendo quiescere, quanto et rationem judiciorum illius nos cernimus non videre. Unde et bene subditur:

Caput IV

[Vet. et Rec. II].

VERS. 24.---Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri.

Pero a ésta que busca la encuentran los centinelas, y la hieren, y le quitan su manto, porque cuando los doctores solícitos encuentran a cada alma que ya busca la especie de su Redentor, la hieren con los dardos del amor celestial por la palabra de la predicación, y si todavía hay en ella alguna cubierta de la antigua conversación, se la quitan, para que cuanto más se vuelve despojada del peso de este mundo, tanto más rápido sea hallado por ella Aquel que es buscado. Pero bien se añade: *Cuando los hube pasado un poco, hallé al que ama mi alma.* Porque la mente ávida de su visión, si no traspasara la estimación de los profetas, si no la alteza de los patriarcas, si no la medida de todos los hombres, no hallaría a Aquel que está sobre los hombres. Pasar, pues, por los centinelas es posponer incluso a aquellos a quienes el alma admira en su comparación. Y entonces se discierne a Aquel que era buscado, si se cree que es hombre por cierto, pero sin embargo fuera de las medidas de los hombres. De donde bien se dice ahora: *Ninguno le es semejante entre los legisladores.* Pero Él, a saber, apareciendo a nuestras miradas por la debilidad de la carne, mientras reprueba a unos y llama a otros, exhibió admirables juicios, los cuales tanto pueden ser pensados por nosotros como no pueden ser comprendidos. Pues dice: *Para juicio yo he venido a este mundo, para que los que no ven vean, y los que ven se vuelvan ciegos* (Juan IX, 39). Y de nuevo: *Te confieso, Padre, Señor del cielo y de la tierra, porque has escondido estas cosas a los sabios y a los prudentes, y las has revelado a los pequeñuelos* (Mat. XI, 25). En los cuales juicios, por cierto, Judea es repelida, la gentilidad es agregada. Hecho que por cierto podemos admirar, pero de ningún modo podemos escudriñar. De donde también bien se añade ahora por Elíu:

CAPÍTULO III.

VERS. 23.---¿Quién podrá escudriñar sus caminos? ¿o quién se atreve a decirle: Has obrado iniquidad?

5. No debemos escudriñar sus juicios, y mucho menos reprenderlos. Como si dijera: ¿De qué modo puede ser reprendida la acción de aquel cuyo escrutinio no es posible? Pues nadie juzga bien lo que ignora. Por lo tanto, tanto debemos descansar en silencio bajo sus juicios, cuanto vemos que no alcanzamos a ver la razón de sus juicios. De donde también bien se añade:

Capítulo IV

[Ant. y Rec. II].

VERS. 24.---Recuerda que ignoras su obra, de la cual cantaron los varones.

6. Angeli et doctores ea, etsi laudent, minime tamen cognoscunt. In Scriptura sacra viri aliquando angeli, aliquando autem perfectae vitae homines memorantur. Nam quia aliquando vir angelus dicitur, Daniel propheta testatur, dicens: Ecce vir Gabriel (Dan. IX, 21). Rursum, quia virorum nomine perfectae vitae homines exprimuntur, in Proverbiis sapientia loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito (Prov. VIII, 4). De Domino igitur viri canunt, cum ejus nobis potentiam vel superni spiritus, vel perfecti quique doctores innotescunt. Sed tamen opus ejus ignoratur, quia nimirum judicia illius ipsi etiam qui hunc praedicant impenetrata venerantur. Et sciunt ergo quem praedicant, et tamen ejus opera ignorant, quia cognoscunt per gratiam eum a quo facti sunt, sed ejus judicia comprehendere nequeunt, quae ab illo etiam super ipsos fiunt. Quod enim omnipotens Deus perspicue in sua actione non cernitur, Psalmista testatur, dicens: Qui posuit tenebras latibulum suum (Psal. XVII, 12). Et rursum: Judicia tua abyssus multa (Psal. XXXV, 7). Atque iterum: Abyssus sicut pallium amictus ejus (Psal, CIII, 6). Unde bene etiam per Salomonem dicitur: Sicut ignoras quae sit via spiritus, et qua ratione compingantur ossa in ventre praegnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium (Eccle. XI, 5).

7. Occultorum Dei judiciorum exemplum in parvulis sine baptismo, vel post baptismum morientibus. Ut enim unum e multis loquar, duo ad hanc lucem parvuli veniunt, sed uni datur ut ad redemptionem per baptisma redeat, alter ante subtrahitur quam hunc regenerans unda perfundat. Et saepe fidelium filius sine fide rapitur, saepe infidelium concesso fidei sacramento renovatur. Sed fortasse aliquis dicat quod hunc Deus acturum prave etiam post baptisma noverat, et idcirco eum ad baptismatis gratiam non perducat. Quod si ita est, peccata quorumdam proculdubio priusquam sint perpetrata puniuntur. Et quis ista recte sentiens dixerit quia omnipotens Deus, qui alios a perpetratis facinoribus liberat, haec in aliis etiam non perpetrata condemnet? Occulta itaque sunt ejus judicia; et quanta obscuritate nequeunt conspici, tanta debent humilitate venerari. Dicat ergo: Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri. Ac si aperte diceret: De quo fortes quique locuti sunt, ejus opera tuae mentis oculis absconduntur, quia mensuram tuae notitiae eo ipso quo humanitate circumscriberis transeunt. Sequitur:

Caput V

[Rec. III].

856 VERS. 25.---Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul.

6. Los ángeles y los doctores, aunque las alaben, sin embargo las conocen mínimamente. En la Sagrada Escritura, a veces los ángeles, y a veces los hombres de vida perfecta, son llamados varones. Pues porque a veces un ángel es llamado varón, el profeta Daniel lo atestigua, diciendo: He aquí el varón Gabriel (Dan. IX, 21). Por otra parte, porque con el nombre de varones se expresan los hombres de vida perfecta, la sabiduría habla en los Proverbios, diciendo: Oh varones, a vosotros clamo (Prov. VIII, 4). Por tanto, los varones cantan del Señor, cuando nos dan a conocer su potencia, sea por los espíritus celestiales, o por cualesquiera doctores perfectos. Pero, sin embargo, su obra es ignorada, porque ciertamente sus juicios son venerados como impenetrables incluso por aquellos que lo predican. Y conocen, pues, a quién predican, y sin embargo ignoran sus obras, porque conocen por la gracia a aquel por quien han sido hechos, pero no pueden comprender sus juicios, que por él se realizan incluso sobre ellos mismos. Pues que Dios omnipotente no es visto claramente en su acción, lo atestigua el Salmista, diciendo: El que puso las tinieblas por su escondite (Sal. XVII, 12). Y de nuevo: Tus juicios son un gran abismo (Sal. XXXV, 7). Y otra vez: El abismo como un manto es su vestidura (Sal. CIII, 6). De donde también bien se dice por Salomón: Así como ignoras cuál sea el camino del espíritu, y por qué razón se compongan los huesos en el vientre de la que está encinta, así no sabes las obras de Dios, que es el fabricante de todas las cosas (Ecl. XI, 5).

7. Ejemplo de los ocultos juicios de Dios en los párvulos que mueren sin bautismo, o después del bautismo. Pues para hablar de uno entre muchos, dos párvulos vienen a esta luz, pero a uno se le concede que vuelva a la redención por el bautismo, el otro es retirado antes de que la onda regeneradora lo bañe. Y a menudo el hijo de los fieles es arrebatado sin fe, a menudo el de los infieles es renovado al serle concedido el sacramento de la fe. Pero quizá alguno diga que Dios sabía que este obraría perversamente incluso después del bautismo, y que por eso no lo condujo a la gracia del bautismo. Que si es así, los pecados de algunos proculdubio son castigados antes de que sean perpetrados. ¿Y quién, sintiendo esto rectamente, diría que Dios omnipotente, que libra a otros de los crímenes perpetrados, condene estos mismos en otros aun no perpetrados? Ocultos son, pues, sus juicios; y con tanta oscuridad como no pueden ser vistos, con tanta humildad deben ser venerados. Diga, pues: Recuerda que ignoras su obra, de la cual cantaron los varones. Como si dijera abiertamente: De la cual han hablado todos los fuertes, las obras de él están escondidas a los ojos de tu mente, porque trascienden la medida de tu noticia por el hecho mismo de que estás circunscrito por la humanidad. Sigue:

Capítulo V

[Rec. III].

856 VERS. 25.---Todos los hombres lo ven, cada uno lo contempla desde lejos.

8. Deus nonnisi procul, etiam ab electis videtur. Omnis homo eo ipso quo rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum qui se condidit Deum esse. Quem nimirum jam videre est damnationem illius ratiocinando conspicere. Cum vero dictum sit: Omnes homines vident eum, recte subjungitur: Unusquisque intuetur procul. Procul quippe eum intueri est non jam illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Procul illum hic etiam electi conspiciunt, quia necdum claritatem illius per acumen intimae visionis apprehendunt. Cui etsi jam per amorem juxta sunt, adhuc tamen ab illo terrenae inhabitationis pondere disjunguntur; et quamvis ei bene vivendo inhaereant, a contemplationis ejus specie longe se esse suspirant. Quem nimirum reprobi etiam cum ad judicium venientem viderint, procul intuentur, quia non eum in divinitatis forma, sed in sola qua et comprehendi potuit humanitate conspiciunt, quia videlicet eorum oculos reducta tunc ad memoriam sua male gesta reverberant, et dum ejus humanitatem vident, cujus divinitatis claritatem non vident, miro modo ab ejus visione quem conspiciunt longe fiunt. [Vet. III.] Sed cum dicitur: Memento quod ignores opus ejus, ac deinde subjungitur: Omnes homines vident eum, quem, sicut diximus, videre est transcendentem omnia ejus essentiam ex ratione colligere, valde mirandum est quod et ipsum cernimus, et ejus opus ignoramus. Dubii quippe de ejus essentia non sumus, et tamen in ejus judiciis incerti remanemus. Patet nobis quod summum est, absconditur quod minimum. Minus quippe sunt ejus opera quam ipse; et agentem cernimus, sed in actione caligamus: quia videlicet cur quid fiat incertum est, sed quis sit qui haec incerta faciat, incertum non est. Dicat ergo: Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri: Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul, quia eum, cujus judicia minime comprehendimus, esse per rationem videmus; quem tamen adhuc procul cernimus, quia ab ejus fortitudine nubilo infirmitatis nostrae separamur. Sequitur:

Caput VI

[Rec. IV].

VERS. 26.---Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.

8. Dios no es visto sino desde lejos, incluso por los electos. Todo hombre, por el hecho mismo de que ha sido creado racional, debe colegir por la razón que aquel que lo creó es Dios. Al cual ciertamente ya ver es contemplar su condenación por el raciocinio. Pero cuando se ha dicho: Todos los hombres lo ven, rectamente se añade: Cada uno lo contempla desde lejos. Pues contemplarlo desde lejos es no verlo ya por la especie, sino todavía ponderarlo por la sola admiración de sus obras. Desde lejos lo contemplan aquí también los electos, porque todavía no aprehenden su claridad por la agudeza de la visión íntima. A quien aunque ya están cerca por el amor, todavía sin embargo están separados de él por el peso de la inhabitación terrenal; y aunque se adhieran a él viviendo bien, suspiran por estar lejos de la especie de su contemplación. Al cual ciertamente los réprobos también, cuando lo vean venir al juicio, lo contemplan desde lejos, porque no lo ven en la forma de la divinidad, sino solo en aquella humanidad en la cual pudo ser comprendido, porque ciertamente sus malas obras, reducidas entonces a la memoria, reverberan en sus ojos, y mientras ven su humanidad, cuya claridad de la divinidad no ven, de modo admirable se hacen lejanos de la visión de aquel a quien contemplan. [Ant. III.] Pero cuando se dice: Recuerda que ignoras su obra, y luego se añade: Todos los hombres lo ven, a quien, como hemos dicho, ver es colegir por la razón su esencia que trasciende todas las cosas, es muy de admirar que tanto lo veamos a él, como ignoremos su obra. Pues no somos dudosos de su esencia, y sin embargo permanecemos inciertos en sus juicios. Nos está patente lo que es sumo, se nos esconde lo que es mínimo. Pues menores son sus obras que él mismo; y lo vemos actuando, pero nos cegamos en la acción: porque ciertamente es incierto por qué se hace algo, pero quién es el que hace estas cosas inciertas, no es incierto. Diga, pues: Recuerda que ignoras su obra, de la cual cantaron los varones: Todos los hombres lo ven, cada uno lo contempla desde lejos, porque vemos por la razón que es aquel cuyos juicios mínimamente comprendemos; al cual sin embargo todavía contemplamos desde lejos, porque estamos separados de su fortaleza por la nube de nuestra debilidad. Sigue:

Capítulo VI

[Rec. IV].

VERS. 26.---He aquí, Dios es grande, que vence nuestra ciencia.

9. De Deo tunc tantum aliquid intelligere incipimus, cum eum nos digne cognoscere non posse sentimus. Superius dixerat: Ecce Deus excelsus: nunc iterum dicit: Ecce Deus magnus. Quid est quod de Deo loquens ecce dicit, et ecce repetit, nisi quod ecce dicimus de ea re quam in praesenti monstramus? et quia Deus ubique praesens est, cum de illo ecce dicitur, etiam non videntibus adesse memoratur. Bene autem eum vincere scientiam nostram narrat, quem videri ab omnibus dixerat, quia etsi ex ratione conspicitur, magnitudo tamen illius nulla nostri sensus subtilitate penetratur. Quidquid namque de claritate ejus magnitudinis scimus, infra ipsum est; et tanto ab ejus scientia longe repellimur, quanto ejus potentiam nos comprehendisse suspicamur. Nam quamvis in altum mens nostra rapiatur, ejus tamen magnitudinis immensitate transcenditur. Cujus tunc aliquid quasi ex parte cognoscimus, quando eum nos digne cognoscere non posse sentimus. Sequitur:

CAPUT VII.

Ibid.---Numerus annorum ejus inaestimabilis.

857 10. Deus sine spatio immensus, sine initio aut fine aeternus. Dicere utcunque aeternitatem voluit, et ipsam aeternitatis longitudinem annos vocavit. Cum enim brevitatem temporis dilatare volumus, momenta per horas, horas per dies, dies per menses, menses autem per annos extendimus. Quia ergo peramplum quiddam dicere voluit, sed quid diceret latius non invenit, in Deo annos sine aestimatione numeri multiplicavit, dicens: Numerus annorum ejus inaestimabilis, ut dum ea quae apud se sunt prolixa multiplicat, aeternitatis longitudinem se metiri non posse infirmitas humana cognoscat. Tende itaque oculum in aeternitatem, ut videas Deum, vel quando est a principio, vel quousque; et nusquam finis superior, quia esse non incipit; nusquam finis inferior, quia esse non desinit. Intra ipsum omnia coangustantur, ipse vero circa omnia sine spatio extenditur, sine loco dilatatur. Ecce cuncta quae facta sunt, ea ipsa circumscriptione qua creata sunt, superiori et inferiori fine cinguntur. Lege enim sua, quia a non esse incipiunt, festinant non esse.

9. De Dios entonces solo empezamos a entender algo, cuando sentimos que no podemos conocerlo dignamente. Superiormente había dicho: He aquí, Dios es excelso: ahora de nuevo dice: He aquí, Dios es grande. ¿Qué es lo que hablando de Dios dice he aquí, y repite he aquí, sino que decimos he aquí de aquella cosa que mostramos en el presente? y porque Dios está presente en todas partes, cuando de él se dice he aquí, se recuerda que está presente incluso para los que no lo ven. Pero bien narra que él vence nuestra ciencia, a quien había dicho que era visto por todos, porque aunque se contempla por la razón, sin embargo su magnitud no es penetrada por ninguna sutileza de nuestro sentido. Pues todo lo que sabemos de la claridad de su magnitud, está por debajo de él; y tanto somos repelidos lejos de su ciencia, cuanto sospechamos haber comprendido su potencia. Pues aunque nuestra mente sea arrebatada a lo alto, sin embargo es trascendida por la inmensidad de su magnitud. De quien entonces conocemos algo casi de parte, cuando sentimos que no podemos conocerlo dignamente. Sigue:

CAPÍTULO VII.

Ibíd.---El número de sus años es inestimable.

857 10. Dios es inmenso sin espacio, eterno sin principio ni fin. Quiso hablar de algún modo de la eternidad, y llamó años a la misma longitud de la eternidad. Pues cuando queremos dilatar la brevedad del tiempo, extendemos los momentos en horas, las horas en días, los días en meses, y los meses en años. Porque, por tanto, quiso decir algo muy amplio, pero no encontró nada más lato que decir, multiplicó en Dios los años sin estimación de número, diciendo: El número de sus años es inestimable, para que mientras multiplica aquellas cosas que en sí son prolífas, la humana enfermedad conozca que no puede medir la longitud de la eternidad. Tiende, pues, el ojo a la eternidad, para que veas a Dios, sea cuándo es desde el principio, o hasta cuándo; y en ninguna parte hay fin superior, porque no empieza a ser; en ninguna parte fin inferior, porque no deja de ser. Dentro de él todas las cosas se angostan, pero él se extiende alrededor de todas las cosas sin espacio, se dilata sin lugar. He aquí que todas las cosas que han sido hechas, por esa misma circunscripción con que fueron creadas, están ceñidas por un fin superior e inferior. Pues por su propia ley, porque empiezan del no ser, se apresuran a no ser.

11. Quaedam aeterna futura sunt, sed non fuerunt. Sed quaedam mirabiliter acceperunt ut quamvis ea finis superior inchoat, finis tamen inferior non constringat; et licet esse incipiant, esse in perpetuum non desistant. Horum vero aeternitas idcirco summae est aeternitati dissimilis, quia aeterna esse coeperunt. Cum ad extrema prospicimus, horum finem, qui omnino deest, non comprehendimus; eorum tamen initia cernimus, cum mentem retro revocamus; et dum in eis infra supraque animum ducimus, non capimus omnino quousque sunt, sed videmus ex quo. Deus autem quia quasi quiddam in eo per aeternitatem longum est, quod nec initio oritur, nec fine terminatur, nec ex quo in semetipso recipit, nec quousque, dicatur ergo: Numerus annorum ejus inaestimabilis. Per hoc ergo quod annorum illius numerus dicitur, diutinum ejus esse ostenditur. Per hoc vero quod inaestimabilis memoratur, hoc ipsum esse infinitum et incomprehensibile demonstratur. Sed quia humanis mentibus innotescat agnovimus, dum omnes homines vident eum; et quia ejus magnitudinem admirantes cernimus, dum annorum ejus numerus inaestimabilis habetur, restat jam ut etiam quid agat audiamus. Sequitur:

Caput VIII

[Vet. IV, Rec. V].

VERS. 27.---Qui aufert stellas pluviae , et effundit imbres ad instar gurgitum.

12. Sancti patriarchae et prophetae stellae fuerunt pluviam generantes. Duo in hac vita sunt genera justorum: unum videlicet bene viventium, sed nulla docentium; aliud vero recte viventium, et eadem recta docentium, sicut et in coeli facie aliae stellae prodeunt quas nullae pluviae subsequuntur, aliae prodeunt quae arentem terram magnis imbribus infundunt. Igitur quoties in sancta Ecclesia recte quidam vivunt, sed tamen praedicare eamdem rectitudinem nesciunt, stellae quidem sunt, sed in siccitate aeris natae; quia per exemplum bene vivendi lucere caeteris possunt, sed per praedicationis verbum pluere nequeunt. Cum vero in ea quidam et recte vivunt, et aliis eamdem rectitudinem verbis praedicationis influunt, quasi ad proferendas pluvias in coelo stellae producuntur, quae sic vitae suae meritis luceant, ut etiam sermone praedicationis pluant.

11. Algunas cosas han de ser eternas, pero no lo fueron. Pero algunas cosas maravillosamente recibieron que, aunque un fin superior las inicie, sin embargo un fin inferior no las restrinja; y aunque empiecen a ser, no dejen de ser para siempre. Pero la eternidad de estas es por esto disímil a la suma eternidad, porque empezaron a ser eternas. Cuando miramos hacia lo extremo, no comprendemos el fin de estas, que falta por completo; sin embargo vemos sus inicios, cuando retiramos la mente hacia atrás; y mientras en ellas llevamos el ánimo por debajo y por encima, no captamos en absoluto hasta cuándo son, pero vemos desde cuándo. Pero Dios, porque en él hay como algo largo por la eternidad, que ni nace con un principio, ni se termina con un fin, ni recibe en sí mismo ni el desde cuándo ni el hasta cuándo, dígase pues: El número de sus años es inestimable. Por esto, pues, que se dice el número de sus años, se muestra su larga duración. Pero por esto que se recuerda como inestimable, se demuestra que este mismo ser es infinito e incomprensible. Pero porque hemos reconocido que se da a conocer a las mentes humanas, mientras todos los hombres lo ven; y porque lo contemplamos admirando su magnitud, mientras el número de sus años se tiene por inestimable, resta ya que también oigamos qué hace. Sigue:

Capítulo VIII

[Ant. IV, Rec. V].

VERS. 27.---Que quita las estrellas de la lluvia, y derrama aguaceros a manera de gurgites.

12. Los santos patriarcas y profetas fueron estrellas que generaban lluvia. Dos son en esta vida los géneros de justos: uno, a saber, de los que viven bien, pero nada enseñan; otro, en cambio, de los que viven rectamente, y enseñan esas mismas cosas rectas, así como también en la faz del cielo unas estrellas salen a las cuales no siguen ningunas lluvias, otras salen que riegan la tierra árida con grandes aguaceros. Por tanto, cuantas veces en la santa Iglesia algunos viven rectamente, pero sin embargo no saben predicar esa misma rectitud, estrellas son por cierto, pero nacidas en la sequedad del aire; porque por el ejemplo de vivir bien pueden lucir a los demás, pero por la palabra de la predicación no pueden llover. En cambio, cuando en ella algunos tanto viven rectamente, como influyen en otros esa misma rectitud con las palabras de la predicación, como para producir lluvias en el cielo son producidas las estrellas, que de tal modo luzcan por los méritos de su vida, que también lluevan por el sermón de la predicación.

An non in hoc coelo astrum pluviae Moyses exstitit, 858 qui cum de supernis emicuit, corda peccantium quasi arentem inferius terram sanctae exhortationis pluvia ad ubertatem germinis infudit? An non Isaias astrum pluviae ostensus est, qui in eo quod lucem veritatis praevidens tenuit, siccitatem infidelium prophetando annuntians rigavit? An non Jeremias et prophetae caeteri, velut in coelo positi astra pluviae fuerunt, qui in praedicationis culmine erecti, dum pravitatem peccantium libere increpare ausi sunt, quasi verborum guttis obcaecationis humanae pulverem rigando presserunt? Quorum videlicet animas ab hac corruptibili carne susceptas, quia ex praesenti vita superna judicia auferunt, quasi a coeli facie stellae pluviae subtrahuntur, et ad occultum astra redeunt, dum peractis suis cursibus sanctorum animae in thesauris dispositionis intimae reconduntur.

13. His subductis, missi apostoli, qui imbres tanquam gurgites effuderunt. Sed quia terra aresceret si subductis stellis pluviae superna funditus fluenta cessarent, recte dicitur: Qui aufert stellas pluviae, et effundit imbres ad instar gurgitum. Nam cum prophetas abstulit, eorum vice Dominus apostolus misit, qui in similitudinem gurgitum pluerent, postquam subductis antiquis Patribus exteriora legis praedicamenta tacuissent. Stellas ergo pluviae abscondit, et ad instar gurgitum imbres fudit, quia dum praedicatores legis ad secreta et intima retulit, per dicta sequentium uberior vis praedicationis emanavit.

[Vet. V.] 14. Post apostolos, sancti Patres doctrinam sacram auxerunt. Possunt quoque per stellas pluviae, sancti apostoli designari, de quibus Judaeae reprobatae per Jeremiam dicitur: Prohibitae sunt stellae pluviarum , et serotinus imber non fuit (Jerem. III, 3). Stellas ergo pluviae Dominus abstraxit, atque ad instar gurgitum imbres fudit, quia cum de Judaea praedicantes apostolos abstulit, doctrina novae gratiae mundum rigavit. Quod utrumque factum in Ecclesia potest non inconvenienter intelligi, quia cum solutis corporibus ad secretos supernorum sinus apostolorum animas retulit, quasi a coeli facie stellas pluviae abscondit. Sed ablatis stellis pluviae, in morem gurgitum imbres dedit, quia etiam reductis ad superna apostolis, per expositorum sequentium linguas, divinae fluenta scientiae diu abscondita largiori effusione patefecit. Nam quod illi sub brevitate locuti sunt, hoc exponendo isti multipliciter auxerunt.

¿Acaso en este cielo no fue astro de lluvia Moisés, 858 el cual, cuando resplandeció desde lo alto, regó los corazones de los pecadores como la tierra árida de abajo con la lluvia de la santa exhortación para la abundancia del germen? ¿Acaso no se mostró Isaías como astro de lluvia, quien en aquello que mantuvo previendo la luz de la verdad, regó la sequedad de los infieles anunciando proféticamente? ¿Acaso no fueron Jeremías y los demás profetas, como puestos en el cielo, astros de lluvia, quienes erigidos en la cumbre de la predicación, mientras se atrevieron a increpar libremente la perversidad de los pecadores, como con gotas de palabras oprimieron regando el polvo de la obcecación humana? Cuyas almas ciertamente, recibidas de esta carne corruptible, porque los juicios celestiales las quitan de la presente vida, como de la faz del cielo son sustraídas las estrellas de la lluvia, y vuelven a los astros ocultos, mientras acabados sus cursos las almas de los santos se guardan en los tesoros de la disposición íntima.

13. Retirados estos, fueron enviados los apóstoles, que derramaron lluvias como gurgites. Pero porque la tierra se agostaría si, sustraídas las estrellas de la lluvia, cesaran por completo los celestiales raudales, rectamente se dice: Que quita las estrellas de la lluvia, y derrama aguaceros a manera de gurgites. Pues cuando quitó a los profetas, en vez de ellos el Señor envió a los apóstoles, que llovieran a semejanza de gurgites, después que, retirados los antiguos Padres, hubieran callado los predicamentos exteriores de la ley. Escondió, pues, las estrellas de la lluvia, y derramó aguaceros a manera de gurgites, porque mientras retiró a los predicadores de la ley a lo secreto e íntimo, por los dichos de los que siguieron emanó una fuerza más abundante de predicación.

[Ant. V.] 14. Después de los apóstoles, los santos Padres aumentaron la sagrada doctrina. Pueden también por las estrellas de la lluvia designarse los santos apóstoles, de los cuales se dice a la Judea réproba por Jeremías: Prohibidas han sido las estrellas de las lluvias, y la lluvia serotina no hubo (Jerem. III, 3). Las estrellas, pues, de la lluvia el Señor las abstrajo, y derramó aguaceros a manera de gurgites, porque cuando de Judea quitó a los apóstoles predicadores, la doctrina de la nueva gracia regó el mundo. Lo cual hecho de ambos modos puede entenderse no inconvenientemente en la Iglesia, porque cuando a los secretos senos de los celestiales retiró las almas de los apóstoles, disueltos sus cuerpos, como de la faz del cielo escondió las estrellas de la lluvia. Pero quitadas las estrellas de la lluvia, dio aguaceros al modo de gurgites, porque incluso retirados a lo alto los apóstoles, por las lenguas de los expositores subsiguientes, abrió los raudales de la ciencia divina largo tiempo escondidos con una más larga efusión. Pues lo que aquellos hablaron bajo brevedad, esto lo aumentaron estos múltiplemente exponiéndolo.

Unde et non immerito ipsa expositorum praedicatio gurgitibus comparatur: quia dum multorum praecedentium dicta colligunt, ipsi in eo quod astruunt profundius dilatantur. Nam dum testimonia testimoniis jungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt. Quorum verbis dum quotidie gentilitas docetur, quia peccatorum mens coelestem scientiam accipit, quasi stans in terra aqua gurgites ostendit. Sed nequaquam se eisdem apostolis expositores in scientia praeferant, cum exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe incessanter debent, per quos ejusdem scientiae inventiones acceperunt. Unde et apte subjungitur:

CAPUT IX.

VERS. 28.---Qui de nubibus fluunt.

15. Nec tamen apostolis hujus doctrinae primis traditoribus praeferendi. Hi quippe de nubibus gurgites fluunt, quia si ex sanctis apostolis vis intelligentiae non inciperet, nequaquam per doctorum ora largior manaret. In Scriptura enim sacra aliquando per nubes, 859 mobiles quique homines, aliquando prophetae, aliquando autem apostoli designantur. Per nubes quippe mobilitas humanae mentis exprimitur, sicut Salomon ait: Qui ventum observat, non seminat; et qui considerat nubes, nunquam metit (Eccle. XI, 4). Ventum procul dubio immundum spiritum, nubes vero subjectos ei homines appellat; quos toties huc illucque impellit et revocat, quoties tentationes ejus in eorum cordibus suggestionum flatibus alternant. Qui igitur ventum observat, non seminat, quia qui tentationes venturas metuit, cor ad bona opera non proponit. Et qui considerat nubes, non metit, quia is qui ante humanae mutabilitatis terrorem trepidat, mercedis aeternae retributione se privat. Per nubes prophetae figurantur, sicut per Psalmistam dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aeris (Psal. XVII, 12); id est, occulta scientia in prophetis. [Vet. VI.] Per nubes quoque apostoli designantur, sicut per Isaiam dicitur: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem (Isai. V, 6). Ipsi igitur stellae, quia vitae meritis lucent; ipsi nubes, quia arentem nostri pectoris terram coelestis intelligentiae fluentis rigant. Si enim nubes non essent, nequaquam eos intuens propheta dixisset: Qui sunt isti, qui ut nubes volant (Isai. LX, 8)? Imbrium itaque gurgites de nubibus fluunt, quia profundae praedicationes sequentium intelligentiae originem a sanctis apostolis acceperunt. De quibus adhuc nubibus apte subjungitur:

De donde y no sin merecimiento la misma predicación de los expositores se compara a los gurgites: porque mientras recogen los dichos de muchos precedentes, ellos mismos en lo que edifican se dilatan más profundamente. Pues mientras unen testimonios a testimonios, hacen como de gotas gurgites. Por cuyas palabras mientras diariamente la gentilidad es enseñada, porque la mente de los pecadores recibe la ciencia celestial, como agua que está en la tierra muestra gurgites. Pero de ningún modo se prefieran los expositores en ciencia a los mismos apóstoles, cuando hablando más latamente exponen. Pues deben recordar incesantemente por quiénes recibieron las invenciones de esa misma ciencia. De donde también aptamente se añade:

CAPÍTULO IX.

VERS. 28.---Que fluyen de las nubes.

15. Ni sin embargo han de ser preferidos a los apóstoles, primeros transmisores de esta doctrina. Estos gurgites fluyen ciertamente de las nubes, porque si de los santos apóstoles no empezara la fuerza de la inteligencia, de ningún modo manaría más larga por las bocas de los doctores. Pues en la Sagrada Escritura a veces por las nubes, 859 cualesquiera hombres mudables, a veces los profetas, y a veces los apóstoles son designados. Por las nubes ciertamente se expresa la mudabilidad de la mente humana, como dice Salomón: El que observa el viento, no siembra; y el que considera las nubes, nunca siega (Ecl. XI, 4). Al viento sin duda llama espíritu inmundo, y nubes a los hombres a él sujetos; a los cuales tantas veces impele y revoca de aquí para allá, cuantas sus tentaciones alternan en sus corazones con los soplos de las sugestiones. El que, pues, observa el viento, no siembra, porque el que teme las tentaciones venideras, no propone su corazón a las buenas obras. Y el que considera las nubes, no siega, porque aquel que trepida ante el terror de la mutabilidad humana, se priva de la retribución de la recompensa eterna. Por las nubes se figuran los profetas, como se dice por el Salmista: Agua tenebrosa en las nubes del aire (Sal. XVII, 12); esto es, ciencia oculta en los profetas. [Ant. VI.] Por las nubes también los apóstoles son designados, como se dice por Isaías: Mandaré a las nubes que no lluevan sobre ella aguacero (Is. V, 6). Ellos pues son estrellas, porque lucen por los méritos de la vida; ellos mismos nubes, porque riegan la tierra árida de nuestro pecho con los raudales de la inteligencia celestial. Pues si no fueran nubes, de ningún modo contemplándolos el profeta habría dicho: ¿Quiénes son estos, que vuelan como nubes (Is. LX, 8)? Los gurgites, pues, de las lluvias fluyen de las nubes, porque las profundas predicaciones de los subsiguientes recibieron el origen de la inteligencia de los santos apóstoles. De las cuales nubes todavía aptamente se añade:

CAPUT X.

IBID.---Quae praetexunt cuncta desuper.

16. Nubes cur apostoli dicantur. Nubes cum desuper aerem praetexunt, si in coelum oculos attollimus, non coelum, sed ipsas intuemur; nec visus noster aethereas plagas penetrat, quia ei illas ipsa sua infirmitas occultat; et cum de coelo sol rutilat, prius interfuso aere pascitur, ut post in coelo solis radios contempletur. Quia ergo carnales homines sumus, cum superna appetere nitimur, quasi in coelum oculos levamus, et velut in coelum aciem intendimus, quia, pressi usu rerum corporalium, docere spiritalia conamur. Sed quia transire intellectus noster ad divina non sinitur, nisi prius per sanctorum praecedentium exempla formetur, quasi jam coetum noster oculus suscipit, sed nubes videt, quia comprehendere ea quae Dei sunt appetit, sed vix mirari ea quae hominibus collata sunt potest. Unde et alias dicitur: Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis (Psal. LXXV, 5). Qui enim orientem solem contemplari non valet, irradiatos montes aspicit, et quia sol ortus sit deprehendit. Ex aeternis ergo montibus nos Deus illuminat, quia per admiratam vitam Patrum praecedentium, radio nos suae claritatis illustrat. Ecce in studio devotionis dominicae et charitatis accendimur, sed in hac devotione atque charitate melius harum nubium contemplatione formamur. Quid enim devotius Petro (Matth. XIV. 29)? Quid charius Joanne (Joan. XIII, 23)? Ille per devotionem fluida maris dorsa calcare non timuit, iste per amorem in ipso auctoris nostri pectore requievit; et qui ad corporalis coenae refectionem venerat, spiratale pabulum de sinu Redemptoris sumpsit.

[Ver. VII.] 17. Cur prophetae et antiqui Patres nubes quoque dicantur. Abraham obedientiam nos docet; Isaac patientiam; Jacob laboriosam vitam; Joseph castitatem; Moyses mansuetudinem; Josue constantiam; Samuel benignitatem; David pietatem et humilitatem. Sed quia signari per nubes etiam prophetas diximus, necesse est ut adhuc ad medium superiorum Patrum exempla deducamus. Ecce cum praeceptis coelestibus subdi per obedientiam cupimus, 860 consideratis antiquorum patrum vestigiis juvamur.

CAPÍTULO X.

IBÍD.---Que cubren todas las cosas desde arriba.

16. Por qué los apóstoles son llamados nubes. Las nubes, cuando cubren el aire desde arriba, si levantamos los ojos al cielo, no contemplamos el cielo, sino a ellas mismas; ni nuestra vista penetra las regiones etéreas, porque su propia enfermedad se las oculta; y cuando desde el cielo el sol brilla, primero se alimenta por el aire interpuesto, para que después contemple en el cielo los rayos del sol. Porque, pues, somos hombres carnales, cuando nos esforzamos por apetecer las cosas celestiales, como que levantamos los ojos al cielo, y como que hacia el cielo dirigimos la mirada, porque, oprimidos por el uso de las cosas corporales, intentamos enseñar las espirituales. Pero porque no se permite a nuestro intelecto pasar a lo divino, si no es formado primero por los ejemplos de los santos precedentes, nuestro ojo como que ya recibe el cielo, pero ve las nubes, porque apetece comprender aquellas cosas que son de Dios, pero apenas puede admirar aquellas que han sido conferidas a los hombres. De donde también en otra parte se dice: Iluminas tú admirablemente desde los montes eternos (Sal. LXXV, 5). Pues quien no puede contemplar el sol naciente, mira los montes irradiados, y comprende que el sol ha salido. Desde los montes eternos, pues, nos ilumina Dios, porque por la admirada vida de los Padres precedentes, nos ilustra con el rayo de su claridad. He aquí que nos encendemos en el estudio de la devoción dominical y de la caridad, pero en esta devoción y caridad nos formamos mejor por la contemplación de estas nubes. ¿Qué más devoto que Pedro (Mat. XIV, 29)? ¿Qué más amado que Juan (Juan XIII, 23)? Aquel por la devoción no temió calcar los fluidos dorsos del mar, este por el amor descansó en el mismo pecho de nuestro Autor; y el que había venido a la refección de la cena corporal, tomó el alimento espiritual del seno del Redentor.

[Ant. VII.] 17. Por qué los profetas y antiguos Padres son llamados también nubes. Abraham nos enseña la obediencia; Isaac, la paciencia; Jacob, la vida laboriosa; José, la castidad; Moisés, la mansedumbre; Josué, la constancia; Samuel, la benignidad; David, la piedad y la humildad. Pero porque hemos dicho que por las nubes se significan también los profetas, es necesario que todavía traigamos al medio los ejemplos de los Padres superiores. He aquí que cuando deseamos someternos a los preceptos celestiales por la obediencia, 860 somos ayudados por las consideradas huellas de los antiguos padres.

Quid enim Abraham obedientius, qui ad unam vocem dominicam cognatos ac patriam deserit, et pro adipiscenda aeterna haereditate ipsum ferire non trepidat quem senex jam et pene moriturus acceperat haeredem (Genes. XII, 4)? Cum patientiae virtutem apprehendere conamur, praecedentium exempla conspicimus. Quid enim Isaac patientius, qui ligna portat, de holocausto interrogat, atque post paululum ligatur, et non loquitur; arae superponitur et non reluctatur (Genes. XXII, 7)? Quid ergo isto viro dici patientius potest, qui quasi ad solatium ducitur, et requirit; ad feriendum ligatur, et conticescit; et oblaturus holocaustum interrogat, offerendus in holocaustum tacet? Cum accingi ad laborum tolerantiam nitimur, exemplis praecedentibus sublevamur. Quid enim Jacob laboriosius, qui apud Laban tam longo tempore propinquus jure cognationis, opera exercuit servitutis, et vice obsecutus est famuli, ut perfrueretur praemiis haeredis (Genes. XXX, 26)? Cum arcem continentiae et castitatis ascendere nitimur, exemplis praecedentium sublevamur. Quid enim Joseph castius, qui ad desiderium petulantis dominae, jugo luxuriae premi non potuit etiam captivus? Et quidem hominibus exstitit servus, sed contra dominantem nequitiam et in servitio liber fuit (Genes. XXXIX, 12). Cum mansuetudine repleri concupiscimus, praecedentium exemplis adjuvamur. Quid enim Moyse mansuetius, qui commissi sibi populi seditionem tolerat, et tamen irascentem Dominum pro eisdem suis persecutoribus rogat, seque pro illis divino furori objicit, quia in sancto ejus pectore etiam ex persecutione charitas ignescit (Exod. XXXII, 32)? Cum contra adversa mundi formare mentis constantiam nitimur, praecedentium consideratione fulcimur. Quid enim Josue constantius, qui ad explorandam gentium qualitatem missus, nec proceritatis magnitudinem, nec numerositatis multitudinem expavit. Unde et easdem gentes, quas explorando non timuit, etiam praeliando prostravit (Josue X, 7). Cum benignitatis culmen apprehendere conamur, praecedentium exemplis instruimur. Quid enim Samuele benignius, qui de principatu regendi populi dejectus, successorem sibi humiliter requirit, inventumque ungit in regem, unctum mox patitur persecutorem (I Reg. X; XII, 1). A quo ne moriatur, trepidat; et tamen ne ei Dominus irascatur, rogat. Ipse quippe cum mitteretur, ait: Audiet Saul, et interficiet me (I Reg. XVI, 2). Et ei per semetipsam Veritas dicit: Quousque tu luges Saulem, cum ego abjecerim eum (Ibid., 1)? Quid ergo isto viro benignius dici potest, qui et hunc non vult divinitus percuti a quo formidat occidi? Cum ad pietatis atque humilitatis celsitudinem tendimus, praecedentium exemplis levamur.

¿Qué más obediente que Abraham, quien a una sola voz divina abandona parientes y patria, y por alcanzar la herencia eterna no teme herir a aquel que él, ya anciano y casi a punto de morir, había recibido como heredero (Gén. XII, 4)? Cuando nos esforzamos por aprehender la virtud de la paciencia, contemplamos los ejemplos de los precedentes. ¿Qué más paciente que Isaac, quien lleva la leña, interroga sobre el holocausto, y después de un poco es atado, y no habla; es puesto sobre el ara y no se resiste (Gén. XXII, 7)? ¿Qué pues puede decirse más paciente que este varón, que es llevado como al consuelo, e interroga; es atado para ser herido, y enmudece; y habiendo de ofrecer el holocausto interroga, habiendo de ser ofrecido en holocausto calla? Cuando nos esforzamos por ceñirnos para la tolerancia de los trabajos, somos aliviados por los ejemplos precedentes. ¿Qué más laborioso que Jacob, quien con Labán por tanto tiempo, siendo pariente por derecho de cognación, ejerció las obras de la servidumbre, y siguió en vez de un criado, para disfrutar de los premios del heredero (Gén. XXX, 26)? Cuando nos esforzamos por ascender al alcázar de la continencia y de la castidad, somos aliviados por los ejemplos precedentes. ¿Qué más casto que José, quien ante el deseo de una dueña petulante, no pudo ser oprimido por el yugo de la lujuria aun siendo cautivo? Y ciertamente existió como siervo para los hombres, pero contra la necedad dominante incluso en el servicio fue libre (Gén. XXXIX, 12). Cuando deseamos llenarnos de mansedumbre, somos ayudados por los ejemplos precedentes. ¿Qué más manso que Moisés, quien tolera la sedición del pueblo a él encomendado, y sin embargo ruega al Señor airado por esos mismos sus perseguidores, y se opone él mismo por ellos al furor divino, porque en su santo pecho incluso desde la persecución la caridad se enciende (Éxodo XXXII, 32)? Cuando contra las adversidades del mundo nos esforzamos por formar la constancia de la mente, somos apoyados por la consideración de los precedentes. ¿Qué más constante que Josué, quien enviado a explorar la calidad de las gentes, ni temió la magnitud de la proceridad, ni la multitud de la numerosidad. De donde también a esas mismas gentes, que explorando no temió, también combatiendo postró (Josué X, 7). Cuando nos esforzamos por aprehender la cumbre de la benignidad, somos instruidos por los ejemplos precedentes. ¿Qué más benigno que Samuel, quien de la primacía de regir al pueblo derribado, busca para sí humildemente un sucesor, y al hallado lo unge por rey, y pronto padece al ungido como perseguidor (I Rey. X; XII, 1). Ante el cual trepida por que no muera; y sin embargo ruega para que el Señor no se aire con él. Él mismo ciertamente cuando era enviado, dijo: Oirá Saúl, y me matará (I Rey. XVI, 2). Y a él por sí misma la Verdad dice: ¿Hasta cuándo lloras tú a Saúl, habiéndolo yo desechado (Ibíd., 1)? ¿Qué pues puede decirse más benigno que este varón, que incluso no quiere que sea herido divinamente aquel por quien teme ser muerto? Cuando tendemos a la celsitud de la piedad y de la humildad, somos elevados por los ejemplos precedentes.

Quid enim David misericordius, quid humilius dici potest, qui a rege reprobo pro victoriis contumelias recepit, qui de manu hostili Israeliticam gentem fortis eripuit, et tamen ipse ne moriatur quasi debilis fugit (I Reg. XVII, 18, 19); qui et se electum divino judicio, et persecutorem suum reprobum agnoscit, et tamen eidem persecutori suo crebrae satisfactionis humilitate se subjicit, qui persecutoris lanceam tollit, oram chlamydis detruncat, atque ad cacumen montis protinus properat, et uno eodemque tempore quia 861 occidendi potestatem habuerit ostentat, et ne occidatur rogat?

18. More nubium extensa super nos illorum sanctorum vita legimur. Quia ergo in cunctis quae spiritaliter appetimus exemplis praecedentibus informamur, bene de his nubibus dicitur: Quae praetexunt cuncta desuper. More enim nubium extensa super nos patrum vita tegimur, ut ad fructum fecundi germinis infundamur. Et quasi intuentes coelum prius nubes aspicimus, quia ante bonorum facta admirando cernimus, et post illa quae sunt coelestia experiendo penetramus. Sed quia nequaquam harum nubium, id est antiquorum patrum, vita nobis virtusque patesceret, nisi eam nubes aliae, id est sancti apostoli lumine suae praedicationis aperirent, ad has nubes quae praedicando mundum circumeunt sermo redeat, et quid per illas Dominus in mundo egerit ostendat. Sequitur:

Caput XI

[Rec. VI].

VERS. 29, 30.---Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.

19. Sancti Dei tentoria sunt, in quibus apud nos habitat et ambulat. Paulo Romam petente, latens in ejus pectore quasi sub tentorio ibat Deus.---Extendit nubes Dominus, dum ministris suis viam praedicationis aperiens, eos in mundi latitudinem circumquaque diffundit. Bene autem dictum est: Quasi tentorium suum. Tentorium quippe in itinere poni solet. Et cum praedicatores sancti in mandum mittuntur, iter Deo faciunt. Unde scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te (Malac. III 1). Et unde rursum per Psalmistam dicitur: Iter facite ei qui ascendit super occasum (Psal. LXVII, 5). Et rursum: Deus, cum egredereris coram populo tuo, dum transgredereris per desertum, terra mota est (Ibid., 8). Deus enim, qui per semetipsum non localiter ubique est, per praedicatores suos in mundi partes localiter ambulat. Unde etiam per prophetam dicitur: Et inambulabo in eis (Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16). Iter quippe per eos agit, dum humanis cordibus eorum se eloquio infundit.

¿Qué más misericordioso, qué más humilde puede decirse que David, quien de un rey réprobo por las victorias recibió oprobios, quien de la mano hostil la gente israelita fuerte arrebató, y sin embargo él mismo como débil huye por que no muera (I Rey. XVII, 18, 19); quien tanto se reconoce electo por el juicio divino, como a su perseguidor réprobo, y sin embargo a ese mismo su perseguidor con la humildad de frecuente satisfacción se somete, quien la lanza del perseguidor quita, la orla del manto corta, y hacia la cumbre del monte prontamente se apresura, y en uno y el mismo tiempo ostenta que 861 tuvo potestad de matar, y ruega que no sea muerto?

18. Al modo de las nubes extendida sobre nosotros la vida de aquellos santos leemos. Porque pues en todas las cosas que espiritualmente apetecemos somos informados por los ejemplos precedentes, bien de estas nubes se dice: Que cubren todas las cosas desde arriba. Pues al modo de las nubes extendida sobre nosotros la vida de los padres somos protegidos, para que seamos regados para el fruto del fecundo germen. Y como contemplando el cielo primero miramos las nubes, porque primero vemos admirando los hechos de los buenos, y después penetramos experimentando aquellas cosas que son celestiales. Pero porque de ningún modo la vida y virtud de estas nubes, esto es de los antiguos padres, se nos haría patente, si otras nubes, esto es los santos apóstoles, no la abrieran con la luz de su predicación, vuelva el sermón a estas nubes que predicando circundan el mundo, y muestre qué por ellas el Señor obró en el mundo. Sigue:

Capítulo XI

[Rec. VI].

VERSÍCULOS 29, 30. — Si quisiere extender las nubes como su pabellón, y relampaguear con su luz desde lo alto, cubrirá también los quicios del mar.

19. Los santos de Dios son pabellones, en los cuales Él habita y camina entre nosotros. Cuando Pablo buscaba Roma, Dios iba oculto en su pecho como bajo un pabellón. — El Señor extiende las nubes cuando, abriendo el camino de la predicación a Sus ministros, los difunde por todas partes en la latitud del mundo. Además, bien se dice: Como su pabellón. Pues el pabellón suele colocarse en el viaje. Y cuando los santos predicadores son enviados al mundo, hacen camino para Dios. De donde está escrito: He aquí que envío a Mi ángel delante de Tu faz, el cual preparará Tu camino delante de Ti (Mal. 3, 1). Y de donde otra vez se dice por el Salmista: Haced camino a aquel que asciende sobre el ocaso (Sal. 67, 5). Y otra vez: Oh Dios, cuando salías delante de Tu pueblo, cuando pasabas por el desierto, la tierra se movió (Sal. 67, 8). Pues Dios, que por Sí mismo no está localmente en todas partes, camina localmente a través de Sus predicadores por las partes del mundo. De donde también se dice por el profeta: Y caminaré en ellos (Lev. 26, 12; 2 Cor. 6, 16). Pues por medio de ellos hace camino, mientras se infunde en los corazones humanos por la elocuencia de ellos.

Atque in hoc itinere tentoria Dei sunt haec eadem corda sanctorum, quibus quasi in via quiescendo tegitur, dum per haec ad mentes hominum veniens, agit quae disposuit, et non videtur. [Vet. VIII.] Hinc est quod simul omnis synagoga tentorium vocatur, cum cessasse a praedicatione sacerdotes Dominus per Jeremiam queritur, dicens: Non est qui extendat ultra tentorium meum, et erigat pelles meas (Jerem. X, 20). Hinc rursum de exterminatione ejus dicitur: Dissipavit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum (Thren. II, 6). Quia enim in unius populi cultu tunc Dominus inter homines latuit, eumdem sibi populum tentorium vocavit. Unde et recte nunc nubes istae ejus tentorium dicuntur, quia ad nos Deus per gratiam veniens, intra praedicatorum suorum mentes operitur. An Paulus ejus tentorium non erat, cum a Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum ad corda mortalium veniens, in ejus mente Dominus quiescebat (Rom. XV, 19)? Nubes quippe erat hominibus, tentorium Deo, quia quem praedicando, infundebat audientibus, hunc invisibiliter in mente retinebat. Idem rursus dum catenis vinctus Romam peteret Paulus occupaturus mundum, latens in ejus pectore quasi sub tentorio ibat Deus (Act. XXVIII, 15), quia et occultus videri non poterat, et per verba praedicationis proditus iter inchoatae gratiae sine cessatione peragebat. Nubes ejus Moyses exstitit, cum priusquam plebi Israeliticae ducatum praeberet, quadraginta annis in deserto permanens, et sublimia appetens, a conversatione populi segregatus vixit. Sed tentorium Dei factus est, cum ad revocandum populum in Aegyptum missus ibat (Exod. III, 10), portans invisibilem in corde veritatem, cum omnipotens Deus, qui patescebat in opere, latebat in corde. Et ubique praesens omnia continens, iter in suo famulo in Aegyptum veniens faciebat. Unde scriptum est: Ivit Deus in Aegyptum, ut redimeret sibi populum (Exod. XV, 13, sec. LXX). Ecce ire dicitur, per cujus incircumscriptam praesentiam cuncta continentur, quia is qui ubique ex majestate est quasi in via gressus ponit ex praedicatione.

20. Deus per sanctos fulgurat, cum edit miracula. Haec in praedicatoribus necessaria.---Sed eisdem sanctis praedicatoribus nequaquam ad persuadendum verba sufficiunt, nisi etiam miracula addantur. Unde cum dictum sit: Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, recte subjungitur: Et fulgurare lumine suo desuper. Quid enim sentire fulgura, nisi miracula debemus? de quibus per Psalmistam dicitur: Fulgura multiplicabis, et conturbabis eos (Psal. CXLIII, 6, sec. LXX). Per has ergo nubes lumine suo desuper fulgurat, quia per praedicatores sanctos insensibilitatis nostrae tenebras etiam miraculis illustrat.

Y en este viaje, estos mismos corazones de los santos son los pabellones de Dios, por los cuales se cubre como descansando en el camino, mientras viniendo por estos a las mentes de los hombres, obra lo que ha dispuesto, y no es visto. [Vet. VIII.] De aquí es que toda la sinagoga junta es llamada pabellón, cuando el Señor se queja por Jeremías de que los sacerdotes han cesado de predicar, diciendo: No hay quien extienda más Mi pabellón, y levante Mis cortinas (Jer. 10, 20). De aquí otra vez se dice de su exterminio: Disipó como un huerto Su pabellón, demolió Su tabernáculo (Lam. 2, 6). Porque como el Señor entonces yacía oculto entre los hombres en el culto de un solo pueblo, llamó a ese mismo pueblo Su pabellón. De donde también con razón ahora estas nubes son llamadas Su pabellón, porque Dios, viniendo a nosotros por la gracia, se oculta dentro de las mentes de Sus predicadores. ¿Acaso Pablo no era Su pabellón, cuando viniendo a los corazones de los mortales desde Jerusalén por el circuito hasta el Ilírico, el Señor descansaba en su mente (Rom. 15, 19)? Ciertamente era nube para los hombres, pabellón para Dios, porque a Aquel a quien predicando infundía en los oyentes, a Éste retenía invisiblemente en su mente. El mismo Pablo otra vez, mientras cargado de cadenas buscaba Roma para ocupar el mundo, Dios iba oculto en su pecho como bajo un pabellón (Hech. 28, 15), porque tanto oculto no podía ser visto, como manifestado por las palabras de la predicación, realizaba sin cesar el camino de la gracia iniciada. Moisés se mostró como Su nube cuando, antes de ofrecer el liderazgo al pueblo de Israel, permaneciendo cuarenta años en el desierto y aspirando a cosas sublimes, vivió segregado de la conversación del pueblo. Pero fue hecho pabellón de Dios cuando, enviado a reclamar al pueblo a Egipto, iba (Éx. 3, 10), portando la verdad invisible en el corazón, mientras el Dios omnipotente, que se manifestaba en la obra, se ocultaba en el corazón. Y presente en todas partes conteniendo todas las cosas, hacía camino viniendo en Su siervo a Egipto. De donde está escrito: Fue Dios a Egipto, para redimir para Sí un pueblo (Éx. 15, 13, sec. LXX). He aquí que se dice que va, Aquel por cuya presencia incircunscrita todas las cosas son contenidas, porque Aquel que por su majestad está en todas partes, como en un camino pone Sus pasos por la predicación.

20. Dios relampaguea a través de los santos cuando obra milagros. Éstos son necesarios en los predicadores. — Pero a estos mismos santos predicadores de ningún modo les bastan las palabras para persuadir, si no se añaden también los milagros. De donde, habiéndose dicho: Si quisiere extender las nubes como su pabellón, con razón se añade: Y relampaguear con su luz desde lo alto. Pues ¿qué debemos entender por relámpagos, sino los milagros? de los cuales se dice por el Salmista: Multiplicarás los relámpagos, y los turbarás (Sal. 143, 6, sec. LXX). Por estas nubes, pues, relampaguea con Su luz desde lo alto, porque a través de los santos predicadores ilustra las tinieblas de nuestra insensibilidad incluso con milagros.

21. Extremorum etiam terminorum mundi conversio. Britannia fidei subdita.---Cumque nubes istae verbis pluunt, cumque miraculis vim coruscae lucis aperiunt, extremos etiam mundi terminos in divinum amorem convertunt. Unde recte subditur: Cardines quoque maris operiet. Quod faciendum quidem Eliu vocibus audivimus, sed auctore Deo jam factum cernimus. Omnipotens enim Dominus coruscantibus nubibus cardines maris operuit, quia emicantibus praedicatorum miraculis, ad fidem etiam terminos mundi perduxit. Ecce enim pene cunctarum jam gentium corda penetravit; ecce in una fide Orientis limitem Occidentisque conjunxit; ecce lingua Britanniae, quae nil aliud noverat, quam barbarum frendere, jam dudum in divinis laudibus Hebraeum coepit Alleluia resonare. Ecce quondam tumidus, jam substratus sanctorum pedibus servit Oceanus, ejusque barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequiverant, hos pro divina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant; et qui catervas pugnantium infidelis nequaquam metuerat, jam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim perceptis coelestibus verbis, clarescentibus quoque miraculis, virtus ei divinae cognitionis infunditur, ejusdem divinitatis terrore refrenatur, ut prava agere metuat, ac totis desideriis ad aeternitatis gratiam pervenire concupiscat. Unde hic quoque convenienter adjungitur:

CAPUT XII.

VERS. 31.---Per haec enim judicat populos, et dat escas multis mortalibus.

22. Per eosdem praedicatores nubibus designatos, et terror infligitur, et esca datur.---Per haec nimirum verba praedicatorum, id est guttas nubium, per haec fulgura miraculorum Deus populos judicat, quia eorum corda territa ad poenitentiam vocat. Nam dum superna audiunt, dum mira opera attendunt, mox ad corda sua redeunt, et se de anteactis pravitatibus affligentes, aeterna tormenta pertimescunt. Sed per easdem nubes per quas terror infligitur, etiam esca datur, quia magna praedicatorum dispensatio est, ut sic sciant superbientium mentes affligere, ut etiam afflictas noverint consolationis eloquio nutrire, quatenus et peccantes de aeternis suppliciis terreant, et poenitentes de superni regni gaudiis pascant.

21. La conversión también de los términos extremos del mundo. Britania sometida a la fe. — Y cuando estas nubes llueven con palabras, y cuando con milagros abren la fuerza de la luz coruscante, convierten también los términos extremos del mundo al amor divino. De donde con razón se añade: Cubrirá también los quicios del mar. Lo cual ciertamente oímos que debía hacerse por las voces de Eliú, pero por la autoría de Dios ya vemos que se ha hecho. Pues el Señor omnipotente cubrió los quicios del mar con nubes relampagueantes, porque con los emicantes milagros de los predicadores, condujo también los términos del mundo a la fe. Pues he aquí que ya ha penetrado los corazones de casi todas las naciones; he aquí que en una sola fe unió el límite del Oriente y del Occidente; he aquí que la lengua de Britania, que no sabía otra cosa que rechinar bárbaramente, hace ya tiempo que comenzó a resonar el Aleluya hebreo en las divinas alabanzas. He aquí que el Océano, antes tumid, ahora postrado sirve a los pies de los santos, y sus bárbaros movimientos, que los príncipes terrenales no habían podido domar con el hierro, éstos las bocas de los sacerdotes los ligan con simples palabras por el temor divino; y el que siendo infiel de ningún modo había temido a las catervas de los combatientes, ahora ya fiel teme las lenguas de los humildes. Porque habiendo percibido las palabras celestiales, y clareciendo también los milagros, se le infunde la virtud del conocimiento divino, es refrenado por el terror de la misma divinidad, de modo que teme obrar perversamente, y con todos sus deseos ansía llegar a la gracia de la eternidad. De donde aquí también convenientemente se añade:

CAPÍTULO XII.

VERSÍCULO 31. — Porque por estas cosas juzga a los pueblos, y da alimentos a muchos mortales.

22. Por los mismos predicadores designados por las nubes, tanto se inflige el terror como se da el alimento. — Pues a través de estas palabras de los predicadores, es decir, las gotas de las nubes, a través de estos relámpagos de los milagros Dios juzga a los pueblos, porque llama a sus corazones aterrorizados a la penitencia. Pues mientras oyen cosas sublimes, mientras atienden a obras maravillosas, pronto vuelven a sus corazones, y afligiéndose por sus pasadas depravaciones, temen grandemente los tormentos eternos. Pero por las mismas nubes por las cuales se inflige el terror, también se da el alimento, porque es grande la dispensación de los predicadores, de modo que así sepan afligir las mentes de los soberbios, como también supieron nutrir a los afligidos con el elocuio de la consolación, a fin de que tanto aterren a los pecadores por los suplicios eternos, como pastoreen a los penitentes con los gozos del reino celestial.

Unde bene ipse dispensationis ordo servatus est, ut ordinate Eliu diceret quod per has nubes prius judicat populos, et postmodum escas praebet, quia nimirum omnipotens Deus per praedicatores suos prius nos de prava actione corripiens concutit, et postmodum per spem consolans nutrit. Si enim divina dispensatio per has nubes judicium modo non ageret, nequaquam eisdem nubibus dixisset: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt (Joan. XX, 22). Et rursum, si per eas jejuna nostra corda non pasceret, nequaquam de esurientibus populis discipulis Dominus diceret: Date illis vos manducare (Matthe. XIV, 16). Quod sic tunc eorum manibus factum credimus, ut hoc eorum verbis quotidie fieri sine cessatione videamus. Quid enim agit Petrus, cum per epistolas loquitur, nisi ut verbi pabulo corda nostra male jejuna satientur? Quid Paulus, quid Joannes per epistolas loquentes operantur, nisi ut mentes nostrae coelestia alimenta percipiant, et inediae suae fastidium quo moriebantur vincant? Dicatur ergo: Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per haec enim judicat populos, et dat escas multis mortalibus. Ac si aperte diceret: Si sanctos suos in ministerium praedicationis extendit, eorumque verba miraculis adjuvat, totius mundi limites ad fidem vocat, per quae et prius superbientes judicat, et post per verbum consolationis nutriens in spe humiles roborat.

[Vet. IX.] 23. Non omnibus fides datur.---Sed cum escas dare mortalibus diceret, notandum quod non ait, omnibus, sed multis, quia vid licet scriptum est: Non omnium est fides (II Thess. III, 2). Et quibusdam dicitur: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis (Joan, VIII, 47). Et rursum: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum (Joan. VI, 44). Et rursum: Novit Dominus qui sunt ejus (II Tim. II, 19). Unde in ipsa quoque sancta Ecclesia plurimi fidem tenent, et vitam fidei non tenent; humilitatis dominicae sacramenta percipiunt, sed humiliari dominica imitatione contemnunt; blanda divini eloquii praedicamenta communicant, sed apud se immanes in tumore perseverant. Unde hic quoque, postquam per cardines maris aggregatae Ecclesiae latitudo signata est, apte subjungitur:

Caput XIII

[Rec. VII].

VERS. 32.---Immanibus abscondit lucem.

De donde el orden mismo de la dispensación fue bien conservado, para que ordenadamente Eliú dijera que por estas nubes primero juzga a los pueblos, y después ofrece alimentos, porque ciertamente el Dios omnipotente por Sus predicadores primero nos sacude corrigiéndonos por la acción perversa, y después nos nutre consolándonos por la esperanza. Pues si la divina dispensación no realizara ahora el juicio por estas nubes, de ningún modo habría dicho a las mismas nubes: Recibid el Espíritu Santo; a quienes perdonareis los pecados, les son perdonados; y a quienes se los retuviereis, les son retenidos (Juan 20, 22). Y otra vez, si por ellas no alimentara nuestros corazones ayunos, de ningún modo el Señor habría dicho a sus discípulos acerca de los pueblos hambrientos: Dadles vosotros de comer (Mat. 14, 16). Lo cual creemos que fue hecho así entonces por sus manos, de modo que vemos que esto se hace diariamente por sus palabras sin cesar. ¿Qué hace Pedro, cuando habla por sus epístolas, sino que nuestros corazones, mal ayunos, se sacien con el pasto de la palabra? ¿Qué obran Pablo, qué obran Juan, hablando por sus epístolas, sino que nuestras mentes perciban los alimentos celestiales, y venzan el fastidio de su inanición por el cual morían? Dígase pues: Si quisiere extender las nubes como su pabellón, y relampaguear con su luz desde lo alto, cubrirá también los quicios del mar. Porque por estas cosas juzga a los pueblos, y da alimentos a muchos mortales. Como si dijera abiertamente: Si extiende a Sus santos al ministerio de la predicación, y ayuda sus palabras con milagros, llama a los límites de todo el mundo a la fe, por los cuales tanto primero juzga a los soberbios, como después nutriendo en la esperanza a los humildes por la palabra de consolación, los fortalece.

[Vet. IX.] 23. No a todos se les da la fe. — Pero al decir que da alimentos a los mortales, debe notarse que no dijo a todos, sino a muchos, porque ciertamente está escrito: No de todos es la fe (2 Tes. 3, 2). Y a algunos se les dice: Por esto no oís vosotros, porque no sois de Dios (Juan 8, 47). Y otra vez: Nadie puede venir a Mí, si el Padre, que Me envió, no le atrajere (Juan 6, 44). Y otra vez: Conoce el Señor quiénes son los Suyos (2 Tim. 2, 19). De donde también en la misma santa Iglesia muchísimos mantienen la fe, pero no mantienen la vida de la fe; perciben los sacramentos de la humildad del Señor, pero desprecian ser humillados por la imitación del Señor; comunican en los blandos predicamentos del elocuio divino, pero en su interior perseveran inmensos en su tumor. De donde aquí también, después de que ha sido significada la latitud de la Iglesia congregada por los quicios del mar, aptamente se añade:

Capítulo XIII

[Rec. VII].

VERSÍCULO 32. — A los inmensos esconde la luz.

24. Superbientibus veritatis cognitio denegatur.---Immanes quippe sunt, qui se elatis cogitationibus extollunt. Quos contra per Isaiam dicitur: Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes (Isai. V, 21). Quos contra etiam Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos (Rom. XII, 16). Sed his immanibus lux absconditur, quia nimirum superbientibus veritatis cognitio denegatur. Unde per semetipsam Veritas dicit: Confiteor tibi, Pater Domine coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Matth. XI, 25): sapientes et prudentes videlicet superbientes vocans. Qui enim non subjunxit: Revelasti ea stultis, sed parvulis, tumorem se damnasse innotuit, non acumen. Unde et alias dicitur: Custodiens parvulos Dominus (Psal. CXIV, 6). Atque ut ostendatur haec eadem parvitas quid vocatur, adjungitur: Humiliatus sum, et liberavit me (Ibid., 6). Quia ergo sunt multi in Ecclesia, qui parvuli esse despiciunt, etiam in humilitatis loco immanes apud se esse minime desistunt. Hos plerumque videas honoribus extolli, voluptatibus perfrui, rerum multiplicitate dilatari. Hi saepe nil praecipue nisi praeesse caeteris appetunt, a multis timeri gratulantur; recte vivere negligunt, et rectae vitae famam habere concupiscunt; adulationes quaerunt, favoribus intumescunt. Et quia in rebus sibi copiose praesentibus prompti sunt, ventura gaudia non requirunt. Cumque eos multiplex actio occupat, etiam a semetipsis alienos demonstrat [Vet. X]. Et tamen si qua fidei tentatio exsurgat, quia in ea saltem specie tenus continentur, hanc verbis, hanc laboribus defendunt, et patriam coelestem vindicant, nec tamen amant.

25. Multi pro repromissionis terra pugnant, quam minime tamen diligunt. Exemplum Gaditarum et Rubenitarum.---Quos bene apud Moysen filii Ruben et Gad, et dimidia tribus Manasse exprimunt, qui multa pecora et jumenta possidentes, dum extra Jordanem ea quae viderant campestria concupiscunt, in repromissionis terra haereditatem habere noluerunt, dicentes: Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regionis uberrimae est ad pastum animalium; et nos servi tui habemus jumenta plurima precamurque, si invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Jordanem (Num. XXXII, 4).

24. A los soberbios se les deniega el conocimiento de la verdad. — Inmensos (immanes) son, ciertamente, los que se ensalzan con elados pensamientos. Contra los cuales se dice por Isaías: ¡Ay de vosotros, que sois sabios a vuestros ojos, y prudentes ante vosotros mismos! (Is. 5, 21). Contra los cuales también dice Pablo: No seáis prudentes ante vosotros mismos (Rom. 12, 16). Pero a estos inmensos se les esconde la luz, porque ciertamente a los soberbios se les deniega el conocimiento de la verdad. De donde por Sí misma la Verdad dice: Te confieso, Padre, Señor del cielo y de la tierra, porque escondiste estas cosas a los sabios y prudentes, y las revelaste a los pequeñuelos (Mat. 11, 25): llamando, a saber, sabios y prudentes a los soberbios. Pues el que no añadió: Las revelaste a los necios, sino a los pequeñuelos, dio a conocer que había condenado el tumor, no la agudeza. De donde también se dice en otra parte: El Señor que guarda a los pequeñuelos (Sal. 114, 6). Y para que se muestre qué se llama esta misma pequeñez, se añade: Humillado fui, y me libró (ibíd., 6). Porque, por tanto, hay muchos en la Iglesia que desprecian ser pequeñuelos, de ningún modo desisten de ser inmensos en su interior incluso en el lugar de la humildad. A éstos verás frecuentemente ser ensalzados con honores, disfrutar de placeres, dilatarse por la multiplicidad de las cosas. Éstos a menudo nada buscan especialmente sino presidir a los demás, se congratulan de ser temidos por muchos; descuidan vivir rectamente, y ansían tener la fama de una vida recta; buscan adulaciones, se hinchan con los favores. Y porque están prontos en las cosas que les son copiosamente presentes, no buscan los goces venideros. Y cuando la múltiple acción los ocupa, los demuestra incluso como ajenos a sí mismos [Vet. X]. Y sin embargo, si surge alguna tentación de la fe, porque en ella al menos se contienen en cuanto a la especie, defienden ésta con palabras, ésta con trabajos, y vindican la patria celestial, pero no la aman.

25. Muchos luchan por la tierra de la promesa, la cual, sin embargo, mínimamente aman. Ejemplo de los gaditas y rubenitas. — A los cuales bien expresan en Moisés los hijos de Rubén y de Gad, y la media tribu de Manasés, quienes poseyendo muchos ganados y jumentos, mientras desean los llanos que habían visto fuera del Jordán, no quisieron tener herencia en la tierra de la promesa, diciendo: La tierra que el Señor hirió a la vista de los hijos de Israel, es de una región uberrima para el pasto de los animales; y nosotros tus siervos tenemos muchísimos jumentos y te rogamos, si hemos hallado gracia ante ti, que nos la des a nosotros tus siervos en posesión, y no nos hagas pasar el Jordán (Núm. 32, 4).

Qui igitur jumenta plurima possident, Jordanem transire refugiunt, quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem coelestis patriae non requirunt. Sed ipsa eos quam specie tenus tenent, fides increpat, ne otii delectatione torpescant, atque exemplo suo alios a laboris tolerantia, et studio longanimitatis frangant. Unde eis per Moysen dicitur: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, et vos hic sedebitis? Cur subvertitis mentes filiorum Israel (Ibid., 7)? Sed quia erubescunt non defendere quod confitentur, pro eadem fide quam professi sunt, ad certamen properant, eamque non sibi, sed proximis vindicant. Unde et ad Moysen dicunt: Caulas ovium fabricabimus, et stabula jumentorum, parvulisque nostris urbes munitas; nos autem ipsi armati et accincti pergemus ad praelium ante filios Israel (Ibid., 16). Qui mox fortes pro aliis veniunt, et repromissionis terram ab hostibus liberant, et relinquunt; atque ad pascenda armenta extra Jordanem redeunt. Multi quippe quamvis fideles, curis praesentibus occupati, quasi armenta extra Jordanem pascunt, quia contra fidem baptismatis tota mente omnique desiderio rebus perituris inserviunt. Qui tamen ut, diximus, cum fidei tentatio oritur, defensionum armis accinguntur. Hostes fidei superando trucidant, et haereditatem terrae repromissionis, id est fructum fidei non amant; sicque pro illa pugnant, ut tamen sua pignora extra illam deponant. Quia enim parvulos foris habent, affectum in ejus habitatione non habent. Unde ad campestria redeunt, quia ab altis cacuminibus montium quasi a spe coelestium dilabuntur, ut extra repromissionis terram bruta animalia nutriant, quia ad pascendos variis desideriis irrationabiles animi motus elaborant, quia aeternae lucis quanta sit claritas nesciunt qui transitoriis occupationibus obcaecantur; et dum de terrenis rebus superbiunt, coelestis sibi luminis aditum claudunt.

[Vet. XI.] Unde recte nunc dicitur: Immanibus abscondit lucem. Sed tamen aliquando hos immanes superna gratia respicit, atque ipsis rerum abundantium occupationibus affligit, eorumque prosperitatibus adversas quidem, sed utiles tribulationes interserit, ut contristati ad cor redeant, atque in perituris rebus quam inaniter occupentur agnoscant. Unde hic quoque postquam subtracta lux dicitur, apte subjungitur:

CAPUT XIV.

IBID.---Et praecipit ei ut rursus adveniat.

Los que, por tanto, poseen muchísimos jumentos, rehúsan pasar el Jordán, porque a quienes ocupan muchos enredos del mundo, no buscan la habitación de la patria celestial. Pero la misma fe que mantienen al menos en apariencia, los increpa, para que no se entorpezcan por el deleite del ocio, y con su ejemplo quiebren a otros de la tolerancia del trabajo y del estudio de la longanimidad. De donde se les dice por Moisés: ¿Acaso irán vuestros hermanos a la pelea, y vosotros os quedaréis aquí sentados? ¿Por qué subvertís las mentes de los hijos de Israel? (ibíd., 7). Pero como se avergüenzan de no defender lo que confiesan, por la misma fe que profesaron, corren al certamen, y la vindican no para sí, sino para sus prójimos. De donde también dicen a Moses: Fabricaremos rediles para las ovejas, y establos para los jumentos, y ciudades fortificadas para nuestros pequeñuelos; nosotros mismos, armados y ceñidos, iremos delante al combate ante los hijos de Israel (ibíd., 16). Los cuales pronto acuden fuertes por los demás, y liberan la tierra de la promesa de los enemigos, y la dejan; y vuelven a pastorear sus rebaños fuera del Jordán. Muchos, en efecto, aunque fieles, ocupados en los cuidados presentes, pastorean sus rebaños como fuera del Jordán, porque contra la fe del bautismo sirven a las cosas perecederas con toda su mente y con todo su deseo. Los cuales, sin embargo, como dijimos, cuando surge la tentación de la fe, se ciñen con las armas de las defensas. Superando trucidán a los enemigos de la fe, y no aman la herencia de la tierra de la promesa, esto es, el fruto de la fe; y de tal modo luchan por ella, que sin embargo depositan sus prendas fuera de ella. Porque como tienen a sus pequeñuelos fuera, no tienen afecto en su habitación. De donde vuelven a los llanos, porque se deslizan desde las altas cumbres de los montes como desde la esperanza de las cosas celestiales, para nutrir animales brutos fuera de la tierra de la promesa, porque elaboran para pastorear los movimientos irracionales del ánimo con varios deseos, porque no saben cuán grande es la claridad de la luz eterna quienes están cegados por las ocupaciones transitorias; y mientras se enorgullecen de las cosas terrenas, se cierran a sí mismos la entrada de la luz celestial.

[Vet. XI.] De donde con razón se dice ahora: A los inmensos esconde la luz. Pero sin embargo, a veces la gracia suprema mira a estos inmensos, y los aflige con las mismas ocupaciones de las cosas abundantes, e intercala en sus prosperidades tribulaciones ciertamente adversas pero útiles, para que contristados vuelvan al corazón, y reconozcan cuán vanamente se ocupan en las cosas perecederas. De donde aquí también, después de que se dice que la luz ha sido sustraída, aptamente se añade:

CAPÍTULO XIV.

IBÍDEM. — Y le manda que vuelva otra vez.

26. Veritatis lumen, quod elatis occupatisque mentibus absconditur, afflictis et humiliatis revelatur.---Quia veritatis lumen, quod elatis occupatisque mentibus absconditur, afflictis humiliatisque revelatur. Lex quippe advenit, cum afflicta mens ipsas quas de perituris rebus tribulationum tenebras tolerat agnoscit, quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet, nec hoc ipsum quia lumen perdiderat videret. Quod intelligi specialiter etiam de Judaeis potest, qui idcirco Redemptori nostro in carne venienti contradicere ausi sunt, quia apud semetipsos immanes exstiterunt. Sed his immanibus lux absconsa est, quia superbi lumen veritatis dum persequuntur, amiserunt. Sed quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt, recte subjungitur: Et praecipit ei ut rursus adveniat. Unde etiam per Isaiam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae salvae fient (Isai. X, 22). Tunc quippe ad eos lux revertitur, cum ipsi ad confitendam Redemptoris nostri potentiam revertuntur.

27. Deus, ut vult, lumen aut abscondit, aut revelat.---Si autem in manibus, nequaquam per dativum casum unum nomen, sed duas partes orationis accipimus; potest intelligi, quia in manibus lux absconditur, cum apud rectum judicem iniqui quique in suis operibus caecantur. Cui tamen praecipitur ut rursus adveniat, quia dum peccatores se suis viribus salvari non posse cognoverint, gratiae lumen accipiunt, et protectionis intimae radiis illustrantur, ut majore ardore postmodum coelestem patriam diligant, quam prius in terrena delectatione flagrabant. Sed haec cum de coelesti patria loquimur, cui inesse mira claritate praedita angelorum agmina audimus, cui rerum omnium conditor praesidet, quam visione sua reficiens replet, cui vera haereditas lux est et defectus ejusdem luminis nullus est, ad nosmetipsos mentem reducimus, et quod terrena gestemus membra cogitamus, pensamus quod, nati in tenebris atque a radiis intimae lucis alieni, tanto nequius viximus quanto, rebus corporalibus dediti, a spiritualibus longius degebamus. Qua consideratione permotum cor ac male sibi conscium trepidat, et tantae illius quam audit patriae civem se fieri posse desperat. Unde hic quoque apte subjungitur, quo mens pavida ad fiduciam reducatur. Nam de hac luce mox subditur:

Caput XV

[Rec. VIII].

VERS. 33.---Annuntiat de ea amico suo quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere.

26. La luz de la verdad, que se esconde a las mentes eladas y ocupadas, se revela a las afligidas y humilladas. — Porque la luz de la verdad, que se esconde a las mentes eladas y ocupadas, se revela a las afligidas y humilladas. Pues la luz llega cuando la mente afligida reconoce las mismas tinieblas de las tribulaciones que tolera acerca de las cosas perecederas, porque si no percibiera algo de la luz interna, ni siquiera vería esto mismo, que había perdido la luz. Lo cual puede entenderse especialmente también de los judíos, quienes por eso se atrevieron a contradecir a nuestro Redentor que venía en la carne, porque resultaron inmensos ante sí mismos. Pero a estos inmensos la luz les fue escondida, porque los soberbios, mientras persiguen la luz de la verdad, la perdieron. Pero porque al fin del mundo han de ser recibidos a la fe, con razón se añade: Y le manda que vuelva otra vez. De donde también se dice por Isaías: Si el número de los hijos de Israel fuere como la arena del mar, las reliquias se salvarán (Is. 10, 22). Pues entonces la luz vuelve a ellos, cuando ellos mismos vuelven a confesar la potencia de nuestro Redentor.

27. Dios, según quiere, o esconde o revela la luz. — Pero si por en las manos (in manibus), de ningún modo aceptamos un solo nombre en caso dativo, sino dos partes de la oración; puede entenderse que la luz se esconde en las manos cuando, ante el juez recto, todos los inicuos son cegados en sus propias obras. A quienes, sin embargo, se les manda que vuelva otra vez, porque mientras los pecadores han conocido que no pueden salvarse por sus propias fuerzas, reciben la luz de la gracia, y son ilustrados por los rayos de la protección íntima, para que después amen con mayor ardor la patria celestial, de lo que antes ardían en el deleite terrenal. Pero cuando hablamos estas cosas de la patria celestial, en la cual oímos que están presentes las huestes de los ángeles dotadas de maravillosa claridad, sobre la cual preside el Fundador de todas las cosas, la cual llena refrescándola con Su visión, cuya verdadera herencia es la luz y no hay allí defecto alguno de la misma luz, reducimos la mente a nosotros mismos, y pensamos que llevamos miembros terrenos, sopesamos que, nacidos en tinieblas y ajenos a los rayos de la luz íntima, tanto más inicuamente vivimos cuanto, entregados a las cosas corporales, más lejos vivíamos de las espirituales. Por cuya consideración el corazón, movido y mal consciente de sí mismo, trepida, y desespera de poder hacerse ciudadano de esa tan grande patria de la que oye. De donde aquí también aptamente se añade aquello por lo cual la mente pávida sea reducida a la confianza. Pues de esta luz pronto se añade:

Capítulo XV

[Rec. VIII].

VERSÍCULO 33. — Anuncia acerca de ella a Su amigo que es su posesión, y que puede ascender a ella.

28. Hominibus pene desperantibus coelestem gloriam promittit Deus.---Amicus veritatis est rectae amator actionis. Unde et ipsa Veritas discipulis dicit: Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis (Joan. XV, 14). Amicus quippe animae custos dicitur. Unde non immerito qui custodire voluntatem Dei in praeceptis illius nititur, ejus amicus vocatur. Hinc est quod rursum eisdem discipulis Veritas dicit: Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audivi a Patre meo, nota feci vobis (Ibid., 15). De hac igitur luce aeternae patriae amico suo Deus annuntiat quod possessio ejus sit, ut nequaquam se infirmitatis suae fragilitate desperet, nequaquam hoc quod creatus, sed quod recreatus est penset, sed tanto certius sciat quia illius lucis claritatem possideat, quanto nunc vitiorum pulsantium tenebras verius calcat. Bene autem in promissione subjungitur: Et ad eam possit ascendere. Quid enim difficilius quam homini in terra edito terrena et fragilia membra gestanti, coelorum alta conscendere, supernorum spirituum arcana penetrare?

29. Christus pacem inter angelos et homines composuit. Aequales nos angelis fecit.---Sed eorumdem spirituum ad nos conditor venit, seque hominem etiam sub ipsis exhibuit, sicut de illo Patri per Prophetam dicitur: Minuisti eum paulo minus ab angelis (Psal. VIII, 6). Et quia inter nos et eosdem spiritus discordantis vitae scandalum reperit, mira potentia, mirabiliori etiam pietate summa creans, ima suscipiens, ima cum summis junxit. Hinc est quod eodem Rege nato, angelorum chori in ejus annuntiatione prodeunt, hymnum dicunt, et devicta pravae vitae discordia, hos quos dudum despexerant, cives agnoscunt, consono ore praedicantes: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). Ac si aperte dicant: Quos a nobis malitia disjunxerat, jam nunc in terra nata bonitas jungat. Hinc est quod ante incarnationem ejus in Testamento veteri adorasse homo angelum legitur, nec tamen adorare prohibetur (Genes. XVIII, 2); sed post Mediatoris adventum, cum se Joannes adorando angelo prostravisset, audivit: Vide ne feceris, conservus tuus sum et fratrum tuorum (Apoc. XIX, 10; XXII, 9).

28. Dios promete la gloria celestial a los hombres casi desesperados. — El amigo de la verdad es el amante de la acción recta. De donde también la Verdad misma dice a los discípulos: Vosotros sois Mis amigos, si hiciereis las cosas que Yo os mando (Juan 15, 14). Pues amigo se llama al custodio del alma. De donde no inmerecidamente aquel que se esfuerza por custodiar la voluntad de Dios en Sus preceptos, es llamado Su amigo. De aquí es que otra vez a los mismos discípulos dice la Verdad: Pero a vosotros os he llamado amigos, porque todas las cosas que oí de Mi Padre, os las he dado a conocer (ibíd., 15). Acerca de esta luz de la patria eterna, por tanto, anuncia Dios a Su amigo que es su posesión, para que de ningún modo desespere por la fragilidad de su propia enfermedad, de ningún modo sopesé esto que fue creado, sino que fue recreado, sino que sepa tanto más ciertamente que posee la claridad de aquella luz, cuanto ahora más verdaderamente pisa las tinieblas de los vicios que le baten. Pero bien se añade en la promesa: Y que puede ascender a ella. Pues ¿qué hay más difícil que para un hombre nacido en la tierra, que lleva miembros terrenos y frágiles, subir a las alturas de los cielos, penetrar los arcanos de los espíritus celestiales?

29. Cristo compuso la paz entre los ángeles y los hombres. Nos hizo iguales a los ángeles. — Pero el Fundador de esos mismos espíritus vino a nosotros, y se exhibió como hombre incluso bajo ellos, como de Él se dice al Padre por el Profeta: Le hiciste un poco menor que los ángeles (Sal. 8, 6). Y porque entre nosotros y esos mismos espíritus encontró el escándalo de una vida discordante, con maravillosa potencia, con más maravillosa aún piedad, creando lo sumo, asumiendo lo ínfimo, unió lo ínfimo con lo sumo. De aquí es que, habiendo nacido el mismo Rey, los coros de los ángeles salen en Su anunciación, dicen un himno, y vencida la discordia de la vida perversa, reconocen como ciudadanos a aquellos a quienes poco antes habían despreciado, predicando con boca consonante: Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Luc. 2, 14). Como si dijeran abiertamente: A los que la malicia había separado de nosotros, únalos ahora la bondad nacida en la tierra. De aquí es que antes de Su encarnación, en el Antiguo Testamento, se lee que el hombre adoró a un ángel, y sin embargo no se le prohíbe adorar (Gén. 18, 2); pero después del advenimiento del Mediador, habiéndose postrado Juan para adorar al ángel, oyó: Mira, no lo hagas, consiervo tuyo soy y de tus hermanos (Apoc. 19, 10; 22, 9).

Quid est enim quod prius aequanimiter se concedebant adorari, post ab homine angeli recusant, nisi quod prius hominem carnalibus corruptionibus deditum, nec ab eisdem carnalibus corruptionibus redemptum, quo abjectiorem noverant, justius contemnebant; postmodum vero humanam naturam eo jam subjectam habere non poterant, quo hanc in auctore suo etiam super semetipsos ductam videbant? Neque enim jam debebat in membris subjecta despici, quae in ipso membrorum capite meruit praelata venerari. Is ergo qui propter nos minor angelis exstitit aequales non angelis virtute suae minorationis fecit. Unde et moriendo docuit mortem non metui, resurgendo de vita confidi, ascendendo de coelestis patriae haereditate gloriari, ut quo caput praeisse conspiciunt, illuc se subsequi et membra gratulentur. Unde bene ab eodem nostro capite dicitur: Ubicunque corpus fuerit, illuc congregabuntur et aquilae (Matth. XXIV, 28). Unde Petrus ait: In haereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in coelis (I Pet. I, 4). Unde Paulus dicit: Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus domum non manufactam, aeternam in coelis (II Cor. V, 1).

30. Solus Christus coelum ascendit, quod solis ejus membris patet.---Sed si nos quoque, qui editi in terra sumus, coelum conscendimus, ubi est quod rursum Veritas dicit: Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, Filius hominis qui est in coelo (Joan. III, 13)? Cui nimirum sententiae statim obviat quod haec eadem Veritas dicit: Pater, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum (Joan. XVII, 24). Quae sibi in verbis suis non discrepat, sed ad inquirenda haec quasi discordantia studium nostrae mentis inflammat. Omnes enim nos qui in ejus fide nati sumus, ejus procul dubio corpus existimus. Quia igitur mira dispensatione pietatis membrorum suorum Dominus caput factus est, repulsa reproborum multitudine, solus est etiam nobiscum. Nemo igitur ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis qui est in coelo (Joan. III, 13), quia dum nos unum cum illo jam facti sumus, unde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis; et is qui in coelo semper est, ad coelum quotidie ascendit, quia qui divinitate super omnia permanet, humanitatis suae compage sese quotidie ad coelos trahit.

Pues ¿qué es esto de que antes equitativamente permitían ser adorados, y después los ángeles lo rehúsan del hombre, sino que antes conocían al hombre entregado a las corrupciones carnales, y aún no redimido de las mismas corrupciones carnales, a quien cuanto más abyecto le conocían, más justamente le despreciaban; pero después ya no podían tener a la naturaleza humana como sujeta, al ver a ésta en su Autor conducida incluso por encima de ellos mismos? Pues ya no debía ser despreciada como sujeta en los miembros, la que en la misma Cabeza de los miembros mereció ser venerada como preferida. Aquel, pues, que por nosotros existió como menor que los ángeles, nos hizo iguales a los ángeles por la virtud de Su minoración. De donde también muriendo enseñó que no se debe temer a la muerte, resucitando que se debe confiar en la vida, ascendiendo que se debe gloriar en la herencia de la patria celestial, para que donde ven que la Cabeza ha precedido, allí los miembros se congratulen de seguirle. De donde bien se dice por la misma Cabeza nuestra: Dondequiera que estuviere el cuerpo, allí se congregarán también las águilas (Mat. 24, 28). De donde Pedro dice: Para una herencia incorruptible, e incontaminada, e inmarcesible, conservada en los cielos (1 Ped. 1, 4). De donde Pablo dice: Sabemos que si nuestra casa terrestre de esta habitación se deshiciere, que tenemos de Dios un edificio, una casa no hecha por manos, eterna en los cielos (2 Cor. 5, 1).

30. Sólo Cristo ascendió al cielo, el cual está abierto sólo para Sus miembros. — Pero si nosotros también, que hemos nacido en la tierra, subimos al cielo, ¿dónde queda lo que otra vez dice la Verdad: Nadie subió al cielo, sino el que bajó del cielo, el Hijo del hombre que está en el cielo (Juan 3, 13)? A cuya sentencia ciertamente sale al encuentro inmediatamente lo que esta misma Verdad dice: Padre, quiero que donde Yo estoy, también ellos estén conmigo (Juan 17, 24). La cual no discrepa de Sí misma en Sus palabras, sino que inflama el estudio de nuestra mente para investigar estas cosas como si fueran discordantes. Pues todos nosotros, los que hemos nacido en Su fe, sin duda existimos como Su cuerpo. Porque, por tanto, por una maravillosa dispensación de piedad el Señor fue hecho Cabeza de Sus miembros, rechazada la multitud de los réprobos, Él solo está también con nosotros. Nadie, pues, subió al cielo, sino el que bajó del cielo, el Hijo del hombre que está en el cielo (Juan 3, 13), porque mientras nosotros ya hemos sido hechos uno con Él, de donde Él solo vino en Sí mismo, allí Él solo vuelve también en nosotros; y Aquel que siempre está en el cielo, sube diariamente al cielo, porque Aquel que por Su divinidad permanece sobre todas las cosas, por la armazón de Su humanidad se atrae diariamente a Sí mismo a los cielos.

Non ergo se desperet humana fragilitas, unigeniti sanguinem consideret, et in pretio suo conspiciat quam magna est quae tanti valet. Perpendat sollicite quo caput praecessit, et quae ad vivendum praeceptis astringitur, ad sperandum exemplo roboretur; confidat coelos, speret supernam patriam, angelorum se sociam sciat, atque in suo capite praelatam se etiam angelis gaudeat. Dicatur igitur recte de hac luce aeternae patriae: Annuntiat de ea amico suo quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere. [Vet. XII.] Sed valde mira sunt ista, valde terribilia, quod homo in terra editus, atque a coelesti patria exigentibus meritis longe damnatus, non solum ad statum conditionis reducitur, sed etiam gloriosius exaltatur, ut qui paradisum perdidit coelum recipiat; et non solum hunc debiti sui reatus non teneat, sed huic post culpam dona cumulatius excrescant, ut ille contemptor Dei, ille imitator diaboli, si ad fructum poenitentiae redeat, usque ad celsitudinem contemplandae intimae lucis ascendat. Cujus itaque cor non in hujus pietatis admiratione exsiliat? Cujus torpor non in sublevatione tantae considerationis expavescat? Unde et apte subjungitur:

Caput XVI

[Rec. IX].

CAP. XXXVII, VERS. 1.---Super hoc expavit cor meum, et motum est de loco suo.

31. Considerata aeternae patriae luce, mens in ecstasim rapitur.---Quia pavor dum mentem percutit, hanc a semetipsa alienam reddit, nonnunquam Latini interpretes cestasim pavorem vocant, sicut per Psalmistam dicitur: Ego dixi in pavore meo, projectus sum a vultu oculorum tuorum (Psal. XXX, 23). Ubi videlicet non pavor, sed excessus dici poterat; sed pavor illic pro excessu ponitur, quia sicut in excessu, ita in pavore alienatur animus. Unde hic quoque considerata luce aeternae patriae, recte subjungitur: Super hoc expavit cor meum. Ac si dicat: In admirationis excessu se transtulit, et quia novae spei spiritu mens afflata est, semetipsam qualis in vetusta cogitatione fuerat reliquit.

No desespere, pues, de sí misma la fragilidad humana, considere la sangre del Unigénito, y en su precio vea cuán grande es lo que tanto vale. Sopesé solícitamente a dónde precedió la Cabeza, y así como está obligada por los preceptos para vivir, sea fortalecida por el ejemplo para esperar; confíe en los cielos, espere la patria celestial, sépase asociada de los ángeles, y en su Cabeza gócese de estar antepuesta incluso a los ángeles. Dígase, pues, rectamente de esta luz de la patria eterna: Anuncia acerca de ella a Su amigo que es su posesión, y que puede ascender a ella. [Vet. XII.] Pero estas cosas son muy admirables, muy terribles, que el hombre nacido en la tierra, y por largo tiempo condenado lejos de la patria celestial por exigencia de sus méritos, no sólo sea reducido al estado de su condición, sino que también sea más gloriosamente exaltado, de modo que quien perdió el paraíso reciba el cielo; y no sólo no le retenga el reato de su deuda, sino que a él después de la culpa le crezcan más cumulativamente los dones, de modo que aquel despreciador de Dios, aquel imitador del diablo, si vuelve al fruto de la penitencia, ascienda hasta la altura de la luz íntima que ha de ser contemplada. ¿De quién, pues, el corazón no saltará en la admiración de esta piedad? ¿De quién el torpor no se espantará en la elevación de tan gran consideración? De donde también aptamente se añade:

Capítulo XVI

[Rec. IX].

CAP. XXXVII, VERSÍCULO 1. — Sobre esto se espantó mi corazón, y se movió de su lugar.

31. Considerada la luz de la patria eterna, la mente es arrebatada al éxtasis. — Porque el pavor, mientras hiere la mente, la vuelve ajena a sí misma, a veces los intérpretes latinos llaman éxtasis al pavor, como se dice por el Salmista: Yo dije en mi pavor: Arrojado soy de la presencia de Tus ojos (Sal. 30, 23). Donde, a saber, no pavor, sino exceso (excessus) pudo haberse dicho; pero el pavor se pone allí por el exceso, porque así como en el exceso, así en el pavor el ánimo se aliena. De donde aquí también, considerada la luz de la patria eterna, con razón se añade: Sobre esto se espantó mi corazón. Como si dijera: En el exceso de la admiración se trasladó, y porque la mente fue soplada por el espíritu de una nueva esperanza, se dejó a sí misma tal como había sido en su antiguo pensamiento.

32. Cor, terrenis despectis, ad sola coelestia suspirat.---Bene autem dicitur: Et motum est de loco suo. Locus quippe humani cordis est delectatio vitae praesentis. Sed cum divina aspiratione tangitur locus nostri cordis, fit amor aeternitatis. Consideratione igitur aeternae patriae de loco suo animus movetur, quia derelictis infimis, in supernis cogitationibus ponitur. Prius enim quae essent aeterna nesciebat, in praesentium delectatione torpuerat, simulque ipse transiens amore transeuntia tenebat. Sed postquam quae essent aeterna cognovit, postquam supernae lucis radios raptim contemplando contigit, admiratione summorum sese ab infimis suscitatus elevavit, ut nulla jam ei nisi quae aeterna sunt libeant, et, despectis transeuntibus, sola quae permanent, requirat. Bene ergo dicitur: Super hoc expavit cor meum, et motum est de loco suo, quia pigrum cor, et terrenis dudum cogitationibus deditum, cum repente per excessum se ad summa suspendit, cogitationis infimae locum mutavit. Sed quia per semetipsam in amore praesentis saeculi prostrata mens dormitat, et nisi divinae gratiae aspiratione pulsetur, in suis delectationibus frigida insensibilisque torpescit, necesse est ut quomodo interna cogitatione tangatur, vel qualiter ad spiritalia sensificetur, adjungat. Sequitur:

Caput XVII

[Vet. XIII, Rec. X].

VERS. 2.---Audiet auditionem in terrore vocis ejus, et sonum de ore illius procedentem.

33. Deus prius timore judicii nos castigat, postea coelestis dulcedinis consolatione reficit.---Mos sacri eloquii est ut cum audire aliquid per auditum insinuat, audiri eumdem auditum dicat, sicut Habacuc ait: Domine, audivi auditum tuum, et timui (Habac. III, 1). Unde hic quoque dicitur: Audiet auditionem in terrore vocis ejus. Notandum vero est quod vox Dei non in gaudio, sed in terrore audiri perhibetur, quia nimirum peccator quisque dum sola quae terrena sunt cogitat, dum cor oppressum infimis cogitationibus gestat, si repente divinae gratiae aspiratione tangitur, hoc ante omnia intelligit, quod cuncta quae agit districta aeterni judicis animadversione puniantur. Auditio igitur vocis Dei prius in terrore fit, ut postea vertatur in dulcedinem, quia ante nos districti judicii timore castigat, ut jam castigatos supernae dulcedinis consolatione reficiat.

32. El corazón, despreciadas las cosas terrenas, suspira sólo por las celestiales. — Pero bien se dice: Y se movió de su lugar. Pues el lugar del corazón humano es el deleite de la vida presente. Pero cuando por la aspiración divina es tocado el lugar de nuestro corazón, se hace amor de la eternidad. Por la consideración, por tanto, de la patria eterna, el ánimo se mueve de su lugar, porque abandonadas las cosas ínfimas, es puesto en los pensamientos celestiales. Pues antes no sabía qué eran las cosas eternas, se había entorpecido en el deleite de las presentes, y al mismo tiempo él, transitorio, mantenía por amor las cosas transitorias. Pero después de que conoció qué eran las cosas eternas, después de que tocó los rayos de la luz suprema contemplándolos de paso, suscitado desde las cosas ínfimas se elevó por la admiración de las sumas, de modo que ya no le agradan sino las que son eternas, y, despreciadas las transitorias, busca sólo las que permanecen. Bien, pues, se dice: Sobre esto se espantó mi corazón, y se movió de su lugar, porque el corazón perezoso, y dado hace poco a los pensamientos terrenos, cuando de repente por el exceso se suspende a lo sumo, cambió el lugar del pensamiento ínfimo. Pero porque por sí misma la mente postrada en el amor del presente siglo duerme, y si no es pulsada por la aspiración de la gracia divina, se entorpece fría e insensible en sus deleites, es necesario que añada cómo es tocada por el pensamiento interno, o de qué modo es sensibilizada para lo espiritual. Sigue:

Capítulo XVII

[Vet. XIII, Rec. X].

VERSÍCULO 2. — Oirá una audición en el terror de Su voz, y el sonido que procede de Su boca.

33. Dios primero nos castiga con el temor del juicio, después nos recrea con la consolación de la dulzura celestial. — Es costumbre del sacro elocuio que cuando insinúa el oír algo por el oído, diga que se oye esa misma audición, como dice Habacuc: Señor, oí Tu audición, y temí (Hab. 3, 2). De donde aquí también se dice: Oirá una audición en el terror de Su voz. Pero debe notarse que la voz de Dios se afirma que es oída no en el gozo, sino en el terror, porque ciertamente cada pecador mientras piensa sólo en las cosas que son terrenas, mientras lleva el corazón oprimido por los pensamientos ínfimos, si de repente es tocado por la aspiración de la gracia divina, entiende esto ante todo, que todas las cosas que hace son castigadas por la estrecha animadversión del Juez eterno. La audición de la voz de Dios, por tanto, primero sucede en el terror, para que después se convierta en dulzura, porque primero nos castiga con el temor del juicio estrecho, para recrear a los ya castigados con la consolación de la dulzura celestial.

Nam cum nos violenta rerum temporalium delectatio possidet, et mentis nostrae oculos in somno torporis premit, si manu subita superni respectus excitamur, diu clausos mox eosdem ad veritatis lucem oculos mentis aperimus, quae egimus mala meminimus, quam districtus judex contra haec veniat videmus: versatur mente quantus ille sit tanti judicis adventus, quae tunc illa sit hominum angelorumque frequentia, quanta vi contra reprobos et ardentia pugnent elementa, quam terribiliter aeterna prodeat de districti judicis ore sententia, qua reprobis dicitur: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis ejus (Matth. XXV, 41). Eorumdem poena reproborum ante oculos volvitur, et quae sint gehennae tenebrae, cum gravi amaritudinis obscuritate pensatur. Quia ergo superbum cor prius terrore concutitur, ut concussum in amore solidetur, recte nunc dicitur: Audiet auditionem in terrore vocis ejus. Ubi et bene subjungitur: Et sonum de ore illius procedentem

34. Utrumque praestat spiritus sanctus de ore Domini procedens.---Sonus de ore Dei est vis timoris de superna irruens aspiratione, quia cum nos de venturis Dominus aspirando replet, procul dubio de male gestis praeteritis terret. Potest autem per os Dei, unigenitus designari Filius, qui sicut brachium ejus dicitur, quia per eum cuncta Pater operatur, de quo propheta ait: Et brachium Domini cui revelatum est (Isai. LIII, 1)? de quo Joannes dicit: Omnia per ipsum facta sunt (Joan. I, 3); ita etiam os dicitur. Hinc est enim quod propheta ait: Os enim Domini locutum est haec (Isai. LVIII, 14). Per quem nobis omnia loquitur, ac si oris nomine patenter diceretur verbum, sicut nos quoque pro verbis linguam dicere solemus, ut cum Graecam, vel Latinam linguam dicimus, Latina vel Graeca verba monstramus. Os ergo Domini non immerito ipsum accipimus. Unde et ei sponsa in Canticis canticorum dicit: Osculetur me osculo oris sui (Cant. I, 1). Ac si dicat: Tangat me dulcedine praesentiae unigeniti Filii redemptoris mei. [Vet. XIV.] Per sonum vero oris potest ejusdem Domini sanctus Spiritus designari. Unde et alias in ejusdem Spiritus significatione scriptum est: Factus est repente de coelo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis (Act. II, 2). Sonus igitur de ore Domini procedit, cum consubstantialis ei Spiritus ad nos per Filium veniens, surditatem nostrae insensibilitatis rumpit, sicut de eodem sono incircumscripto atque incorporeo os Domini loquitur, dicens: De meo accipiet, et annuntiabit vobis (Joan. XVI, 15).

Pues cuando nos posee el violento deleite de las cosas temporales, y oprime los ojos de nuestra mente en el sueño del torpor, si somos excitados por la mano súbita del respeto supremo, pronto abrimos esos mismos ojos de la mente, cerrados por largo tiempo, a la luz de la verdad, recordamos los males que hicimos, vemos cuán estrecho viene el Juez contra ellos: se revuelve en la mente cuán grande será aquel advenimiento de tan gran Juez, cuál será entonces aquella frecuencia de hombres y de ángeles, con cuánta fuerza combatirán contra los réprobos los elementos ardientes, cuán terriblemente procederá de la boca del Juez estrecho la sentencia eterna, por la cual se dice a los réprobos: Apartaos de Mí, malditos, al fuego eterno, que fue preparado para el diablo y sus ángeles (Mat. 25, 41). La pena de los mismos réprobos se revuelve ante los ojos, y qué sean las tinieblas de la gehena, se sopesa con la grave oscuridad de la amargura. Porque, por tanto, el corazón soberbio primero es sacudido por el terror, para que sacudido se solidifique en el amor, con razón se dice ahora: Oirá una audición en el terror de Su voz. Donde también bien se añade: Y el sonido que procede de Su boca.

34. Ambos los presta el Espíritu Santo que procede de la boca del Señor. — El sonido de la boca de Dios es la fuerza del temor que irrumpe por la aspiración suprema, porque cuando el Señor nos llena aspirando sobre las cosas futuras, sin duda nos aterra por las cosas mal hechas del pasado. Pero por la boca de Dios puede designarse al Hijo unigénito, que es llamado Su brazo, porque por Él el Padre opera todas las cosas, de quien dice el profeta: ¿Y a quién ha sido revelado el brazo del Señor? (Is. 53, 1); de quien dice Juan: Todas las cosas fueron hechas por Él (Juan 1, 3); así también es llamado boca. De aquí es, pues, que el profeta dice: Porque la boca del Señor ha hablado estas cosas (Is. 58, 14). Por quien nos habla todas las cosas, como si por el nombre de boca se dijera patentemente el Verbo, así como nosotros también solemos decir lengua por palabras, como cuando decimos la lengua griega o la latina, mostramos las palabras latinas o griegas. Por tanto, no sin razón aceptamos la boca del Señor como Él mismo. De donde también la esposa le dice en el Cantar de los cantares: Béseme con el beso de su boca (Cant. 1, 1). Como si dijera: Tóqueme con la dulzura de la presencia del Hijo unigénito, mi Redentor. [Vet. XIV.] Por el sonido de la boca puede designarse al Espíritu Santo del mismo Señor. De donde también en otro lugar, en la significación del mismo Espíritu, está escrito: Se produjo de repente un sonido del cielo como de un espíritu vehemente que venía (Hech. 2, 2). El sonido, pues, procede de la boca del Señor cuando el Espíritu consustancial a Él, viniendo a nosotros por el Hijo, rompe la sordera de nuestra insensibilidad, tal como de ese mismo sonido incircunscrito e incorporeo habla la boca del Señor, diciendo: De lo mío recibirá, y os lo anunciará (Juan 16, 15).

Potest ergo et per terrorem vocis vis formidinis, et per sonum oris dulcedo consolationis intelligi, quia quos Spiritus sanctus replet, prius eos de terrena actione terrificat, et postmodum spe coelestium consolatur, ut tanto post confidendo de praemiis gaudeant quanto prius sola supplicia conspiciendo metuebant. Hinc est quod de unigeniti Spiritu quasi de hoc oris sono Paulus dicit: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater (Rom. VIII, 15). Hinc per semetipsam Veritas dicit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt (Joan. XX, 22). Ecce conversorum terror vertitur in potestatem, quia dum mala sua poenitendo puniunt, usque ad exercendum judicium ascendunt; ut hoc in Deo posse accipiant, quod prius de Deo ipsi metuebant. Judices quippe fiunt qui supernum judicium perfecte timuerunt, et aliena jam peccata incipiunt dimittere qui prius formidaverant ne retinerentur sua. Sed quia hoc ipsum judicium quod spiritaliter agitur modo a carnalibus non videtur, sunt nonnulli qui Deum res humanas curare non aestimant, et eas ferri fortuitis motibus putant. Contra quos recte subditur:

Caput XVIII

[Rec. XI].

VERS. 3.---Subter omnes coelos ipse considerat, et lumen illius super terminos terrae.

35. Dei erga summa et infirma providentia.---Ac si aperte diceretur: Qui summa regit, etiam extrema non deserit, quia sic impenditur maximis, ut tamen haec eadem cura regiminis non praepediatur a parvis. Qui enim ubique praesens, et ubique aequalis est, etiam in dissimilibus sibi ipsi dissimilis non est. Aeque ergo omnia respicit, aeque cuncta disponit, qui in omnibus locis praesens, nec localiter tenetur, nec varia curando variatur. Si autem coelos sanctos praedicatores accipimus, Propheta attestante qui ait: Coeli enarrant gloriam Dei (Psal. XVIII, 1), postquam per sonum oris adventus Spiritus sancti designatur, recte subjungitur: Subter omnes coelos ipse considerat, et lumen illius super terminos terrae.

Puede, pues, entenderse por el terror de la voz la fuerza de la pavor, y por el sonido de la boca la dulzura de la consolación, porque a quienes el Espíritu Santo llena, primero los aterra por la acción terrenal, y después los consuela con la esperanza de las cosas celestiales, para que tanto después se gocen confiando en los premios cuanto antes temían viendo sólo los suplicios. De aquí es que del Espíritu del unigénito, como de este sonido de la boca, dice Pablo: Pues no habéis recibido el espíritu de servidumbre otra vez para el temor, sino que habéis recibido el espíritu de adopción de hijos, en el cual clamamos: Abba, Padre (Rom. 8, 15). De aquí la Verdad dice por sí misma: Recibid el Espíritu Santo; a quienes perdonareis los pecados, les son perdonados; y a quienes se los retuviereis, les son retenidos (Juan 20, 22-23). He aquí que el terror de los conversos se convierte en potestad, porque mientras castigan sus males arrepintiéndose, ascienden hasta el ejercicio del juicio; para que reciban en Dios el poder que antes ellos mismos temían de Dios. Pues se hacen jueces quienes temieron perfectamente el juicio supremo, y comienzan a perdonar los pecados ajenos quienes antes habían temido que les fueran retenidos los suyos. Pero porque este mismo juicio que se realiza espiritualmente no es visto ahora por los carnales, hay algunos que no estiman que Dios cuide las cosas humanas, y piensan que éstas son llevadas por movimientos fortuitos. Contra los cuales rectamente se añade:

Capítulo XVIII

[Rec. XI].

VERSÍCULO 3. — Bajo todos los cielos Él mismo considera, y Su luz sobre los términos de la tierra.

35. La providencia de Dios hacia las cosas sumas e ínfimas. — Como si se dijera claramente: El que rige las cosas sumas, tampoco desampara las extremas, porque de tal modo se entrega a las máximas, que sin embargo este mismo cuidado de régimen no es impedido por las pequeñas. Pues el que en todas partes está presente, y en todas partes es igual, tampoco en las cosas disímiles es disímil a sí mismo. Igualmente, pues, lo mira todo, igualmente lo dispone todo, el que estando presente en todos los lugares, ni es retenido localmente, ni se varía cuidando cosas varias. Pero si aceptamos por cielos a los santos predicadores, atestiguándolo el Profeta que dice: Los cielos narran la gloria de Dios (Sal. 18, 1), después de que por el sonido de la boca se designa el advenimiento del Espíritu Santo, rectamente se añade: Bajo todos los cielos Él mismo considera, y Su luz sobre los términos de la tierra.

36. Miracula cur in Ecclesiae exordiis concessa.---Sunt namque nonnulli qui cum mira apostolorum opera audiunt, quod accepto Spiritu sancto mortuos verbo suscitarent, ab obsessis daemonia pellerent, umbra infirmitates amoverent (Act. V, 12, seq.), ventura quaeque prophetando praedicerent, et unigenitum Verbum Dei, omnium gentium loquentes lingua, praedicarent (Act. II, 4), quia has virtutes nunc in Ecclesia non vident, subtractam jam ab Ecclesia supernam gratiam suspicantur, nescientes pensare quod scriptum est: Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione (Psal. IX, 10). Tunc quippe sancta Ecclesia miraculorum 870 adjutoriis indiguit, cum eam tribulatio persecutionis pressit. Nam postquam superbiam infidelitatis edomuit, non jam virtutum signa, sed sola merita operum requirit, quamvis et illa per multos cum opportunitas exigit ostendat. Scriptum quippe est: Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus (I Cor. XIV, 22). Ubi ergo omnes fideles sunt, quae causa exigit ut signa monstrentur? Unde citius fortasse satisfacimus, si quid de ipsa apostolica dispensatione memoremus.

37. Signa non fidelibus, sed infidelibus data.---Paulus namque egregius praedicator Melitem veniens, et plenam infidelibus insulam sciens, patrem Publii dysenteria febribusque vexatum, orando salvavit (Act. XXVIII, 8), et tamen aegrotanti Timotheo praecepit, dicens: Modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates (I Tim. V, 23). Quid est, Paule, quod aegrum infidelem orando ad salutem revocas, et tantum adjutorem Evangelii more medici per alimenta curas, nisi quod idcirco fiunt exteriora miracula ut mentes hominum ad interiora perducatur, quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostenditur ea quae admirabiliora sunt invisibilia credantur? Signo quippe virtutis pater Publii sanandus fuerat, ut mente revivisceret, dum miraculo ad salutem rediret; Timotheo autem adhibendum foris miraculum non erat, quia jam totus intus vivebat. Quid est ergo mirum si, propagata fide, crebro miracula non fiunt, quando haec ipsi quoque apostoli in quibusdam jam fidelibus non fecerunt? [Vet. XV.] Elevatis ergo coelis, Dominus inferiora considerat, quia et ablatis summis praedicatoribus, incessanter etiam infima nostrae infirmitatis curat. Et quasi subter coelos lumen illius, terminos respicit, quia post sublimem vitam praecedentium etiam peccatorum mores actusque gratiae suae illustratione comprehendit. Qui etsi virtutum signa nunc per vitam fidelium crebro non exerit, ab eisdem tamen fidelibus per virtutem operum nunquam recedit. Potest etiam lumen illius super terminos terrae ita intelligi, quod praedicatio supernae gratiae dum gentes ad fidem colligit, intra semetipsam mundi limites clausit.

36. Por qué fueron concedidos milagros en los inicios de la Iglesia. — Pues hay algunos que cuando oyen las obras admirables de los apóstoles, que habiendo recibido el Espíritu Santo resucitaban a los muertos con la palabra, expulsaban demonios de los obsesos, con la sombra quitaban las enfermedades (Hech. 5, 12, ss.), predecían las cosas futuras profetizando, y predicaban al Verbo unigénito de Dios hablando la lengua de todas las gentes (Hech. 2, 4), porque no ven ahora estas virtudes en la Iglesia, sospechan que la gracia suprema ya ha sido retirada de la Iglesia, no sabiendo sopesar lo que está escrito: Ayudante en las oportunidades, en la tribulación (Sal. 9, 10). Pues entonces la santa Iglesia necesitó los auxilios de los milagros cuando la apretó la tribulación de la persecución. Pues después de que domó la soberbia de la infidelidad, ya no requiere signos de virtudes, sino sólo los méritos de las obras, aunque también muestre aquéllos por medio de muchos cuando la oportunidad lo exige. Pues está escrito: Las lenguas son para signo no a los fieles, sino a los infieles (1 Cor. 14, 22). Donde, pues, todos son fieles, ¿qué causa exige que se muestren signos? De donde quizá satisfacemos más pronto si recordamos algo de la misma dispensación apostólica.

37. Los signos dados no a los fieles, sino a los infieles. — Pues Pablo, predicador egregio, viniendo a Malta, y sabiendo que la isla estaba llena de infieles, salvó orando al padre de Publio, vejado por la disentería y las fiebres (Hech. 28, 8), y sin embargo prescribió al enfermo Timoteo, diciendo: Usa un poco de vino por causa de tu estómago y tus frecuentes enfermedades (1 Tim. 5, 23). ¿Qué es esto, Pablo, que al enfermo infiel lo devuelves a la salud orando, y a tan gran ayudante del Evangelio lo curas al modo de un médico por medio de alimentos, sino porque por eso se hacen milagros exteriores para que las mentes de los hombres sean conducidas a las cosas interiores, a fin de que por aquello que se muestra visiblemente como admirable se crean aquellas cosas que son más admirables e invisibles? Pues por el signo de la virtud el padre de Publio debía ser sanado para que reviviera en la mente, mientras por el milagro volvía a la salud; pero a Timoteo no se le debía aplicar un milagro exterior, porque ya vivía todo él por dentro. ¿Qué tiene, pues, de extraño si, propagada la fe, no se hacen milagros frecuentemente, cuando estos mismos apóstoles no los hicieron ya en algunos fieles? [Vet. XV.] Elevados, pues, los cielos, el Señor considera las cosas inferiores, porque aun quitados los sumos predicadores, incesantemente cuida también lo ínfimo de nuestra debilidad. Y como si bajo los cielos Su luz respetara los términos, porque tras la sublime vida de los precedentes también comprende las costumbres y actos de los pecadores por la ilustración de Su gracia. El cual, aunque no ejerza ahora frecuentemente signos de virtudes por la vida de los fieles, sin embargo nunca se retira de los mismos fieles por la virtud de las obras. También puede entenderse Su luz sobre los términos de la tierra de modo que la predicación de la gracia suprema, mientras recoge a las gentes a la fe, cerró dentro de sí misma los límites del mundo.

38. Divinae gratiae miraculum in conversione peccatorum in extremis positorum.---Vel certe termini terrae sunt fines hominum peccatorum. Et saepe contingit ut plerique Deum deserant, et vitae suae tempora in desideriis carnalibus expendant; sed tamen superna gratia respecti in extremis suis ad Deum redeunt, quae sint judicia aeterna cognoscunt, cunctaque quae se perverse egisse meminerint, fletibus puniunt, atque haec vere se insequi rectis operibus ostendunt. Quibus subsequente justitia, profecto totum dimittitur quod ante deliquerunt. Hinc enim per prophetiae spiritum Anna dicit: Dominus judicabit fines terrae (I Reg. II, 10), quia nimirum anteactam vitam Deus non judicat, quando posteriora peccatorum respectu supernae pietatis illustrat. Hinc Moyses ait: Primogenita asini mutabis ove (Exod. XIII, 13). Per asinum quippe immunditia, per ovem vero innocentia designatur. Asini ergo primogenita ove mutare, est immundae vitae primordia in innocentiae simplicitatem convertere, ut postquam illa peccator egit, quae ut immunda Dominus respuit, ea jam agendo proferat, quae Dei sacrificio imponat. Quia ergo post prava opera peccator convertitur, et ab actionum suarum tenebris juxta finem aliquando revocatur, recte nunc dicitur: 871 Et lumen illius super terminos terrae. Sed gravi luctu afficit eadem gratia, quae post facinora mentem replet. Nam male gesta ad memoriam reducit, sibique hominem quam sit juste damnandus ostendit. Unde fit ut peccatum omne quod se egisse reminiscitur, quotidianis fletibus insequatur; et quo magis valet jam quod justum est cernere, eo ardentius appetit injustum sese gemitibus punire. Unde apte subjungitur:

Caput XIX

(Rec XII].

VERS. 4.---Post eum rugiet sonitus.

39. Afflante et lucente gratia, poenitentiae gemitus et rugitus audiuntur.---Quem enim Dominus illustrando repleverit, ejus vitam proculdubio in lamentum vertit; atque illuminatae menti quo magis aeterna supplicia insinuat, eo hanc durius de transacta nequitia gemitibus fatigat; et dolet homo quod fuit, quia bonum jam incipit vedere quod non fuit; odit qualem se fuisse meminit, amat qualem se esse debuisse cognoscit, et solam jam poenitentiae amaritudinem diligit, quia caute considerat in quantis voluptatibus sua delectatione peccavit.

38. El milagro de la gracia divina en la conversión de los pecadores puestos en los extremos. — O ciertamente los términos de la tierra son los fines de los hombres pecadores. Y a menudo sucede que muchos desamparan a Dios, y gastan los tiempos de su vida en los deseos carnales; pero sin embargo, respetados por la gracia suprema, en sus últimos momentos vuelven a Dios, conocen cuáles son los juicios eternos, y todas las cosas que recuerdan haber hecho perversamente, las castigan con llantos, y muestran que verdaderamente siguen estas cosas con obras rectas. A los cuales, siguiéndoles la justicia, por supuesto se les perdona todo lo que antes delinquieron. Pues de aquí dice Ana por el espíritu de profecía: El Señor juzgará los términos de la tierra (1 Sam. 2, 10), porque ciertamente Dios no juzga la vida anterior, cuando ilustra las cosas posteriores de los pecadores por el respeto de la piedad suprema. De aquí dice Moisés: Cambiarás el primogénito del asno por una oveja (Ex. 13, 13). Pues por el asno ciertamente se designa la inmundicia, pero por la oveja la inocencia. Cambiar, pues, el primogénito del asno por una oveja, es convertir los inicios de una vida inmunda en la simplicidad de la inocencia, para que después de que el pecador hizo aquellas cosas que el Señor rechazó como inmundas, produzca ya obrando aquellas cosas que imponga al sacrificio de Dios. Porque, pues, tras las obras torcidas el pecador se convierte, y es revocado alguna vez cerca del fin de las tinieblas de sus acciones, rectamente se dice ahora: Y Su luz sobre los términos de la tierra. Pero con grave luto aflige la misma gracia, que tras las maldades llena la mente. Pues trae a la memoria las cosas mal hechas, y muestra al hombre a sí mismo cuán justamente debe ser condenado. De donde sucede que cada pecado que recuerda haber hecho, lo persigue con llantos cotidianos; y cuanto más vale ya para distinguir lo que es justo, tanto más ardientemente apetece castigarse a sí mismo injusto con gemidos. De donde aptamente se añade:

Capítulo XIX

[Rec. XII].

VERSÍCULO 4. — Tras Él rugirá un sonido.

39. Al soplar e ilustrar la gracia, se oyen los gemidos y rugidos de la penitencia. — Pues a quien el Señor hubiere llenado ilustrándolo, sin duda convierte su vida en lamento; y a la mente iluminada, cuanto más le insinúa los suplicios eternos, tanto más duramente la fatiga con gemidos por la maldad pasada; y se duele el hombre de lo que fue, porque ya comienza a ver el bien que no fue; odia tal cual recuerda haber sido, ama tal cual conoce que debió ser, y ama ya sólo la amargura de la penitencia, porque considera cautamente en cuántos placeres pecó por su deleite.

Bene ergo dicitur: Post eum rugiet sonitus, quia cum mentem Deus ingreditur, constat proculdubio quod mox poenitentiae gemitus sequatur, ut ei jam salubriter flere libeat, quae prius de iniquitatibus flenda jucunditate gaudebat. [Vet. XVI.] Sed quo uberius culpa fletur, eo altius cognitio veritatis attingitur, quia ad videndum internum lumen polluta dudum conscientia lacrymis baptizata renovatur. Unde post poenitentiae rugitum apte subjungitur:

Caput XX

[Rec. XIII].

IBID.---Tonabit voce magnitudinis suae.

40. Vox Dei torpentem peccatorem excitans, tonitrui similis.---Voce enim magnitudinis suae Deus tonat, cum se nobis bene jam per lamenta praeparatis quam sit magnus in supernis insinuat. Quasi enim de coelo tonitrusprocedit cum nos incuria negligentiaque torpentes respectus gratiae pavore subito percutit, atque in terra positi sonum de superioribus audimus, quia terrena cogitantes superni terroris sententiam repente pertimescimus, et mens bene jam de summis sollicita trepidat, quae prius in infimis male secura torpebat. Sed istius visitationis occultae quibus modis se nobis insinuet terror ignoratur; neque ipsius mentis acie comprehenditur, cujus ad melius intentio commutatur. Unde apte subjungitur:

CAPUT XXI.

IBID.---Et non investigabitur, cum audita fuerit vox ejus.

41. Quibus modis haec vox se in aures cordis insinuet ignoratur.---Vox Domini auditur cum gratiae ejus aspiratio mente concipitur, cum insensibilitas occultae surditatis rumpitur, et cor ad studium summi amoris excitarum virtutis intimae clamore penetratur. Sed istam vocem supervenientis Spiritus, quae se in aures cordis insinuat, nec ipsa mens quae per hanc illustrata fuerit investigat. Pensare enim non valet invisibilis virtus quibus sibi meatibus influat, quibus ad se modis veniat, quibus recedat. Unde et bene per Joannem dicitur: Spiritus ubi vult spirat; et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, et quo vadat (Joan. III, 8). Vocem enim spiritus audire, est vi compunctionis intimae in amorem invisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit unde veniat, quia ignoratur per ora praedicantium quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo vadat, quia cum unam praedicationem multi audiunt, intelligi proculdubio 872 non potest quem deserens abjiciat, aut cujus ingrediens in corde requiescat.

Bien, pues, se dice: Tras Él rugirá un sonido, porque cuando Dios entra en la mente, consta sin duda que pronto sigue el gemido de la penitencia, para que ya le plazca llorar saludablemente a la que antes se gozaba con llorable jocundidad de las iniquidades. [Vet. XVI.] Pero cuanto más abundantemente se llora la culpa, tanto más profundamente se alcanza el conocimiento de la verdad, porque para ver la luz interna la conciencia hace poco polucionada, bautizada con lágrimas, se renueva. De donde tras el rugido de la penitencia aptamente se añade:

Capítulo XX

[Rec. XIII].

IBÍDEM. — Tronará con la voz de Su magnitud.

40. La voz de Dios que excita al pecador torpe es semejante al trueno. — Pues Dios trona con la voz de Su magnitud cuando se nos insinúa, ya bien preparados por los lamentos, cuán grande es Él en las cosas supremas. Pues como del cielo procede el trueno cuando el respeto de la gracia nos hiere con súbito pavor a los torpes por el descuido y la negligencia, y puestos en la tierra oímos el sonido de las cosas superiores, porque pensando cosas terrenas tememos de repente la sentencia del terror supremo, y la mente ya bien solícita por las cosas sumas tiembla, la que antes en las ínfimas torpemente estaba mal segura. Pero de qué modos se nos insinúa este terror de la visitación oculta se ignora; ni es comprendido por el filo de la misma mente, cuya intención se conmuta para mejor. De donde aptamente se añade:

CAPÍTULO XXI.

IBÍDEM. — Y no se investigará, cuando hubiere sido oída Su voz.

41. De qué modos esta voz se insinúa en los oídos del corazón se ignora. — La voz del Señor se oye cuando la aspiración de Su gracia se concibe en la mente, cuando se rompe la sordera de la insensibilidad oculta, y el corazón excitado al estudio del amor sumo es penetrado por el clamor de la virtud íntima. Pero esta voz del Espíritu que sobreviene, que se insinúa en los oídos del corazón, ni la misma mente que por ella ha sido ilustrada la investiga. Pues no puede sopesar la virtud invisible por qué conductos le influye, de qué modos viene a ella, de cuáles se retira. De donde también bien se dice por Juan: El Espíritu sopla donde quiere; y oyes su voz, pero no sabes de dónde viene, ni a dónde va (Juan 3, 8). Pues oír la voz del espíritu es levantarse al amor del creador invisible por la fuerza de la compunción íntima. Pero nadie sabe de dónde viene, porque se ignora por qué ocasiones se difunde a nosotros por la boca de los predicadores. Y nadie sabe a dónde va, porque cuando muchos oyen una sola predicación, no puede entenderse sin duda a quién desamparando desecha, o en el corazón de quién entrando descansa.

Una quippe res foris agitur, sed non per hanc uno modo intuentium corda penetrantur, quia qui invisibiliter visibilia modificat, in humanis cordibus causarum semina incomprehensibiliter plantat. Hinc est quod resuscitato Lazaro quidam crediderunt, sed tamen Judaeorum plurimi ad persecutionis zelum ex hac ipsa resuscitatione commoti sunt (Joan. XI, 45). Unum ergo idemque que miraculum quod aliis lumen fidei praebuit, alios per invidiae tenebras a lumine mentis excaecavit. Hinc est quod uterque latro et eamdem et suae morti similem mortem Redemptoris vidit (Luc. XXIII, 39); sed eum superbiendo alter contumeliis lacessere non timuit, quem timendo alter honoravit; atque in una re una utriusque cogitatio non fuit, quia hanc internus arbiter invisibiliter modificando distinxit. Sed hi occultae aspirationis modi, quia comprehendi nostra cogitatione nequeunt, nimirum divinae vocis vestigia nesciuntur. Bene ergo dicitur: Et non investigabitur, cum audita fuerit vox ejus. Unde et adhuc subjungitur:

CAPUT XXII.

VERS. 5.---Tonabit Deus voce sua mirabiliter.

42. Mirabiliter sonat Deus, quia silenter et occulta vi coelesti simul cibo reficit.---Voce sua Deus mirabiliter tonat, quia occulta vi corda nostra incomprehensibiliter penetrat. Quae dum latentibus motibus premit in timore, et format in amore, quanto ardore sequendus sit aliquo modo silenter clamat, et fit cujusdam impulsionis nimietas in mente, cum nihil sonet in voce. Quae tanto apud nos valentius perstrepit, quanto et ab omni exteriori strepitu aurem nostri surdescere cordis facit. [Vet. XVII.] Unde et anima ad semetipsam mox hoc intimo clamore collecta miratur quod audit, quia vim compunctionis incognitae percipit. Cujus ipsa admiratio bene apud Moysen manna desuper veniente signatur (Exod. XVI, 15). Dulcis enim cibus qui de supernis accipitur manhu vocatur. Manhu enim dicitur Quid est hoc? Et quid est hoc dicimus, quando hoc quod cernimus nescientes admiramur. Supernum igitur manna anima percipit, cum per vocem compunctionis elevata novam speciem internae refectionis obstupescit, ut divina dulcedine repleta jure respondeat, Quid est hoc? quia dum ab infima cogitatione suspenditur, ea quae de supernis conspicit insolite miratur. Et quia cum hac voce torporis nostri surditas rumpitur, vetustae vitae protinus usus mutatur, ut anima superno spiritu afflata, et in summis appetat quae contempserat, et contemnat in infimis quae appetebat, recte subjungitur:

Pues una sola cosa se hace fuera, pero no por ella se penetran de un solo modo los corazones de los que miran, porque el que invisiblemente modifica las cosas visibles, siembra incomprensiblemente las semillas de las causas en los corazones humanos. De aquí es que al ser resucitado Lázaro algunos creyeron, pero sin embargo muchísimos de los judíos fueron conmovidos al celo de la persecución por esta misma resucitación (Juan 11, 45). Así pues, un mismo y único milagro que a unos ofreció la luz de la fe, a otros por las tinieblas de la envidia los cegó de la luz de la mente. De aquí es que cada uno de los ladrones vio tanto la misma muerte del Redentor como una muerte semejante a la suya (Luc. 23, 39); pero uno, soberbio, no temió herirlo con oprobios, a quien el otro, temiendo, honró; y en una sola cosa no hubo un solo pensamiento en ambos, porque el Árbitro interno lo distinguió modificándolo invisiblemente. Pero estos modos de la aspiración oculta, porque no pueden ser comprendidos por nuestro pensamiento, ciertamente los vestigios de la voz divina no se conocen. Bien, pues, se dice: Y no se investigará, cuando hubiere sido oída Su voz. De donde también todavía se añade:

CAPÍTULO XXII.

VERSÍCULO 5. — Tronará Dios con Su voz maravillosamente.

42. Maravillosamente suena Dios, porque silenciosamente y por una fuerza oculta recrea a la vez con el alimento celestial. — Dios trona maravillosamente con Su voz, porque por una fuerza oculta penetra incomprensiblemente nuestros corazones. Los cuales, mientras los oprime con movimientos latentes en el temor, y los forma en el amor, clama silenciosamente de algún modo con cuánto ardor debe ser seguido, y se produce una cierta demasía de impulso en la mente, sin que nada suene en la voz. La cual suena tanto más poderosamente entre nosotros, cuanto hace que el oído de nuestro corazón se ensordezca a todo estrépito exterior. [Vet. XVII.] De donde también el alma, recogida pronto en sí misma por este clamor íntimo, se maravilla de lo que oye, porque percibe la fuerza de una compunción desconocida. Cuya misma admiración está bien significada en Moisés por el maná que venía de lo alto (Ex. 16, 15). Pues el dulce alimento que se recibe de las cosas supremas se llama manhu. Pues manhu se dice ¿Qué es esto? Y decimos ¿Qué es esto? cuando nos maravillamos de lo que vemos, ignorándolo. El maná supremo, pues, percibe el alma cuando, elevada por la voz de la compunción, se pasma ante una nueva especie de refección interna, de modo que llena de la dulzura divina con derecho responda: ¿Qué es esto?, porque mientras es suspendida del pensamiento ínfimo, se maravilla insólitamente de las cosas que contempla de las supremas. Y porque con esta voz se rompe la sordera de nuestra torpeza, el uso de la vida vieja se muda al punto, para que el alma, alentada por el espíritu supremo, tanto apetezca en lo sumo lo que había despreciado, cuanto desprecie en lo ínfimo lo que apetecía; rectamente se añade:

CAPUT XXIII.

IBID.---Qui facit magna et inscrutabilia.

43. Mira et stupenda in peccatoris conversione Deus operatur.---Ut enim homo terrenis usibus deditus, iniquis desideriis pressus, subito ad nova efferveat, atque ad consueta frigescat, exterioribus curis renuntiet, in internis contemplationibus anhelet, quis hanc virtutem supernae vocis considerare sufficiat? quis considerando comprehendat? Magna sunt quae per vocem suam Dominus facit, sed minus magna essent si perscrutari potuissent. Facit ergo magna et inscrutabilia, quia ostendit foris perfectionem operis, sed latet intus ipsa qualitas operationis. Voce sua foris etiam per apostolos insonat, sed corda audientium per seipsum interius illustrat, 873 Paulo attestante qui ait: Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (I Cor. III, 6). Quamvis ergo nostris mentibus supernae vocis auditum non ipsi praebeant, missi tamen sunt, ut verbis nobis exterioribus condescendant. Unde apte subjungitur.

Caput XXIV

[Rec. XIV].

VERS. 6.---Qui praecipit nivi ut descendat in terram, et hiemis pluviis, et imbri fortitudinis suae.

44. Sancti praedicatores quorum conversatio in coelis est, infirmis tamen fratribus condescendunt.---Quia Psalmista ait: Lavabis me, et super nivem dealbabor (Psal. L, 8), quid hoc loco nivem, nisi per lucem justitiae candida accipimus corda sanctorum? Aquae autem ductae in superioribus constipantur, ut nives fiant. Sed cum hae ipsae nives ad terram veniunt, in aquarum iterum liquorum vertuntur. Aquae igitur sunt praedicatorum mentes: quae dum ad contemplanda superna se erigunt, altiori intellectu solidantur. Cumque in summa consideratione rapiuntur, virtutem confirmationis accipiunt. Sed quia adhuc in terris fraterna dilectione retinentur, semetipsas ab alto intellectu modificant, et infirmis humiliter praedicantes more nivium corda arentia liquatae rigant. Nives ergo ad terram de coelestibus veniunt, cum sublimia corda sanctorum quae jam solida contemplatione pascuntur pro fraterna charitate ad humilia praedicationis verba descendunt.

CAPÍTULO XXIII.

IBÍDEM. — El cual hace cosas grandes e inescrutables.

43. Cosas admirables y estupendas obra Dios en la conversión del pecador. — Pues que un hombre entregado a los usos terrenos, oprimido por deseos inicuos, de repente se enfervorice por cosas nuevas, y se enfríe hacia las acostumbradas, renuncie a los cuidados exteriores, anhele en las contemplaciones internas, ¿quién será suficiente para considerar esta virtud de la voz celestial? ¿quién considerándola la comprenderá? Grandes son las cosas que el Señor hace por Su voz, pero menos grandes serían si hubieran podido ser escrutadas. Hace, pues, cosas grandes e inescrutables, porque muestra fuera la perfección de la obra, pero dentro late la cualidad misma de la operación. Por Su voz suena fuera incluso por los apóstoles, pero ilustra los corazones de los oyentes por Sí mismo interiormente, atestiguándolo Pablo que dice: Yo planté, Apolo regó, pero Dios dio el incremento. Ni el que planta es algo, ni el que riega, sino Dios que da el incremento (1 Cor. 3, 6-7). Aunque, pues, no presten ellos mismos a nuestras mentes el oído de la voz suprema, sin embargo son enviados para que nos condesciendan con palabras exteriores. De donde aptamente se añade.

Capítulo XXIV

[Rec. XIV].

VERSÍCULO 6. — El cual manda a la nieve que descienda a la tierra, y a las lluvias del invierno, y al aguacero de Su fortaleza.

44. Los santos predicadores, cuya conversación está en los cielos, condescienden sin embargo con los hermanos débiles. — Porque el Salmista dice: Me lavarás, y seré blanqueado sobre la nieve (Sal. 50, 9), ¿qué aceptamos en este lugar por nieve, sino los corazones de los santos blancos por la luz de la justicia? Pues las aguas llevadas a lo superior se espesan para que se hagan nieves. Pero cuando estas mismas nieves vienen a la tierra, se convierten de nuevo en el líquido de las aguas. Las aguas, pues, son las mentes de los predicadores: las cuales, mientras se erigen a contemplar lo supremo, se solidifican por un intelecto más alto. Y cuando son arrebatadas en la consideración suma, reciben la virtud de la confirmación. Pero porque todavía son retenidas en la tierra por la caridad fraterna, se modifican a sí mismas desde el alto intelecto, y predicando humildemente a los débiles, al modo de las nieves, riegan los corazones secos al licuarse. Las nieves, pues, vienen a la tierra desde las cosas celestiales cuando los corazones sublimes de los santos, que ya se alimentan de la sólida contemplación, descienden por la caridad fraterna a las humildes palabras de la predicación.

[Vet. XVIII.] Sicut enim nix terram cum jacet operit, cum vero liquatur rigat, ita sanctorum virtus et per firmitatem suam apud Deum vitam peccatorum protegit, et per condescensionem suam quasi liquefacta arentem terram ut fructus proferat infundit. Et quia aqua prius ab infimis trahitur, ut post a superioribus sparsa reddatur, sancti quique etiam cum in virtutum arce consistunt, unde elevati sunt considerant, ne alienae infirmitatis abjecta contemnant. Quasi ergo aquae ad terras de quibus sublevatae sunt redeunt, dum condescendentes justi peccatoribus reminisci non desinunt quod fuerunt. Certe aqua in terris adhuc Paulus fuerat, cum legem carnaliter sapiebat; sed ductus ad coelestia, in nivem versus est; quia quod prius infirmum sapuit ad soliditatem verae intelligentiae commutavit; et tamen condescendens fratribus quasi nix ima repetiit, quia et post virtutum culmina quam fuerit indignus agnoscit, dicens: Qui prius fui blasphemus et persecutor (I Tim. I, 13), etc. Ecce quam clementer suae imbecillitatis reminiscitur, ut aliorum aequanimiter infirma patiatur. Quasi enim ad terram de qua sumpta fuerat post coelum aqua rediit, dum post tanta suae contemplationis arcana peccatorem se Paulus meminit, ut prodesse humiliter peccatoribus possit. Videamus itaque aqua haec in nivis soliditatem vertenda qualiter trahatur ad summa. Ait: Sive mente excedimus, Deo (II Cor. V, 13). Videamus qualiter ad ima nix redeat, ut dum liquatur infundat. Ait: Sive sobrii sumus, vobis (Ibid.). Videamus qua manu ducitur, ut et jacens elevari valeat, et sublevata revocari. Ait: Charitas enim Christi urget nos (Ibid., 14). Quia igitur charitas Christi, quae sanctorum mentes ad superna sublevat, eas pio moderamine pro fraterna dilectione etiam ad humilitatem condescensionis format, recte dicitur: Qui praecipit nivi ut descendat in terram. Ubi et apte subjungitur: Et hiemis pluviis 874 et imbri fortitudinis suae.

45. Hiems est vita praesens, in qua sanctorum praedicatorum abundant pluviae.--- Hiems quippe est vita praesens, in qua nos etsi jam spes ad superna erigit, adhuc tamen mortalitatis nostrae frigidus torpor astringit, quia scriptum est: Corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem (Sap. IX, 15). Habet autem haec hiems pluvias, rectorum procul dubio praedicationes. De quibus videlicet pluviis per Moysen dicitur: Exspectetur sicut pluvia eloquium meum, et descendant sicut ros verba mea (Deut. XXXII, 2).

[Vet. XVIII.] Pues así como la nieve cubre la tierra cuando yace, pero la riega cuando se licua, así la virtud de los santos tanto protege la vida de los pecadores por su firmeza ante Dios, cuanto por su condescendencia, como licuada, infunde la tierra seca para que produzca frutos. Y porque el agua primero es traída de lo ínfimo para que después sea devuelta esparcida desde lo superior, todos los santos, incluso cuando consisten en el alcázar de las virtudes, consideran de dónde han sido elevados, para no despreciar las cosas abyectas de la debilidad ajena. Como si, pues, las aguas volvieran a las tierras de donde fueron elevadas, mientras los justos condescendientes no dejan de recordar con los pecadores lo que fueron. Ciertamente Pablo había sido todavía agua en las tierras cuando sabía la ley carnalmente; pero llevado a lo celestial, se convirtió en nieve; porque lo que antes supo como débil lo conmutó por la solidez de la verdadera inteligencia; y sin embargo, condescendiendo con los hermanos, buscó de nuevo lo ínfimo como nieve, porque incluso tras las cumbres de las virtudes reconoce cuán indigno fue, diciendo: Que antes fui blasfemo y perseguidor (1 Tim. 1, 13), etc. Ved cuán clementemente recuerda su propia imbecilidad para sufrir ecuánimemente las cosas débiles de los otros. Pues como si el agua volviera a la tierra de donde había sido tomada después del cielo, mientras tras tantos secretos de su contemplación Pablo se recuerda pecador, para poder aprovechar humildemente a los pecadores. Veamos, pues, esta agua que ha de convertirse en la solidez de la nieve, de qué modo es traída a lo sumo. Dice: Si mente excedemos, para Dios (2 Cor. 5, 13). Veamos de qué modo vuelve la nieve a lo ínfimo para que, mientras se licua, riegue. Dice: Si sobrios somos, para vosotros (Ibíd.). Veamos por qué mano es llevada para que tanto pueda ser elevada yaciendo, como ser revocada sublevada. Dice: Pues la caridad de Cristo nos urge (Ibíd., 14). Porque, pues, la caridad de Cristo, que subleva las mentes de los santos a lo supremo, las forma por un piadoso moderamen también para la humildad de la condescendencia por la caridad fraterna, rectamente se dice: El cual manda a la nieve que descienda a la tierra. Donde también aptamente se añade: Y a las lluvias del invierno y al aguacero de Su fortaleza.

45. El invierno es la vida presente, en la cual abundan las lluvias de los santos predicadores. — Pues el invierno es la vida presente, en la cual, aunque la esperanza ya nos erige a lo supremo, todavía sin embargo nos restriñe el frío torpor de nuestra mortalidad, porque está escrito: El cuerpo que se corrompe agrava el alma, y la habitación terrena deprime el sentido que piensa muchas cosas (Sab. 9, 15). Tiene, además, este invierno lluvias, sin duda las predicaciones de los rectores. De cuyas lluvias ciertamente se dice por Moisés: Espérese como lluvia mi elocuio, y desciendan como rocío mis palabras (Deut. 32, 2).

Hae nimirum pluviae hiemi congruunt, aestate cessabunt, quia cum nunc carnalium oculis vita coelestis absconditur, necesse est ut sanctorum nobis praedicationibus irroretur. Cum vero aeterni judicii aestus incanduerit, nullus verba praedicantium necessaria tunc habebit, quia, veniente judice, ad cor suum quisque reducitur, ut sancta jam cum agere non valet sentiat, et rectum quod sequi debuit ex tortitudinis suae poena cognoscat. Unde bene per prophetam dicitur: Congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis (Jerem. XII, 3). In die enim occisionis sanctificantur reprobi, quia tunc sancta quae debuerunt agere sentiunt, cum digna pravitatis suae supplicia jam declinare non possunt. Quia autem praedicationes sanctae cum vita praesenti, id est pluviae cum hieme cessabunt, recte exeunti animae, atque ad aeternae felicitatis aestiva properanti, sponsi voce suadentis dicitur: Surge, propera, amica mea, formosa mea, et veni; jam enim hiems transiit, imber abiit et recessit (Cant. II, 10). Transeunte quippe hieme, imber recedit, quia cum vita praesens peragitur, in qua nos ignorantiae nubilo carnis corruptibilis torpor astrinxerat, omne ministerium praedicationis cessat. Clarius quippe per nos tunc videbimus hoc quod sanctorum vocibus nunc obscurius audimus. Praecipit igitur Dominus nivi, et hiemis pluviis, ut in terram descendant, dum aspiratione sancti spiritus pro corrigendis peccatoribus corda sanctorum ad ministerium praedicationis humiliat. Ubi recte additur: Et imbri fortitudinis suae.

[Rec. XV.] 46.---Imber fortitudinis, praedicatio divinitatis; imber infirmitatis, praedicatio humanitatis Christi.---Imber quippe fortitudinis Dei est praedicatio divinitatis. Nam imber infirmitatis est praedicatio ejus incarnationis, de qua per Paulum dicitur: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus (I Cor. I, 25). Et rursum: Si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei (II Cor. XIII, 4). Sic autem sancti viri humanitatis ejus infirma praedicant, ut auditorum suorum cordibus etiam divinitatis fortia infundant. Audiamus per tonitruum nubis, imbrem fortitudinis: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I, 1). Audiamus etiam imbrem infirmitatis: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Ibid., 14). Audiamus imbrem fortitudinis: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat (Ibid., 3). Audiamus etiam imbrem infirmitatis: In propria venit, et sui eum non receperunt (Ibid., 11).

Estas lluvias ciertamente son congruentes al invierno, cesarán en el verano, porque mientras ahora la vida celestial está escondida a los ojos de los carnales, es necesario que se nos rocíe con las predicaciones de los santos. Pero cuando se haya encendido el calor del juicio eterno, nadie tendrá entonces por necesarias las palabras de los predicadores, porque, viniendo el Juez, cada uno es reducido a su propio corazón, para que ya sienta las cosas santas que no puede hacer, y conozca lo recto que debió seguir por la pena de su propia torcedura. De donde bien se dice por el profeta: Congrégalos como grey para la víctima, y santifícalos en el día de la matanza (Jer. 12, 3). Pues en el día de la matanza son santificados los réprobos, porque entonces sienten las cosas santas que debieron hacer, cuando ya no pueden declinar los dignos suplicios de su propia depravación. Porque, además, las predicaciones santas cesarán con la vida presente, esto es, las lluvias con el invierno, rectamente al alma que sale, y que se apresura a los calores estivales de la felicidad eterna, se le dice por la voz del esposo que persuade: Levántate, apresúrate, amiga mía, hermosa mía, y ven; pues ya pasó el invierno, la lluvia se fue y se retiró (Cant. 2, 10-11). Pues al pasar el invierno, la lluvia se retira, porque cuando se acaba la vida presente, en la cual nos había restringido el torpor de la carne corruptible con la nube de la ignorancia, cesa todo ministerio de predicación. Pues más claramente veremos entonces por nosotros mismos lo que ahora oímos más oscuramente por las voces de los santos. Manda, pues, el Señor a la nieve, y a las lluvias del invierno, que desciendan a la tierra, mientras por la aspiración del espíritu santo humilla los corazones de los santos al ministerio de la predicación para corregir a los pecadores. Donde rectamente se añade: Y al aguacero de Su fortaleza.

[Rec. XV.] 46. Aguacero de fortaleza es la predicación de la divinidad; aguacero de debilidad la predicación de la humanidad de Cristo. — Pues el aguacero de la fortaleza de Dios es la predicación de Su divinidad. Pues el aguacero de la debilidad es la predicación de Su encarnación, de la cual se dice por Pablo: Lo que es débil de Dios es más fuerte que los hombres (1 Cor. 1, 25). Y de nuevo: Si fue crucificado por debilidad, vive empero por la virtud de Dios (2 Cor. 13, 4). Pues de tal modo los varones santos predican lo débil de Su humanidad, que también infundan en los corazones de sus oyentes lo fuerte de Su divinidad. Oigamos por el trueno de la nube el aguacero de la fortaleza: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba ante Dios, y Dios era el Verbo (Juan 1, 1). Oigamos también el aguacero de la debilidad: El Verbo se hizo carne, y habitó entre nosotros (Ibíd., 14). Oigamos el aguacero de la fortaleza: Todas las cosas por Él fueron hechas, y sin Él nada fue hecho. Lo que fue hecho, en Él era vida (Ibíd., 3-4). Oigamos también el aguacero de la debilidad: A lo suyo vino, y los suyos no lo recibieron (Ibíd., 11).

Imbri ergo fortitudinis suae praecipit ut in terram descendat, quia sanctorum suorum vocibus sic nobis humanitatis suae infirma praedicat, ut nobis etiam mira et fortia suae divinitatis innotescat. Sed cum virtutem nostri conditoris audimus, statim ad corda nostra formidine compellente reducimur, et tantum super nos judicem perpendentes, 875 quae digne, quaeve egimus indigne, pensamus. Unde et bene subjungitur:

Caput XXV

[Rec. XVI].

VERS. 7.---Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.

47. Cognoscendo Deum nosmet agnoscimus, et severius judicamus.---Mala enim quae agunt homines, pensare contemnunt. Sed cum virtutem supernae districtionis audiunt, pravorum operum hoc quod se deprimit pondus agnoscunt. Praedicationis quippe verbis pulsati evigilant, ut pensent ad quae supplicia sese antiquae actionis meritum trahat. Dum ergo imber fortitudinis in terram descendit, in manu uniuscujusque signatur, ut sua opera sciat, quia dum virtus incomprehensibilis majestatis agnoscitur, ab unoquoque subtilius sua vita pensatur.

48. Naturali lumine, tanquam lege mentis, pravum et rectum innotescunt.---Quod tamen intelligi et aliter potest. Creator namque omnipotens a cunctis insensibilibus irrationabilibusque distinctum rationabilem creaturam hominem condidit, quatenus quod egerit ignorare non possit. Naturae enim lege scire compellitur, seu pravum sive rectum sit quod operatur. Nam ad judicium pro actione cur venit, si potuit nescire quod egit? Et ipsi ergo qui praeceptis dominicis erudiri contemnunt, utrum bona an mala sint quae faciunt sciunt. Nam si bona se facere nesciunt, cur de aliquibus factis in ostentatione gloriantur? Rursum si mala se agere ignorant, cur in eisdem factis alienos oculos declinant? Ipsi enim sibi testes sunt, quia sciunt malum esse quod agunt, quod videri ab aliis verentur. Si enim veraciter malum esse non crederent, nequaquam hoc ab aliis videri formidarent. Unde et bene per quemdam sapientem dicitur: Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnationi (Sap. XVII, 10). Quia dum de facto suo conscientiam pulsans timor redarguit, ipsa sibi testimonium perhibet damnabile esse quod agit.

Al aguacero, pues, de Su fortaleza manda que descienda a la tierra, porque de tal modo nos predica por las voces de Sus santos lo débil de Su humanidad, que también se nos den a conocer las cosas admirables y fuertes de Su divinidad. Pero cuando oímos la virtud de nuestro creador, al punto por el pavor que nos compele somos reducidos a nuestros corazones, y sopesando a tan gran Juez sobre nosotros, sopesamos qué cosas hicimos dignamente, y cuáles indignamente. De donde también bien se añade:

Capítulo XXV

[Rec. XVI].

VERS. 7. El cual sella en la mano de todos los hombres, para que cada uno conozca sus obras.

47. Conociendo a Dios nos reconocemos a nosotros mismos, y nos juzgamos más severamente. — Pues los hombres desprecian sopesar los males que hacen. Pero cuando oyen la virtud de la estrechez celestial, reconocen este peso de las obras malvadas que los deprime. Pues pulsados por las palabras de la predicación, despiertan para que sopesen a qué suplicios los arrastra el mérito de su acción antigua. Mientras, pues, el aguacero de fortaleza desciende a la tierra, en la mano de cada uno se sella, para que conozca sus obras, porque mientras se reconoce la virtud de la majestad incomprensible, por cada uno se sopesa más sutilmente su propia vida.

48. Por la luz natural, como por la ley de la mente, lo perverso y lo recto se dan a conocer. — Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de otro modo. Pues el Creador omnipotente formó al hombre como criatura racional, distinta de todas las cosas insensibles e irracionales, para que no pudiese ignorar lo que hiciese. Pues por ley de la naturaleza es compelido a saber si es perverso o si es recto lo que obra. Pues, ¿por qué viene a juicio por su acción, si pudo ignorar lo que hizo? Y ellos mismos, pues, que desprecian ser instruidos por los preceptos dominicales, saben si son buenas o malas las cosas que hacen. Pues si no saben que hacen el bien, ¿por qué se glorían con ostentación de algunos hechos? De nuevo, si ignoran que obran mal, ¿por qué en esos mismos hechos evitan los ojos ajenos? Pues ellos mismos son testigos para sí, porque saben que es malo lo que hacen, lo cual temen que sea visto por otros. Pues si verdaderamente no creyesen que es malo, de ningún modo temerían que esto fuese visto por otros. De donde también bien se dice por cierto sabio: Siendo temerosa la maldad, da testimonio para la condenación (Sab. 17, 10). Porque mientras el temor, pulsando la conciencia, reprueba su hecho, ella misma se da testimonio de que es condenable lo que hace.

Quo contra per Joannem dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum (I Joan. III, 21). Fugiant ergo iniqui humanos oculos, semetipsos certe fugere non possunt. Quia enim malum quod faciunt noverunt, habent testem conscientiam, habent judicem rationem suam. In peccato igitur quod committunt prius contra se judicium suae rationis inveniunt, et post ad districtionem aeterni examinis perducuntur. Et hoc est fortasse quod per Psalmistam dicitur: Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum (Psal. XLI, 8). Quia dum miro ordine dispositionis occultae malum non permittitur nesciri quod agitur, et suo se jam judicio peccator in conscientia condemnat, et post condemnationem propriam ad aeterni judicis sententiam properat. Abyssum ergo abyssum invocare est de judicio ad judicium pervenire. Eant ergo praedicatores sancti, redarguant facta peccantium, auditores autem pravi contemnant verba justorum, defendant quantum voluerint pravitates suas, atque impudenter gestas impudentius defendendo multiplicent: certe ipsi sibi in conscientia testes sunt quia excusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilem creaturam Deus hominem condidit, in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.

Sed quia Eliu de pravitate singulorum sententiam protulit, illico ad ipsum pravitatis auctorem, per quem unumquodque malum oboritur, mentis oculos deflectit, ut quia uno hoc versu pravi capitis membra perstrinxerat, etiam hoc ipsum membrorum caput sub brevitate describat. Vel certe quia superius (Num. XIX), nubium Dei virtutes intulerat, agit nunc ut contra bonorum vitam etiam adversarii impugnationes innotescat. Nam sequitur:

Caput XXVI

[Vet. XIX, Rec. XVII].

VERS. 8.---Ingredietur bestia latibulum suum, et in antro suo morabitur.

49. Diaboli antrum Antichristus, et reprobi omnes.---Quis alius nomine bestiae, nisi antiquus hostis accipitur, qui deceptionem primi hominis saevus impetiit, et integritatem vitae illius male suadendo laniavit? Contra quem prophetae vocibus de sancta electorum Ecclesia in antiquum statum restauranda promittitur: Et mala bestia non transibit per eam (Isai. XXXV, 9). Sed haec bestia cum post Redemptoris adventum, post praedicatorum voces, quasi post tonitruum nubium in fine mundi illum damnatum hominem qui Antichristus vocatur invaserit, quid aliud quam latibulum suum ingreditur, ut in antro proprio demoretur? Vas quippe illud diaboli antrum ac latibulum bestiae est, ut insidians hominibus viam hujus vitae carpentibus, in illo et per signa lateat, et per malitiam occidat.

Por el contrario, se dice por Juan: Si nuestro corazón no nos reprendiere, confianza tenemos ante Dios (1 Juan 3, 21). Huyan, pues, los inicuos de los ojos humanos; ciertamente de sí mismos no pueden huir. Porque pues conocen el mal que hacen, tienen por testigo la conciencia, tienen por juez su propia razón. En el pecado, pues, que cometen, encuentran primero contra sí el juicio de su propia razón, y después son llevados a la estrechez del examen eterno. Y esto es tal vez lo que se dice por el Salmista: El abismo llama al abismo en la voz de tus cataratas (Sal. 41, 8). Porque mientras por un orden admirable de disposición oculta no se permite que se ignore el mal que se hace, y ya por su propio juicio el pecador se condena en la conciencia, y tras su propia condenación se apresura a la sentencia del Juez eterno. El abismo, pues, llamar al abismo es llegar de juicio en juicio. Vayan, pues, los predicadores santos, reprueben los hechos de los pecadores; pero los oyentes perversos desprecien las palabras de los justos, defiendan cuanto quisieren sus perversidades, y defendiendo impudentemente lo impudentemente hecho, multiplíquenlo: ciertamente ellos mismos son testigos para sí en la conciencia de que no son excusables. Pues por eso mismo que Dios formó al hombre criatura racional, sella en la mano de todos los hombres, para que cada uno conozca sus obras.

Pero porque Eliú profirió una sentencia sobre la perversidad de cada uno, al punto desvía los ojos de la mente hacia el mismo autor de la perversidad, por quien nace cada mal, para que, pues en este solo verso había rozado los miembros de la cabeza perversa, describa también con brevedad a esta misma cabeza de los miembros. O ciertamente porque arriba (Núm. 19) había introducido las virtudes de las nubes de Dios, trata ahora de que contra la vida de los buenos también se den a conocer las impugnaciones del adversario. Pues sigue:

Capítulo XXVI

[Vet. XIX, Rec. XVII].

VERS. 8. Entrará la bestia en su escondite, y en su antro morará.

49. El Anticristo y todos los réprobos son el antro del diablo. — ¿Quién otro se entiende por el nombre de bestia, sino el antiguo enemigo, que atacó cruelmente la decepción del primer hombre, y por mala persuasión desgarró la integridad de su vida? Contra quien se promete por las voces de los profetas sobre la santa Iglesia de los electos, que ha de ser restaurada a su estado antiguo: Y la mala bestia no pasará por ella (Is. 35, 9). Pero cuando esta bestia, tras el advenimiento del Redentor, tras las voces de los predicadores, como tras el trueno de las nubes, al fin del mundo haya invadido a aquel hombre condenado que se llama Anticristo, ¿qué otra cosa hace sino entrar en su escondite, para demorarse en su propio antro? Pues aquel vaso del diablo es antro y escondite de la bestia, para que, acechando a los hombres que recorren el camino de esta vida, en él y por signos se esconda, y por malicia mate.

Qui tamen omnium reproborum corda etiam nunc priusquam apertus appareat possidet, eaque per occultam malitiam quasi proprium antrum tenet, atque ad omne quod nocere bonis appetit in eorum se obscuris mentibus abscondit. An Judaeorum persequentium corda antrum hujus bestiae non fuerunt, in quorum diu consiliis latuit, sed repente vocibus erupit clamantium: Crucifige, crucifige (Joan. XIX, 6)? Et quia ad lacerationem mentis pertingere tentando non potuit in Redemptore nostro (Matth. IV, 3), ad mortem carnis anhelavit. Haec nimirum bestia multa electorum corda tenuit, sed hanc ab illis moriens Agnus excussit. Unde et in Evangelio dicit: Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras (Joan. XII, 31). Qui miro rectoque judicio dum confessiones humilium illuminans suscepit, superborum oculos deserens clausit. Unde ei per Psalmistam dicitur: Posuisti tenebras, et facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvarum; catuli leonum rugientes ut rapiant, et quaerant a Deo escam sibi (Psal. CIII, 20, 21). Tenebras quippe Dominus ponit, cum peccatis judicia rependens, lumen suae intelligentiae subtrahit. Et nox efficitur, quia pravorum mens ignorantiae suae erroribus caecatur. In qua omnes bestiae silvae pertranseunt, dum maligni spiritus sub opacitate fraudis latentes in reproborum corda pravitates suas explendo percurrunt. In qua et catuli leonum rugiunt, quia nequissimarum sed tamen eminentium potestatum ministri spiritus importunis tentationibus insurgunt. Qui tamen a Deo escam expetunt, quia nimirum capere animas nequeunt, nisi justo judicio praevalere divinitus permittantur. Ubi et apte subjungitur: Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus suis se collocaverunt (Psal. CIII, 20). Quia veritatis lumine per carnem apparente, a fidelium mentibus excussi, quasi ad cubilia sua reversi sunt, dum sola infidelium corda tenuerunt. 877 Quod igitur illic leonum cubile, hic antrum bestiae dicitur.

50. Bonorum mentes diabolus aliquando ingreditur, sed in eis non moratur.---Notandum vero magnopere aestimo quod bestia haec non solum antrum suum ingredi, sed in eo etiam morari perhibetur. Aliquando namque etiam bonorum mentes ingreditur, illicita suggerit, tentationibus fatigat, rectitudinem spiritus ad delectationem carnis deflectere conatur, delectationem quoque ad consensum perducere nititur, sed tamen resistente superno adjutorio praevalere prohibetur. Intrare ergo in mentes bonorum potest, sed in eis morari non potest, quia cor justi hujus bestiae antrum non est.

El cual, sin embargo, incluso ahora, antes de que aparezca abiertamente, posee los corazones de todos los réprobos, y los tiene por oculta malicia como su propio antro, y se esconde en sus mentes oscuras para todo lo que apetece dañar a los buenos. ¿Acaso los corazones de los judíos perseguidores no fueron el antro de esta bestia, en cuyos consejos largamente se escondió, pero de repente brotó en las voces de los que gritaban: Crucifícale, crucifícale (Juan 19, 6)? Y porque tentando no pudo llegar al desgarro de la mente en nuestro Redentor (Mt. 4, 3), anheló la muerte de la carne. Esta bestia, ciertamente, tuvo muchos corazones de los electos, pero el Cordero moribundo la expulsó de ellos. De donde también dice en el Evangelio: Ahora el príncipe de este mundo será echado fuera (Juan 12, 31). Quien por un admirable y recto juicio, mientras recibió las confesiones de los humildes iluminándoles, cerró los ojos de los soberbios desamparándoles. De donde se le dice por el Salmista: Pusiste las tinieblas, y se hizo la noche, en ella pasarán todas las bestias de las selvas; los cachorros de los leones rugiendo para arrebatar, y buscar de Dios el sustento para sí (Sal. 103, 20, 21). Pues el Señor pone las tinieblas cuando, retribuyendo juicios por los pecados, retira la luz de su inteligencia. Y se hace la noche, porque la mente de los malvados se ciega por los errores de su propia ignorancia. En la cual todas las bestias de la selva pasan, mientras los espíritus malignos, escondidos bajo la opacidad del fraude, recorren los corazones de los réprobos cumpliendo sus perversidades. En la cual también los cachorros de los leones rugen, porque los espíritus ministros de las nequísimas pero eminentes potestades se levantan con importunas tentaciones. Los cuales, sin embargo, piden a Dios el sustento, porque ciertamente no pueden capturar las almas si no se les permite divinamente prevalecer por un justo juicio. Donde también aptamente se añade: Salió el sol, y se congregaron, y en sus cubiles se colocaron (Sal. 103, 22). Porque apareciendo la luz de la verdad por la carne, expulsados de las mentes de los fieles, volvieron como a sus cubiles, mientras solo retuvieron los corazones de los infieles. Lo que, pues, allí se llama cubil de leones, aquí se llama antro de la bestia.

50. El diablo entra a veces en las mentes de los buenos, pero en ellas no mora. — Pero estimo que se ha de notar grandemente que esta bestia se dice no solo que entra en su antro, sino que también mora en él. Pues a veces entra incluso en las mentes de los buenos, sugiere cosas ilícitas, fatiga con tentaciones, intenta desviar la rectitud del espíritu hacia el deleite de la carne, y se esfuerza por llevar el deleite también al consentimiento; pero, sin embargo, resistiendo el auxilio superior, se le prohíbe prevalecer. Entrar, pues, en las mentes de los buenos puede, pero en ellas morar no puede, porque el corazón del justo no es el antro de esta bestia.

Quos enim quasi proprium antrum possidet, eorum mentes procul dubio immorans tenet, quia et prius in eis cogitationes usque ad iniqua desideria et post iniqua desideria usque ad nequissima opera perducit. Neque enim student reprobi suggestiones ejus recta judicii manu repellere, cujus voluntatibus appetunt subdita delectatione servire. Cumque in eorum cordibus pravum quid oritur, mox per studium delectationis enutritur; et cum sibi minime resistitur, protinus ex consensu roboratur, statimque consensus ad opus perducitur, opus vero etiam consuetudine gravatur. Recte ergo in antro suo morari haec bestia dicitur, quae tandiu cogitationes reproborum tenet, quousque eorum vitam etiam aculeo pravi operis perforet. Unde bene ad Judaeam Dominus per prophetam dicit: Quousque morabuntur in te cogitationes noxiae (Jerem. IV, 14)? Neque enim reprehendit cur veniant, sed cur morentur. Et in bona etiam corda cogitationes illicitae veniunt, sed tamen morari prohibentur, quia recti quique ne captivandam domum conscientiae praebeant, ab ipso cordis limine hostem fugant. Qui et si quando repentinis suggestionibus usque ad primum vestibulum subripuerit, ad consensus tamen januam non pertingit. Huic nimirum bestiae, impulsu subitae formidinis victus, januam cordis Petrus negando aperuit, sed citius cognoscendo restitit, flendo clausit (Matth. XXVI, 70). [Vet. XX.] Quia vero antiquus hostis persecutorum corda non solum intrando tenuit, sed etiam tenendo possedit, dicatur recte: Ingredietur bestia latibulum suum, et in antro suo morabitur. Quantum namque in Judaeorum mentibus demorata sit discimus, cum illorum consilia attestatione evangelicae narrationis audimus. In illa namque describitur, cum Redemptorem nostrum vivificare mortuos cernerent, in mortem ejus quanta anxietate crudelitatis insanirent, quot explere contra illum prava desideria ardenter vellent, sed tamen populum timerent (Joan. XI, 24, 49); quot occasiones occidendi quaererent, et invenire non possent (Matth. XXVI, 3, 4); quot ad votum suae saevitiae alienigenarum manibus usi sunt, quia eum quem legaliter interimere ipsi non poterant feriendum gentibus tradiderunt, ut ex sola potestate Romanus praeses ageret quod ex sola malitia ut agi debuisset ipsi anhelarent (Joan. XVIII, 28). Unde et apte subjungitur.

Caput XXVII

[Rec. XVIII].

VERS. 9.---Ab interioribus egredietur tempestas, et ab Arcturo frigus.

Pues a quienes posee como su propio antro, sin duda los retiene morando en sus mentes, porque en ellos lleva primero los pensamientos hasta los deseos inicuos, y tras los deseos inicuos hasta las obras nequísimas. Pues los réprobos no procuran repeler sus sugerencias con la mano derecha del juicio, a cuyas voluntades desean servir con deleite sumiso. Y cuando en sus corazones nace algo perverso, pronto se nutre por el estudio del deleite; y cuando no se le resiste en absoluto, al punto se fortalece por el consentimiento, y enseguida el consentimiento se lleva a la obra, y la obra se grava incluso por la costumbre. Rectamente, pues, en su antro morar se dice esta bestia, que tanto tiempo retiene los pensamientos de los réprobos, hasta que también perfora su vida con el aguijón de la obra perversa. De donde bien dice el Señor a Judea por el profeta: ¿Hasta cuándo morarán en ti pensamientos nocivos? (Jer. 4, 14). Pues no reprende por qué vienen, sino por qué moran. También en los buenos corazones vienen pensamientos ilícitos, pero sin embargo se les prohíbe morar, porque todos los rectos, para no ofrecer la casa de la conciencia a ser cautivada, ahuyentan al enemigo desde el mismo umbral del corazón. El cual, aun si alguna vez por repentinas sugerencias se hubiese deslizado hasta el primer vestíbulo, sin embargo no llega a la puerta del consentimiento. A esta bestia ciertamente, vencido por el impulso de súbito temor, Pedro abrió la puerta del corazón negando, pero más pronto resistió reconociendo, y la cerró llorando (Mt. 26, 70). [Vet. XX.] Pero porque el antiguo enemigo no solo retuvo los corazones de los perseguidores entrando, sino que también los poseyó reteniendo, dígase rectamente: Entrará la bestia en su escondite, y en su antro morará. Pues cuánto se demoró en las mentes de los judíos lo aprendemos cuando oímos sus consejos por el testimonio de la narración evangélica. Pues en ella se describe, cuando veían a nuestro Redentor vivificar a los muertos, con cuánta ansiedad de crueldad se ensañaban para Su muerte, cuántos deseos perversos ardientemente querían cumplir contra Él, pero sin embargo temían al pueblo (Juan 11, 47-48, 53); cuántas ocasiones de matar buscaban, y no podían encontrar (Mt. 26, 3-4); cuántas manos de extranjeros usaron para el voto de su crueldad, porque entregaron a las gentes para ser herido a Aquel a quien ellos mismos legalmente no podían matar, para que por sola potestad el presidente romano hiciese lo que ellos mismos anhelaban que se hiciese por sola malicia (Juan 18, 28-31). De donde también aptamente se añade:

Capítulo XXVII

[Rec. XVIII].

VERS. 9. De lo interior saldrá la tempestad, y de Arturo el frío.

51. Christus a Judaeis et gentilibus persecutionem passus.---Scriptura sacra cum contra Arcturum interiora memorat, diversam Aquilonis partibus Austri plagam designat. Unde in hoc eodem libro scribitur: Qui facit Arcturum, et Orionas, et interiora Austri (Job. IX, 9). Quia igitur interiora Austri sol ferventior tenet, in Arcturo vero cursum omnimodo non habet, interiorum nomine plebs Judaica, Arcturi autem vocabulo hoc in loco populus gentilis exprimitur. Hi enim qui unum atque invisibilem Deum noverant, ejusdemque legi saltem carnaliter serviebant, quasi sub meridiano sole ferventes in fidei calore tenebantur. Gentiles autem quia nullam scientiam supernae cognitionis attigerant, velut sine sol frigidi sub Aquilone remanebant. Quia vero tempestas impellit, frigus autem torpore opprimit, recte nunc dicitur: Ab interioribus egredietur tempestas, et ab Arcturo frigus. Ac si aperte diceretur: A Judaeis surgit malitia persequens, et a gentilibus potestas premens. Neque enim miracula fieri legis praecepta vetuerant, et tamen Judaei pro eisdem miraculis interimere humani generis Redemptorem quaerebant (Joan. XI, 48). Unde explere hoc quod coeperant non valentes, ad Pilati praetorium concurrerunt, ut ipse hunc perimeret quem injuste perimentem lex nulla cohiberet (Joan. XVIII, 28). Ab interioribus ergo tempestas atque ab Arcturo frigus prodiit, dum quod Judaea ex invidia petiit, hoc gentilis judex ex Romana auctoritate perpetravit. Unde bene contra hanc eamdem invidiam adhuc subditur:

Caput XXVIII

[Vet. XXI].

VERS. 10.---Flante Deo concrescit gelu.

52. Judaeorum corda invidiae gelu obduruerant.---Quia quo fidelium cordibus Spiritus sanctus aspiravit, quo majora virtutum miracula contulit, eo in infidelium mentibus gravioribus invidiae torpor excrevit, atque inde contra Deum plebs infidelis obduruit, unde humilis populus anteactam duritiam, qua se astrinxerat emollivit. Deo enim flante in gelu versi fuerant, qui visis miraculis invidentes dicebant: Ecce totus mundus post eum abiit (Joan. XII, 19). Conspiciebant signa, cernebant per ministros ejus miracula, totum jam mundum secuturum fidei praedicamenta praevidebant; et tamen quo sanctus Spiritus mundum repleverat (Sap. I, 7), eo illorum mentes arctius invidiae malitia ligabat. Aqua ergo in gelu versa fuerat dum, eunte post Deum mundo, Judaea in invidia pigra remanebat. Sed quia supernae potestati suppetiit etiam tantae crudelitatis duritiam solvere atque ad amandum se corda infidelium liquare, post hoc gelu mox bene subditur:

51. Cristo padeció persecución de judíos y de gentiles. — La Sagrada Escritura, cuando menciona lo interior frente a Arturo, designa la región del Austro como diversa de las partes del Aquilón. De donde en este mismo libro se escribe: El cual hace a Arturo, y a los Oriones, y lo interior del Austro (Job 9, 9). Porque, pues el sol más ferviente ocupa lo interior del Austro, pero en Arturo de ningún modo tiene su curso, por el nombre de lo interior se expresa el pueblo judío, y por el vocablo Arturo en este lugar el pueblo gentil. Pues estos que conocían al Dios uno e invisible, y servían a Su ley al menos carnalmente, como bajo el sol meridiano fervientes se mantenían en el calor de la fe. Pero los gentiles, porque no habían alcanzado ninguna ciencia del conocimiento supremo, como sin sol fríos permanecían bajo el Aquilón. Porque ciertamente la tempestad impulsa, pero el frío oprime con el torpor, rectamente se dice ahora: De lo interior saldrá la tempestad, y de Arturo el frío. Como si se dijese abiertamente: De los judíos surge la malicia perseguidora, y de los gentiles la potestad que oprime. Pues los preceptos de la ley no habían prohibido que se hiciesen milagros, y sin embargo los judíos por esos mismos milagros buscaban matar al Redentor del género humano (Juan 11, 47). De donde, no valiendo para cumplir esto que habían comenzado, concurrieron al pretorio de Pilato, para que él matase a Aquel a quien ninguna ley le cohibiría de matar injustamente (Juan 18, 28-31). De lo interior, pues, la tempestad y de Arturo el frío brotó, mientras lo que Judea pidió por envidia, esto el juez gentil lo perpetró por la autoridad romana. De donde bien contra esta misma envidia se añade todavía:

Capítulo XXVIII

[Vet. XXI].

VERS. 10. Soplando Dios se congela el hielo.

52. Los corazones de los judíos se habían endurecido con el hielo de la envidia. — Porque cuanto más el Espíritu Santo aspiró en los corazones de los fieles, y mayores milagros de virtudes confirió, tanto más en las mentes de los infieles creció el torpor de una envidia más grave, y de allí se endureció contra Dios la plebe infiel, de donde el pueblo humilde ablandó la dureza pasada con que se había estrechado. Pues soplando Dios se habían vuelto hielo quienes, envidiando al ver los milagros, decían: He aquí que todo el mundo se va tras él (Juan 12, 19). Contemplaban los signos, veían por sus ministros los milagros, preveían que ya todo el mundo seguiría las predicaciones de la fe; y sin embargo, cuanto más el Espíritu Santo había llenado el mundo (Sab. 1, 7), tanto más estrechamente la malicia de la envidia ligaba sus mentes. El agua, pues, se había vuelto hielo mientras, yéndose el mundo tras Dios, Judea permanecía perezosa en la envidia. Pero porque a la potestad suprema le fue posible disolver incluso la dureza de tanta crueldad y licuar los corazones de los infieles para amarlo, tras este hielo pronto bien se añade:

CAPUT XXIX.

IBID.---Et rursum latissimae funduntur aquae.

53. Quorumdam postea emollita, et in pluviam liquata. ---Post gelu quippe Dominus latissimas aquas fudit, quia postquam Judaeorum saevitiam usque ad mortem pertulit, eorum corda protinus ab infidelitatis duritia amoris sui aspiratione liquefecit; ut tanto post desiderabilius ad obediendum currerent, quanto praeceptis illius prius obstinatius restitissent. Unde bene per quemdam sapientem dicitur: Sicut glacies in sereno, sic resolventur peccata tua (Eccli. III, 17). Ab hoc frigidi torporis gelu solvi Propheta desideraverat, cum dicebat: Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in Austro (Psal. CXXV, 4). De his aquis, id est ad Deum concurrentibus populis, rursum dicitur: Mittet verbum suum, et liquefaciet ea, flabit spiritus ejus, et fluent aquae (Psal. CXLVII, 18). Aquae de gelu currunt, quia plerique ex duris persecutoribus magni praedicatores fiunt. Gelu igitur in aqua liquatur, cum torpor interni frigoris ad irrigationem vertitur praedicationis. An Paulus gelu non erat, qui acceptis epistolis Damascum pergens (Act. IX), in corde fidelium quasi in terra jactata verbi Dei semina, ne ad perfectionem operum surgerent, restringere quaerebat? Sed gelu hoc in aquam rediit, quia quos persequendo prius premere studuit, hos postmodum fluentis sanctae exhortationis infudit; ut tanto uberior electorum messis exsurgeret, quanto hanc imber Dei etiam ab ore persecutoris irrigaret. Unde et bene subditur.

CAPUT XXX

[Vet. XXII, Rec. XIX].

VERS. 11.---Frumentum desiderat nubes.

54. Electi frumentum sunt, cui Verbi divini imber necessarius. ---Quid enim electi quique sunt, nisi frumenta Dei coelestibus horreis recondenda? Quae nunc in tritura areae paleas tolerant, quia in hac purgatione sanctae Ecclesiae mores contrarios reproborum portant, quousque haec internus agricola ventilabro judicii dirimat, et in superna habitacula electos suos, quasi munda jam grana suscipiens, aeternis paleas ignibus tradat.

CAPÍTULO XXIX.

IBID.---Y de nuevo se derraman extensísimas aguas.

53. De algunos después ablandada, y licuada en lluvia. ---Después del hielo, ciertamente, el Señor derramó extensísimas aguas, porque después de que soportó la sevicia de los judíos hasta la muerte, licuó prontamente sus corazones desde la dureza de la infidelidad por la aspiración de su amor; para que tanto más deseablemente corrieran a obedecer después, cuanto más obstinadamente habían resistido antes a sus preceptos. Por lo cual bien se dice por cierto sabio: Como el hielo en el sereno, así se resolverán tus pecados (Ecli. III, 17). De este hielo de gélido torpor deseaba el Profeta ser disuelto, cuando decía: Convierte, Señor, nuestra cautividad, como torrente en el Austro (Sal. CXXV, 4). De estas aguas, esto es, de los pueblos que concurren a Dios, de nuevo se dice: Enviará su palabra, y los licuará, soplará su espíritu, y fluirán las aguas (Sal. CXLVII, 18). Las aguas corren del hielo, porque muchísimos de los duros perseguidores se hacen grandes predicadores. El hielo, pues, se licua en agua, cuando el torpor del frío interno se vuelve hacia la irrigación de la predicación. ¿Acaso Pablo no era hielo, quien habiendo recibido las cartas marchando a Damasco (Hech. IX), buscaba restringir en el corazón de los fieles, como en tierra arrojada, las semillas de la palabra de Dios, para que no surgieran a la perfección de las obras? Pero este hielo volvió en agua, porque a los que antes estudió oprimir persiguiendo, a estos después inundó con las corrientes de la santa exhortación; para que surgiera tanto más abundante la mies de los elegidos, cuanto esta lluvia de Dios la irrigara incluso desde la boca del perseguidor. Por lo cual también bien se añade:.

Capítulo XXX

[Vet. XXII, Rec. XIX].

VERS. 11.---El trigo desea la nube.

54. Los elegidos son trigo, para el cual es necesaria la lluvia de la Palabra divina. ---¿Qué son, en efecto, todos los elegidos, sino trigos de Dios que han de ser guardados en los graneros celestiales? Los cuales ahora toleran las pajas en la trilla de la era, porque en esta purga de la santa Iglesia soportan las costumbres contrarias de los réprobos, hasta que el agricultor interno los separe con el bieldo del juicio, y recibiendo en las moradas de lo alto a sus elegidos, como granos ya limpios, entregue las pajas a los fuegos eternos.

Unde bene per Joannem dicitur: Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam, et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili (Matth. III, 12). Sed hoc frumentum quousque ad perfectionem fructuum veniat, nubium pluvias exspectat ut crescat, quia bonorum mens praedicantium verbis infunditur, ne ab humore charitatis desideriorum carnalium sole siccetur. Hoc frumentum supernus agricola in mundo surgere ac nubes desiderare conspexerat, cum dicebat: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate autem Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam (Matth. IX, 37). Qui igitur hic frumentum, illic messis, qui vero hic nubes, illic operarii vocantur, quia praedicatores sancti et nubes sunt, et operarii; nubes videlicet per doctrinam, operarii per vitam; nubes quia verbis influunt, operarii quia non desinunt agere quod loquuntur. Unde et subditur;

CAPUT XXXI.

IBID., 6.---Et nubes spargunt lumen suum.

55. Nubes sunt sancti praedicatores.--- Nubes enim lumen spargere est praedicatores sanctos exempla vitae et loquendo et agendo dilatare. Sed quamvis annuntiationis intimae lumen spargant, non tamen ad convertenda omnium quae appetunt corda perveniunt. Nam sequitur:

CAPUT XXXII.

VERS. 12.---Quae lustrant cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit.

56. Universa lustrant, Deo eorum cursus gubernante.---Saepe enim praedicatores sancti exhortari quosdam volunt, sed nequeunt. Saepe quosdam declinare appetunt, sed tamen internae instigationis impulsu exhortari eos instantissime compelluntur. Videamus nubem Dei quomodo gubernantis manu, et ad ea quae non appetit, ducitur, atque ab impulsu suo iterum gubernantis manu retinetur. Certe Paulus cum vestimenta sua excutiens a Corinthiis discedere vellet, audivit: Noli timere, sed loquere, et ne taceas, propter quod ego tecum sum, et nemo opponetur tibi ut noceat te, quoniam multus est mihi populus in hac civitate (Act. XVIII, 9). Rursum cum ad Thessalonicenses voluisset ire, retentus est, dicens: Volui venire ad vos ego quidem Paulus, et semel et iterum, sed impedivit me Satanas (I Thess. II, 18).

Por lo cual bien se dice por Juan: Cuyos bieldo está en su mano, y limpiará su era, y recogerá el trigo en su granero, pero las pajas las quemará con fuego inextinguible (Matth. III, 12). Pero este trigo, hasta que llegue a la perfección de los frutos, espera las lluvias de las nubes para crecer, porque la mente de los buenos es infundida por las palabras de los que predican, para que no se seque por el sol de los deseos carnales ante el humor de la caridad. Este trigo el agricultor supremo había visto surgir en el mundo y desear las nubes, cuando decía: La mies es mucha, pero los obreros pocos. Rogad, pues, al Señor de la mies, que envíe obreros a su mies (Matth. IX, 37). Los que, por tanto, aquí se llaman trigo, allí mies, los que verdaderamente aquí nubes, allí son llamados obreros, porque los predicadores santos son tanto nubes como obreros; nubes ciertamente por la doctrina, obreros por la vida; nubes porque fluyen con las palabras, obreros porque no dejan de hacer lo que hablan. Por lo cual también se añade;

CAPÍTULO XXXI.

IBÍD., 6. Y las nubes esparcen su luz.

55. Las nubes son los santos predicadores. — Pues esparcir la luz las nubes es que los predicadores santos dilaten los ejemplos de su vida tanto hablando como obrando. Pero aunque esparzan la luz de la anunciación íntima, sin embargo no llegan a convertir los corazones de todos los que desean. Pues sigue:

CAPÍTULO XXXII.

VERS. 12. Las cuales recorren todo en derredor, a dondequiera que la voluntad del que las gobierna las llevare.

56. Recorren todo el universo, gobernando Dios sus cursos. — Pues a menudo los predicadores santos quieren exhortar a algunos, pero no pueden. A menudo desean declinar a algunos, pero sin embargo por el impulso de la instigación interna se ven compelidos insistentemente a exhortarlos. Veamos la nube de Dios cómo por la mano del que la gobierna es llevada incluso a aquello que no desea, y por su propio impulso de nuevo es retenida por la mano del que la gobierna. Ciertamente Pablo, cuando sacudiendo sus vestiduras quería apartarse de los corintios, oyó: No temas, sino habla, y no calles, por cuanto yo estoy contigo, y nadie se te opondrá para dañarte, porque yo tengo mucho pueblo en esta ciudad (Hech. 18, 9-10). De nuevo, cuando quiso ir a los tesalonicenses, fue retenido, diciendo: Quise venir a vosotros yo mismo Pablo, una y otra vez, pero me impidió Satanás (1 Tes. 2, 18).

Neque enim per semetipsum Satan praepedire tanti apostoli vias potuit, sed occultae dispensationis usibus, 880 dum adversatur, nesciens deservivit; ut nimirum Paulus dum ad alios vellet accedere, nec valeret, eis a quibus recedere non poterat aptius prodesset. Nubes igitur Dei cuncta per circuitum lustrant, quia praedicationis luce mundi fines illuminant. Sed quia divinis nutibus subditae nequeunt explere quod volunt, ire non possunt, nisi quo eas voluntas gubernantis duxerit. Unde et adhuc subjungitur:

CAPUT XXXIII.

IBID.---Ad omne quod praeceperit eis super faciem orbis terrae.

57. Et internos motus moderante.---Saepe enim cum gubernantis voluntate perducuntur; aliter agere appetunt, sed aliter disponuntur. Nam plerumque quosdam auditores suos student blande corrigere, et tamen eorum sermo in asperitatem ducitur. Plerumque quosdam resecare aspere appetunt, sed tamen eorum vigor per mansuetudinis spiritum refrenatur. Sicut ergo non possunt ire quo volunt, ita etiam nequeunt agere sicut volunt. Quia enim eos internus arbiter tenet cum mittit, ita illos etiam modificans suscipit cum perducit, ut aliquando in cogitatione alia disponant, sed alia in opere peragant; aliquando aliter inchoent, sed aliter consumment. Quia igitur juxta hoc quod sibi praecipitur serviunt, dicatur recte: Quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod praeceperit illis super faciem orbis terrae. Eo enim apertiorem viam praedicationis inveniunt, quo ad hanc non suis, sed praeceptoris sui nutibus ducuntur. Unde adhuc subditur:

Caput XXXIV

[Rec. XX].

VERS. 13.---Sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocunque loco misericordiae suae eas jusserit inveniri.

Pues no pudo por sí mismo Satanás impedir los caminos de tan gran apóstol, sino que por los usos de la oculta dispensación, mientras se opone, sin saberlo sirvió; para que ciertamente Pablo, mientras quería acudir a otros y no podía, aprovechase más aptamente a aquellos de quienes no podía apartarse. Las nubes de Dios, pues, recorren todo en derredor, porque con la luz de la predicación iluminan los confines del mundo. Pero porque sujetas a los designios divinos no pueden cumplir lo que quieren, no pueden ir sino a dondequiera que la voluntad del que las gobierna las llevare. De donde todavía se añade:

CAPÍTULO XXXIII.

IBÍD. Para todo lo que les mandare sobre la faz del orbe de la tierra.

57. Y moderando sus movimientos internos. — Pues a menudo son llevados con la voluntad del que los gobierna; desean obrar de otro modo, pero se disponen de otro modo. Pues la mayoría de las veces procuran corregir blandamente a algunos de sus oyentes, y sin embargo su sermón se lleva a la aspereza. La mayoría de las veces desean cercenar a algunos ásperamente, pero sin embargo su vigor se refrena por el espíritu de mansedumbre. Como, pues, no pueden ir a donde quieren, así tampoco pueden obrar como quieren. Porque pues el Árbitro interno los retiene cuando los envía, así también los recibe modificándolos cuando los lleva, para que a veces dispongan una cosa en el pensamiento, pero realicen otra en la obra; a veces comiencen de un modo, pero consumen de otro. Porque, pues sirven según esto que se les manda, dígase rectamente: A dondequiera que la voluntad del que las gobierna las llevare, para todo lo que les mandare sobre la faz del orbe de la tierra. Pues por tanto más abierta vía de predicación encuentran, cuanto a ella son llevados no por sus designios, sino por los de su Preceptor. De donde todavía se añade:

Capítulo XXXIV

[Rec. XX].

VERS. 13. Ya sea en una sola tribu, ya sea en su tierra, ya sea en cualquier lugar de su misericordia que mandare que se encuentren.

58. Non Judaeis tantum, sed etiam gentilibus concessa Evangelii praedicatio.---Una tribus profecto Juda intelligitur, quae in Scriptura sacra clara ac multiplex prae caeteris memoratur. Quae in hoc quod ex se Redemptoris nostri carnem protulit, speciale pra omnibus munus accepit. Terra autem Dei simul omnis Judaea nominatur, quia quae tunc ei fidei suae fructum protulit, cum totus sub idolorum cultu delapsis gentibus mundus erravit. Locus autem misericordiae Dei est ipsa gentilitas, cujus culpas districtus judex si juste animadverteret, ad reconciliationem gratiae nunquam veniret. Quae cum nulla apud Deum merita habuit, reconciliationis tamen gratiam ex sola misericordia accepit. Unde bene per Paulum dicitur: Gentes autem super misericordia honorare Deum (Rom. XV, 9). Unde rursus scriptum est: Qui quondam non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti (I Pet. II, 10). Nubes ergo suas Deus ducit, sive in una tribu, sive in terra sua, seu in quocunque loco misericordiae suae eas jusserit inveniri, quia praedicatores Veteris Novique Testamenti aliquando soli tribui Judae contulit, et Israel pene totum ex prava regum gubernatione reprobavit. Aliquando et in terra sua has pluere nubes facit, quia eumdem Israeliticum populum ad antiquam gratiam post correptionem captivitatemque revocavit. Aliquando de loco suae misericordiae eas clarescere voluit, quia per praedicatores sanctos etiam gentibus virtutum miracula ostendit, ut sola misericordia a jugo erroris absolveret, quos ingenitae perfidiae ira deprimebat. [Vet. XXIII.] Sed ecce Eliu, quia futura per propheticum spiritum sensit, quia multa sublimiter protulit, vir arrogans elationis suae pondere lassatus non valet portare quae dicit. Nam per jactantiam protinus adjungit:

CAPUT XXXV.

VERS. 14.---Ausculta haec, Job; sta, et considera miracula Dei.

59. Quid sit Dei miracula stando, quid jacendo considerare.---Quasi in comparatione sui jacentem vidit, quem ad verba tantae praedicationis ut staret admonuit. Quamvis et per hoc quod dicit Ausculta, gravem beato Job contumeliam irrogat, quia, sicut jam de illo et superius diximus (Lib. XII, n. 38, et saepe deinceps), arrogantia minoris est auditum sibi velle extorquere majoris. Sed licet Eliu bona quae dicit nesciat pensare cui dicat, nos qui erudiri ab omnibus quaerimus, indagare verba doctrinae illius subtiliter debemus.

58. No solo a los judíos, sino también a los gentiles, se concedió la predicación del Evangelio. — Por una sola tribu se entiende ciertamente la de Judá, que en la sagrada Escritura se menciona como más ilustre y múltiple que las demás. La cual, en aquello de que produjo de sí la carne de nuestro Redentor, recibió un don especial sobre todas. Pero toda Judea junta es llamada tierra de Dios, porque ella produjo entonces para Él el fruto de su fe, cuando todo el mundo erraba, habiendo caído las naciones bajo el culto de los ídolos. Pero el lugar de la misericordia de Dios es la misma gentilidad, cuyas culpas si el juez estrecho (districtus judex) notara justamente, nunca llegaría a la reconciliación de la gracia. La cual, aunque no tuvo méritos ante Dios, recibió sin embargo la gracia de la reconciliación por sola la misericordia. De donde bien se dice por Pablo: Pero que los gentiles honren a Dios por su misericordia (Rom. xv, 9). De donde otra vez está escrito: Los que en otro tiempo no habían alcanzado misericordia, pero ahora han alcanzado misericordia (1 Ped. ii, 10). Dios, pues, lleva sus nubes, ya sea en una sola tribu, ya sea en su tierra, ya sea en cualquier lugar de su misericordia que mandare que se encuentren, porque a veces otorgó los predicadores del Antiguo y del Nuevo Testamento solo a la tribu de Judá, y reprobó a casi todo Israel por la malvada gobernación de sus reyes. A veces también hace llover estas nubes en su tierra, porque revocó al mismo pueblo israelita a la antigua gracia después de la corrección y el cautiverio. A veces quiso que estas resplandecieran desde el lugar de su misericordia, porque a través de los santos predicadores mostró milagros de virtudes incluso a los gentiles, para que por sola la misericordia absolviera del yugo del error a quienes la ira de la perfidia innata deprimía. [Vet. XXIII.] Pero he aquí Eliú, porque sintió las cosas futuras por el espíritu profético, porque produjo muchas cosas sublimemente, varón arrogante (vir arrogans) cansado por el peso de su propia elación (elatio), no es capaz de llevar lo que dice. Pues por jactancia añade enseguida:

CAPÍTULO XXXV.

VERS. 14. Escucha esto, Job; detente y considera los milagros de Dios.

59. Qué sea considerar los milagros de Dios estando de pie, qué estando echado. — Como en comparación de sí mismo lo vio echado (jacentem), a quien amonestó a que estuviera de pie (ut staret) para palabras de tanta predicación. Aunque también por esto que dice Escucha, inflige un grave insulto al bienaventurado Job, porque, como ya dijimos de él más arriba (Lib. XII, n. 38, y a menudo después), es arrogancia del menor querer extorsionar el oído para sí del mayor. Pero aunque Eliú no sepa ponderar las cosas buenas que dice a aquel a quien las dice, nosotros que buscamos ser instruidos por todos, debemos indagar las palabras de su doctrina sutilmente.

Nam magna fortassis virtutis arte dicitur: Sta, et considera miracula Dei. Sunt nonnulli quippe qui Dei miracula jacentes considerant, quia operationis ejus potentiam non sequentes admirantur. Stare quippe est recte agere. Unde et per Paulum dicitur: Qui se existimat stare, videat ne cadat (I Cor. X, 12). Et saepe quidem superna judicia mirantur, praedicamenta coelestis patriae cum audiunt diligunt, mira opera internae dispositionis obstupescunt, sed tamen amando et vivendo ad haec eadem opera assurgere negligunt. Jacentes ergo Dei miracula considerant, qui ejus potentiam sciendo pensant, sed vivendo non amant. Per contemplationem quidem in consideratione oculos tendunt, sed tamen per intentionem sese a terra non erigunt. Unde bene in Balaam exprobrationem dicitur: Qui cadens apertos habet oculos (Num. XXII, 16). Multa namque de adventu Redemptoris dixerat, et quae in novissimis temporibus erant ventura praevidebat, sed tamen ei vivendo assurgere noluit, quem praevidendo praedicavit. Jacens ergo apertos oculos habuit, cum ejus mentem et prophetia ad coelestia tenderet, et avaritia in terra retineret. Jacens apertos oculos habuit, quia eum videre de superioribus potuit, quem prostratus in infimis non amavit. Eliu itaque, qui beatum Job nequaquam credidit vivendo tenuisse quod dixit, quasi admonens dicit: Sta, et considera miracula Dei. Quem adhuc de venturis discutit, et quasi de ignorantia humilians adjungit:

Caput XXXVI

[Rec. XXI].

IBID. 15.---Nunquid scis quando praeceperit Deus pluviis, ut ostenderent lucem nubium ejus?

60. Deo afflati praedicatores irrigant et lucent.---Si nubes sancti praedicatores sunt, pluviae nubium sunt verba praedicationum. Sed nubes cum per aera transvolant, nisi pluviae deorsum veniant, nescitur quantam aquarum immensitatem portant. Nisi coruscus sol inter pluvias erumpat, intelligi non valet quid in eis etiam claritatis lateat, quia nimirum praedicatores sancti si taceant, et nequaquam loquentes ostendant, quanta sit coelestis spei claritas, quam in cordibus gestant, aut reliquis hominibus similes, aut longe his despectiores videntur.

Pues tal vez se dice con gran arte de virtud: Detente (sta), y considera los milagros de Dios. Hay algunos, en efecto, que consideran los milagros de Dios estando echados, porque admiran la potencia de su operación sin seguirla. Pues estar de pie (stare) es obrar rectamente. De donde también se dice por Pablo: El que piensa que está de pie, mire que no caiga (1 Cor. X, 12). Y a menudo ciertamente admiran los juicios celestiales, aman las predicaciones de la patria celestial cuando las oyen, se asombran de las admirables obras de la disposición interna, pero sin embargo, amando y viviendo, descuidan levantarse (assurgere) hacia estas mismas obras. Echados, pues, consideran los milagros de Dios quienes ponderan su potencia conociéndola, pero no la aman viviendo. Por la contemplación ciertamente tienden los ojos en la consideración, pero sin embargo por la intención no se erigen de la tierra. De donde bien se dice para oprobio de Balaam: Que cayendo tiene los ojos abiertos (Núm. XXIV, 16). Pues muchas cosas había dicho sobre el advenimiento del Redentor, y preveía las cosas que habían de venir en los novísimos tiempos, pero sin embargo no quiso levantarse hacia Él viviendo, a quien predicó previendo. Echado, pues, tuvo los ojos abiertos, cuando tanto la profecía tendía su mente hacia las cosas celestiales, como la avaricia la retenía en la tierra. Echado tuvo los ojos abiertos, porque pudo verlo desde las cosas superiores, a quien postrado en las ínfimas no amó. Eliú, por tanto, que de ningún modo creyó que el bienaventurado Job hubiera mantenido viviendo lo que decía, como amonestándolo dice: Detente (sta), y considera los milagros de Dios. A quien todavía discute sobre las cosas venideras, y como humillándolo por su ignorancia añade:

Capítulo XXXVI

[Rec. XXI].

IBÍD. 15. ¿Acaso sabes tú cuándo mandó Dios a las lluvias, para que mostrasen la luz de sus nubes?

60. Los predicadores inspirados por Dios irrigan y relucen. — Si las nubes son los santos predicadores, las lluvias de las nubes son las palabras de las predicaciones. Pero las nubes, cuando vuelan por el aire, a menos que las lluvias bajen, no se sabe cuánta inmensidad de aguas llevan. A menos que el sol coruscante rompa entre las lluvias, no se puede entender qué claridad late también en ellas, porque sin duda los santos predicadores, si callan y de ningún modo muestran hablando cuán grande sea la claridad de la esperanza celestial que llevan en sus corazones, o parecen semejantes a los demás hombres, o mucho más despreciables que ellos.

Cum autem aperire per praedicationem coeperint quae sit supernae patriae remuneratio quam intrinsecus tenent; cum persecutione pressi in qua virtutis arce profecerint innotescunt, cum visione despecti loquendo insinuant unde timeantur, ipsae quae de nubibus influunt pluviae lucem nobis earumdem nubium ostendunt. Per verba enim praedicatorum cognoscimus ut in eis claritatem vitae quam appetunt cum magna humilitate veneremur. Hanc nimirum lucem Paulus discipulis ostendebat, cum diceret: Ut sciatis quae sit spes vocationis ejus, quae divitiae gloriae haereditatis ejus in sanctis, et quae sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus (Ephes. I, 18). Hanc lucem Corinthii per scriptorum verba quasi per pluviae guttas agnoverant, cum dicebant: Epistolae graves sunt et fortes, praesentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis (II Cor. X, 10). Sed plerumque praedicatores sancti ostendere semetipsos ut prosint cupiunt, nec tamen possunt; plerumque latere ut quieti sint appetunt, nec tamen permittuntur. Nemo igitur scit quando lucem nubium pluviae ostendant, quia nemo comprehendit quando Deus virtutem praedicationis praebeat, ut praedicantium gloria clarescat. Dicit ergo: Nunquid scis quando praeceperit Deus pluviis ut ostenderent lucem nubium ejus? Ac si aperte dicat: Nunquid si venturos in mundo praedicatores jam conspicis, quando eos ad praedicandum Dominus repletione sancti Spiritus impellat, quibusve modis eorum vitae claritatem mundo innotescat apprehendis? Unde adhuc apte subjungitur.

Caput XXXVII

[Rec. XIII].

VERS. 16.---Nunquid nosti semitas nubium magnas, et perfectas scientias?

61. Arcta bene vivendi doctrina, non est ampla via, sed semita.---Habent istae nubes semitas subtilissimas, scilicet sanctae praedicationis vias. Angusta quippe porta est, quae ducit ad vitam (Matth. VII, 14). Eos ergo per semitas astringunt, qui ab intentionis eorum tramite per lata mundi desideria evagando non exeunt. Arcta enim bene vivendi censura non est ampla via, sed semita, in qua praedicator quisque studiose constringitur, quia sub praeceptorum custodia sollicite coangustatur.

Pero cuando han empezado a abrir por la predicación cuál sea la remuneración de la patria suprema que tienen intrínsecamente; cuando, oprimidos por la persecución, se da a conocer en qué alcázar de la virtud (arce virtutis) han aprovechado; cuando, despreciados a la vista, insinúan hablando por qué deben ser temidos, las mismas lluvias que fluyen de las nubes nos muestran la luz de esas mismas nubes. Pues por las palabras de los predicadores conocemos cómo venerar en ellos con gran humildad la claridad de vida que anhelan. Esta luz sin duda mostraba Pablo a los discípulos cuando decía: Para que sepáis cuál es la esperanza de su vocación, cuáles las riquezas de la gloria de su herencia en los santos, y cuál la sobreeminente magnitud de su virtud hacia nosotros que creemos (Ef. I, 18). Esta luz habían reconocido los corintios por las palabras de sus escritos como por gotas de lluvia, cuando decían: Las epístolas son graves y fuertes, pero la presencia del cuerpo es enferma, y el sermón despreciable (2 Cor. X, 10). Pero la mayoría de las veces los santos predicadores desean mostrarse a sí mismos para aprovechar, y sin embargo no pueden; la mayoría de las veces desean esconderse para estar quietos, y sin embargo no se les permite. Nadie, por tanto, sabe cuándo las lluvias muestran la luz de las nubes, porque nadie comprende cuándo Dios otorga la virtud de la predicación, para que la gloria de los que predican resplandezca. Dice, pues: ¿Acaso sabes tú cuándo mandó Dios a las lluvias, para que mostrasen la luz de sus nubes? Como si dijera abiertamente: ¿Acaso si ya divisas a los predicadores que han de venir al mundo, comprendes cuándo el Señor, por la plenitud del Espíritu Santo, los impulsa a predicar, o por qué modos se da a conocer al mundo la claridad de su vida? De donde todavía se añade aptamente.

Capítulo XXXVII

[Rec. XIII].

VERS. 16. ¿Acaso conociste las sendas de las nubes grandes, y las perfectas ciencias?

61. La estrecha doctrina del bien vivir no es una vía amplia, sino una senda. — Tienen estas nubes sendas (semitas) sutilísimas, a saber, las vías de la santa predicación. Pues estrecha es la puerta que conduce a la vida (Mat. VII, 14). Por tanto, los estrechan por sendas a quienes no salen del trámite de su intención vagando por los anchos deseos del mundo. Pues la estrecha censura del bien vivir no es una vía amplia, sino una senda, en la que cada predicador se constriñe estudiosamente, porque se coarta solícitamente bajo la custodia de los preceptos.

An non quasi quaedam angustia est itineris, in hoc quidem mundo vivere, sed de hujus mundi concupiscentia nihil habere, aliena non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicere, et pro Deo opprobria amare, gloriam fugere, despectum sequi, adulantes despicere, despicientes honorare, mala nocentium ex corde dimittere, et erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere? Quae videlicet omnia semitae sunt, sed magnae, quia quanto in praesenti vita pro ipsa vivendi custodia angustae sunt, tanto amplius in aeterna retributione dilatantur. Unde et bene subditur: Et perfectas scientias.

62. Perfecta scientia est, scire se nihil esse.---Perfecta quippe scientia est, et cuncta haec sollicite agere, et se de suis meritis scire nihil esse. Unde et ipsae nubes de hac perfecta scientia docentur, cum eis voce Veritatis dicitur: Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus (Luc. XVII, 10). Perfecta scientia est scire omnia, et tamen juxta quemdam modum scientem se esse nescire, quia etsi jam Dei praecepta novimus, etsi jam virtutem verborum illius sollicita intentione pensamus, etsi jam quae intellexisse nos credimus agimus, adhuc tamen acta eadem qua districtione examinis sint discutienda nescimus, necdum Dei faciem cernimus, necdum occulta ejus consilia videmus. Quanta ergo est nostra scientia, quae quousque mortalitatis pondere premitur, ipso suae incertitudinis nubilo caecatur? De qua bene per Paulum dicitur: Qui se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire (I Cor. VIII, 2). In hoc itaque mundo dum vivimus, tum perfecte quae scienda sunt scimus, cum proficientes per intelligentiam, nihil nos perfecte scire cognoscimus. Dicit igitur: Nunquid nosti semitas nubium magnas, et perfectas scientias? Ac si aperte dicat: Nunquid jam summa acta praedicantium conspicis, qui postquam per scientiam ad alta se elevant, deorsum se humiliter per cognitionem suae ignorantiae inclinant? Quod quia solius sancti Spiritus dono agitur, ut humanum cor non solum de scientia, sed etiam de ipsa sua ignorantia perfecte doceatur, et calore amoris ad superna ferveat, dum minora esse quae cognovit in infimis pensat, recte subjungitur:

Caput XXXVIII

[Rec. XXIII].

VERS. 17.---Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro?

¿O no es como una cierta estrechez del camino vivir ciertamente en este mundo, pero no tener nada de la concupiscencia de este mundo, no desear lo ajeno, no retener lo propio, despreciar las alabanzas del mundo y amar los oprobios por Dios, huir de la gloria, seguir el desprecio, despreciar a los que halagan, honrar a los que desprecian, perdonar de corazón los males de los que dañan y retener en el corazón hacia ellos una gracia de dilección inmóvil? Todas las cuales cosas ciertamente son sendas, pero grandes, porque cuanto más estrechas son en la vida presente por la misma custodia del vivir, tanto más ampliamente se dilatan en la retribución eterna. De donde también bien se añade: Y las perfectas ciencias.

62. Perfecta ciencia es saber que uno no es nada. — Pues perfecta ciencia es tanto hacer todas estas cosas solícitamente, como saber que uno por sus méritos no es nada. De donde también las mismas nubes son instruidas sobre esta perfecta ciencia, cuando se les dice por la voz de la Verdad: Cuando hayáis hecho todas las cosas que se os han mandado, decid: Siervos inútiles somos (Luc. XVII, 10). Perfecta ciencia es saber todas las cosas y, sin embargo, según un cierto modo, no saber que uno sabe, porque aunque ya conocemos los preceptos de Dios, aunque ya ponderamos la virtud de sus palabras con solícita intención, aunque ya hacemos lo que creemos haber entendido, todavía no sabemos con qué estrechez de examen han de ser discutidos esos mismos actos, aún no divisamos la faz de Dios, aún no vemos sus ocultos consejos. ¿Cuán grande es, pues, nuestra ciencia, la cual, mientras se ve oprimida por el peso de la mortalidad, se ciega por el mismo nublado de su incertidumbre? De la cual bien se dice por Pablo: El que piensa que sabe algo, todavía no ha conocido cómo conviene que sepa (1 Cor. VIII, 2). En este mundo, pues, mientras vivimos, entonces sabemos perfectamente lo que hay que saber, cuando aprovechando por la inteligencia, reconocemos que nada sabemos perfectamente. Dice, pues: ¿Acaso conociste las sendas de las nubes grandes, y las perfectas ciencias? Como si dijera abiertamente: ¿Acaso ya divisas los sumos actos de los que predican, quienes después de elevarse a las cosas altas por la ciencia, se inclinan humildemente hacia abajo por el conocimiento de su propia ignorancia? Lo cual, porque se hace por solo el don del Espíritu Santo, para que el corazón humano sea perfectamente instruido no solo sobre la ciencia, sino también sobre su misma ignorancia, y ferva con el calor del amor hacia las cosas supremas, mientras pondera que son menores las cosas que conoció en las ínfimas, rectamente se añade:

Capítulo XXXVIII

[Rec. XXIII].

VERS. 17. ¿Acaso tus vestiduras no son cálidas, cuando la tierra ha sido soplada por el Austro?

63. Qui Ecclesiae inhaerent, afflatu sancti Spiritus incalescunt.---Saepe beatum Job figuram sanctae Ecclesiae tenere jam diximus. Vestimenta vero Ecclesiae sunt omnes qui ei fidei adunatione junguntur. De quibus eidem Ecclesiae per prophetam Dominus dicit: Vivo ego, quia omnibus his velut ornamento vestieris (Isai. XLIX, 18). Per Austrum vero, qui nimirum calidus ventus est, non immerito Spiritus sanctus designatur, quo quisque dum tangitur, ab iniquitatis suae torpore liberatur. Unde bene in Canticis canticorum dicitur: Surge, Aquilo, et veni, Auster, perfla hortum meum, et fluant aromata illius (Cant. IV, 16). Aquilo enim jubetur ut surgat, ut nimirum is qui mortalium corda restringit adversarius spiritus fugiat. Auster enim venit et hortum perflat, ut ejus aromata diffluant, quia per adventum sancti Spiritus, dum mens hominum repletur, ex ea mox opinio virtutum aspergitur, ut jure jam sanctorum lingua quasi hortus Austro perflatus dicat: Christi bonus odor sumus Deo (I Cor. II, 15). Vestimenta ergo sanctae Ecclesiae calida sunt, dum terra Austro perflatur, quia hi qui ei per fidem inhaerent, ferventibus charitatis studiis inardescunt, dum eorum mens sancti Spiritus afflatu perfunditur. Quod quidem et de eodem beato Job nihil obstat intelligi, quia sic haec generaliter in sancta Ecclesia dicimus, ut tamen per membra ejus singula specialiter teneamus.

64. Ex doctorum et auditorum concordia mutua in eis fervet charitas.---Unusquisque enim qui recte vivit, atque hoc et alios docere consuevit, quasi tot vestimenta habet, quot auditores ei concorditer inhaerent.

[Vet. XXV.] Natura namque vestimentorum est ut per semetipsa calere non possint, sed adjuncta viventi corpori, dum exhalantes membrorum poros contegunt, emanantem ab intimis calorem premunt, quo nimirum calore haec eadem vestimenta calefiunt, sed calefacta calorem quem acceperint retinendo ad corpus reddunt. Quid ergo per vestimenta viventi corpori adhaerentia nisi discipulorum vita magistris bene viventibus conjuncta signatur? Quae quasi per poros calorem accipit, quia ad amorem Dei et exemplo actionis et impulsu exhortationis ignescit. Quae velut frigus proprium expellit, dum a pristina iniquitate discedit; calorem quem accepit retinet, quia in eo quem praedicando sumpserit fervore convalescit. Doctores autem sancti dum auditores suos in amorem Dei proficere sentiunt, ipsi amplius in doctrinae virtute fervescunt; et quia eos ad summa inardescere et fervescere conspiciunt, ad praedicanda bona coelestis patriae validius succenduntur.

63. Los que se adhieren a la Iglesia se enardecen por el soplo del Espíritu Santo. — A menudo hemos dicho ya que el bienaventurado Job tiene la figura de la santa Iglesia. Pero las vestiduras (vestimenta) de la Iglesia son todos los que se unen a ella por la unión de la fe. De los cuales el Señor dice a la misma Iglesia por el profeta: Vivo yo, porque de todos estos como de un ornamento te vestirás (Is. XLIX, 18). Por el Austro (Austrum), en efecto, que sin duda es un viento cálido, no sin mérito se designa al Espíritu Santo, por quien mientras cada uno es tocado, se libera del torpor de su iniquidad. De donde bien se dice en el Cantar de los cantares: Levántate, Aquilón, y ven, Austro, sopla mi huerto, y fluyan sus aromas (Cant. IV, 16). Pues se manda al Aquilón que se levante, para que sin duda huya aquel espíritu adversario que restringe los corazones de los mortales. Pues el Austro viene y sopla el huerto para que sus aromas se difundan, porque por el advenimiento del Espíritu Santo, mientras se llena la mente de los hombres, de ella pronto se esparce la opinión de las virtudes, de modo que con razón ya la lengua de los santos, como huerto soplado por el Austro, diga: Buen olor de Cristo somos para Dios (2 Cor. II, 15). Las vestiduras de la santa Iglesia son, pues, cálidas mientras la tierra es soplada por el Austro, porque estos que se adhieren a ella por la fe, se enardecen con fervientes estudios de caridad mientras su mente se baña por el soplo del Espíritu Santo. Lo cual ciertamente nada impide que se entienda también del mismo bienaventurado Job, porque así decimos estas cosas generalmente en la santa Iglesia, de modo que sin embargo las mantengamos especialmente por cada uno de sus miembros.

64. Por la concordia mutua de los doctores y los oyentes, la caridad arde en ellos. — Pues cada uno que vive rectamente, y ha acostumbrado a enseñar esto también a otros, tiene como tantas vestiduras cuantos oyentes se le adhieren concordemente.

[Vet. XXV.] Pues es naturaleza de las vestiduras que por sí mismas no puedan calentarse, sino que unidas a un cuerpo vivo, mientras cubren los poros exhalantes de los miembros, oprimen el calor que emana de lo íntimo, por cuyo calor sin duda estas mismas vestiduras se calientan, pero calentadas devuelven al cuerpo el calor que recibieron reteniéndolo. ¿Qué, pues, se significa por las vestiduras adheridas al cuerpo vivo, sino la vida de los discípulos unida a los maestros que viven bien? La cual recibe el calor como por los poros, porque se enciende al amor de Dios tanto por el ejemplo de la acción como por el impulso de la exhortación. La cual expulsa como su propio frío mientras se aparta de la antigua iniquidad; retiene el calor que recibió, porque se fortalece en aquel hervor que tomó predicando. Pero los doctores santos, mientras sienten que sus oyentes aprovechan en el amor de Dios, ellos mismos se enardecen más en la virtud de la doctrina; y porque los ven arder y hervir por las cosas sumas, se encienden más válidamente para predicar los bienes de la patria celestial.

Qui et si quando pro eo quod adhuc vitam corruptibilem humanae infirmitatis agunt de qualibet culpa saltem tenuiter in opere, in locutione, in cogitatione tentantur, discipulorum suorum profectum conspiciunt, et ipsi vel in minimis esse reprehensibiles erubescunt, ne qua forte exempla tortitudinis praebeant eis quos praedicationis voce ad regulam intimae rectitudinis vocant. Dum ergo verbo doctorum accenduntur auditores, quasi ex viventi corpore vestimenta calefiunt. Sed dum ex profectu auditorum etiam vita docentium proficit, quasi ex calefactis vestimentis calor ad corpus redit. Sed nequaquam sibi doctores tribuant quod per exhortationem suam ad summa proficere auditores vident, quia nisi Spiritus sanctus eorum corda repleat, ad aures corporum vox docentium incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt, sed hanc imprimere interius non possunt: Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (I Cor. III, 7). Dicatur ergo: Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? Quia nimirum tunc auditores qui jam bene viventibus doctoribus inhaerent calorem superni amoris accipiunt, cum per afflatum sancti Spiritus excitantur, ac si aperte beato Job diceret: Incassum tibi tribuis si quos per te profecisse in virtutibus contemplaris, quia hi quos per te incaluisse aestimas, nisi eos Spiritus sancti fervor attingeret, frigidi in sua insensibilitate remanerent. Postquam vero haec fortiter dixit, per arrogantiam leviter motus, irrisionis illico verba subjungit, dicens:

Caput XXXIX

[Rec. XXIV].

VERS. 18.---Tu forsitan cum eo fabricatus es coelos, qui solidissimi quasi aere fusi sunt.

65. Per coelos quasi aere fusos, sancti angeli, et electorum mentes signantur.--- Possunt per coelos hi qui in coelestibus sunt conditi angelici spiritus designari. Unde et in oratione nostra dicere voce Veritatis instruimur: Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra. Ut nimirum voluntas Dei, sicut a superiori creatura agitur, ita in omnibus etiam ab humana infirmitate servetur. De quibus bene dicitur: Qui solidissimi quasi aere fusi sunt (Matth. VI, 10). Naturae namque aeris est, rubigine difficile consumi. Et virtutes angelicae quae in divino amore fixae perstiterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, ut nulla jam rubigine subripientis culpae mordeantur, ut in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant, et in hoc quod sunt conditae aeterna stabilitate subsistant.

Quienes, aun si alguna vez, por el hecho de que todavía llevan la vida corruptible de la humana enfermedad, son tentados de cualquier culpa al menos tenuemente en la obra, en la locución, en el pensamiento, ven el aprovechamiento de sus discípulos, y ellos mismos se avergüenzan de ser reprensibles incluso en lo mínimo, no sea que por ventura ofrezcan algunos ejemplos de torcedura a aquellos a quienes llaman por la voz de la predicación a la regla de la rectitud íntima. Mientras, pues, se encienden los oyentes por la palabra de los doctores, las vestiduras se calientan como por el cuerpo vivo. Pero mientras por el aprovechamiento de los oyentes aprovecha también la vida de los que enseñan, el calor vuelve como de las vestiduras calentadas al cuerpo. Pero de ningún modo se atribuyan los doctores que ven a los oyentes aprovechar hasta las cosas sumas por su exhortación, porque si el Espíritu Santo no llena sus corazones, la voz de los que enseñan suena en vano a los oídos de los cuerpos. Pues los maestros pueden formar la voz exteriormente, pero no pueden imprimirla interiormente: Porque ni el que planta es algo, ni el que riega, sino Dios que da el incremento (1 Cor. III, 7). Dígase, pues: ¿Acaso tus vestiduras no son cálidas, cuando la tierra ha sido soplada por el Austro? Porque sin duda entonces los oyentes que ya se adhieren a los doctores que viven bien reciben el calor del amor supremo, cuando se excitan por el soplo del Espíritu Santo; como si dijera abiertamente al bienaventurado Job: En vano te atribuyes si contemplas que algunos han aprovechado en las virtudes por ti, porque estos que estimas que se han calentado por ti, si no los tocara el hervor del Espíritu Santo, permanecerían fríos en su insensibilidad. Pero después que dijo esto fuertemente, movido ligeramente por la arrogancia, añade enseguida palabras de escarnio, diciendo:

Capítulo XXXIX

[Rec. XXIV].

VERS. 18. Tú tal vez con Él fabricaste los cielos, que solidísimos son como fundidos de bronce.

65. Por los cielos como fundidos de bronce se significan los santos ángeles y las mentes de los electos. — Pueden por los cielos designarse estos espíritus angélicos que están constituidos en las cosas celestiales. De donde también en nuestra oración somos instruidos por la voz de la Verdad a decir: Hágase tu voluntad así en el cielo como en la tierra. Para que sin duda la voluntad de Dios, como se hace por la criatura superior, así en todas las cosas se guarde también por la humana enfermedad. De los cuales bien se dice: Los cuales son solidísimos como fundidos de bronce (Mat. VI, 10). Pues es naturaleza del bronce el ser consumido difícilmente por la herrumbre. Y las virtudes angélicas que permanecieron fijas en el amor divino, al caer los ángeles soberbios, recibieron esto en el don de la retribución: que ya por ninguna herrumbre de culpa subrepticia sean mordidas, que permanezcan en la contemplación del Creador sin fin de felicidad, y subsistan en esto que son creadas con eterna estabilidad.

Quod bene apud Moysen ipsa de mundi origine historiae verba testantur (Genes. I, 6), cum et prius factum coelum dicitur, et hoc idem postmodum firmamentum vocatur, quia videlicet natura angelica et prius subtilius est in superioribus condita, et post ne unquam potuisset cadere, mirabilius confirmata. Possunt etiam per coelos, ut saepe diximus, electorum mentes exprimi, a cunctis terrenis contagiis intimo amore suspensae. Qui quamvis corpore degant in infimis, quia tamen corde jam inhaerent summis, veraciter dicunt: Nostra conversatio in coelis est (Phil. III, 20). Qui solidissimi ut aere fusi sunt, quia ab integritate coeptae fortitudinis nulla mutabilitatis rubigine consumuntur. Quibus et fortiter contra adversa durantibus, auctoris voce dicitur: Vos estis amici mei, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Sed quamvis doctus et arrogans cum irridere sanctum virum nititur, irrisioni suae fortia dicta permisceat, a dictis tamen fortibus semper ad supervacua verba relabitur. Nam iterum deridendo subjungit:

VERS. 19.---Ostende nobis quid dicamus illi, nos quippe involvimur tenebris.

2. Aut per angelos loquitur Deus, aut per semetipsum. ---Sciendum praeterea est quia duobus modis locutio divina distinguitur. Aut per semetipsum namque Dominus loquitur, aut per creaturam angelicam ejus ad nos verba formantur. Sed cum per semetipsum loquitur, sola nobis vi internae inspirationis aperitur. Cum per semetipsum loquitur, de verbo ejus sine verbis ac syllabis cor docetur, quia virtus ejus intima quadam sublevatione cognoscitur. Ad quam mens plena suspenditur, vacua gravatur. Pondus enim quoddam est quod omnem animam quam replet levet. Incorporeum lumen est quod et interiora repleat, et repleta exterius circumscribat. Sine strepitu sermo est, qui et auditum aperit, et habere sonitum nescit. Quod enim de adventu sancti Spiritus scriptum est: Factus est repente de coelo sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes; et apparuerunt illis dispertitae linguae quasi ignis, seditque supra singulos eorum (Act. II, 2); per ignem quidem Dominus apparuit, sed per semetipsum locutionem interius fecit. Et neque ignis Deus, neque ille sonitus fuit, sed per hoc quod exterius exhibuit, expressit hoc quod interius gessit. Quia enim discipulos et zelo succensos, et verbo eruditos intus reddidit, foris linguas igneas ostendit. In significatione igitur admota sunt elementa, ut ignem et sonitum sentirent corpora, igne vero invisibili et voce sine sonitu docerentur corda. Foris ergo fuit ignis qui apparuit, sed intus qui scientiam dedit. Et cum reginae Candacis eunuchus currui praesidens iter caperet, atque Isaiam non intelligens in manibus haberet, in corde nimirum spiritus Philippo dixerat: Adjunge te ad currum (Act. VIII, 29). Et cum ad evocandum Petrum timentes Deum milites Cornelius direxisset, in mente procul dubio a spiritu Petrus audivit: Ecce tres viri quaerunt te, surge itaque, descende et vade cum eis (Act. X, 19). Spiritum enim Dei quasi quaedam nobis verba dicere est occulta vi ea quae agenda sunt intimare, et cor hominis ignarum, non adhibito strepitu et tarditate sermonis, peritum repente de absconditis reddere.

En aquella aprende lo que debe apetecer, en esta lo que debe temer. Por aquella dice: Goza y alégrate, hija de Sion, porque he aquí que vengo, y habitaré en medio de ti (Zac. 2, 10); 893 por esta se dice: El Señor vendrá en tempestad, y en un torbellino están sus caminos (Is. 66, 15). Pues es suave el que viene para habitar en medio. Pero cuando se insinúa por la tempestad y el torbellino, sin duda perturba los corazones que toca; y se esfuerza para domar la elación (elationem), cuando se da a conocer como poderoso y terrible.

2. O bien Dios habla por los ángeles, o bien por sí mismo. ---Se debe saber, además, que de dos modos se distingue la locución divina. Pues o bien el Señor habla por sí mismo, o bien por medio de una criatura angélica se forman sus palabras para nosotros. Pero cuando habla por sí mismo, se nos abre solo por la fuerza de la inspiración interna. Cuando habla por sí mismo, el corazón es enseñado por su palabra sin palabras ni sílabas, porque su virtud es conocida por cierta elevación íntima. A la cual la mente llena queda suspendida, la vacía es gravada. Pues es cierto peso que eleva a toda alma que llena. Es luz incorpórea que tanto llena lo interior, como circunscribe exteriormente lo llenado. Es sermón sin estrépito, que tanto abre el oído como ignora tener sonido. Pues lo que está escrito sobre el advenimiento del Espíritu Santo: Se hizo de repente un sonido del cielo, como de un espíritu vehemente que venía, y llenó toda la casa donde estaban sentados; y se les aparecieron lenguas repartidas como de fuego, y se sentó sobre cada uno de ellos (Hech. II, 2); por el fuego ciertamente apareció el Señor, pero por sí mismo hizo la locución interiormente. Y ni el fuego fue Dios, ni aquel sonido lo fue, sino que por esto que exhibió exteriormente, expresó esto que gestionó interiormente. Porque pues volvió a los discípulos tanto encendidos por el celo, como eruditos por la palabra por dentro, mostró por fuera lenguas ígneas. En la significación, por tanto, fueron aplicados los elementos, para que los cuerpos sintieran el fuego y el sonido, pero los corazones fueran enseñados por el fuego invisible y por la voz sin sonido. Por fuera, pues, estuvo el fuego que apareció, pero por dentro el que dio la ciencia. Y cuando el eunuco de la reina Candace presidía el carro y emprendía el camino, y teniendo en sus manos a Isaías sin entenderlo, ciertamente en el corazón el espíritu había dicho a Felipe: Únete al carro (Hech. VIII, 29). Y cuando Cornelio había enviado a los soldados temerosos de Dios para llamar a Pedro, en la mente sin duda alguna de parte del espíritu Pedro oyó: He aquí tres varones te buscan, levántate pues, desciende y ve con ellos (Hech. X, 19). Decirnos pues el Espíritu de Dios como ciertas palabras es intimar por fuerza oculta aquellas cosas que han de hacerse, y volver al hombre ignorante, sin aplicar estrépito ni tardanza de sermón, perito de repente sobre las cosas escondidas.

Nam quia auditus ea quae ad se fiunt non simul omnia dicta comprehendit, quippe qui et causas per verba, et particulatim verba per syllabas percipit; visus autem noster in eo quod se dirigit, totum subito et simul apprehendit; Dei locutio ad nos intrinsecus facta videtur, potius quam audiatur, quia dum semetipsum sine mora sermonis insinuat, repentina luce nostrae ignorantiae tenebras illustrat. Unde et Baruch, Neriae filius, cum requisitus exponeret quemdammodo verba Jeremiae prophetantis audisset, ait: Ex ore suo loquebatur quasi legens, et ego scribebam (Jerem. XXXVI, 18). Qui enim legens loquitur, alio intendit, sed alio verbum facit, quia quod videt dicit. Prophetae ergo Dei, quia ejus verba vident potius in corde quam audiunt, quasi legentes loquuntur.

3. Quomodo per angelos loqui soleat. Aliquando verbis utendo; aliquando rebus; aliquando simul verbis et rebus; aliquando imaginibus cordis aut corporis oculis ostensis. ---Cum vero per angelum voluntatem suam Dominus indicat, aliquando eam verbis, aliquando rebus demonstrat, aliquando simul verbis et rebus, aliquando imaginibus cordis oculis ostensis, aliquando imaginibus et ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis, aliquando coelestibus substantiis, aliquando terrenis; aliquando simul terrerenis et coelestibus. Nonnunquam vero etiam per angelum humanis cordibus ita loquitur Deus, ut ipse quoque angelus mentis obtutibus praesentetur.

4. Verbis namque per angelum loquitur Deus, cum nil in imagine ostenditur, sed supernae verba locutionis audiuntur, sicut dicente Domino: Pater, clarifica filium tuum, ut et filius tuus clarificet te, protinus respondetur: Clarificavi, et iterum clarificabo (Joan. XVII, 1; XII, 28). Neque enim Deus, qui sine tempore vi impulsionis intimae clamat, in tempore per suam substantiam illam vocem edidit, quam circumscriptam tempore per humana verba distinxit, sed nimirum, de coelestibus loquens, verba sua quae ab hominibus audiri voluit rationali creatura administrante formavit.

5. Aliquando rebus per angelos loquitur Deus, cum nil verbo dicitur, sed ea quae futura sunt, assumpta de elementis imagine, nuntiantur; sicut Ezechiel, nil verborum audiens, electri speciem in medio ignis vidit; ut videlicet dum solam speciem aspiceret, quae essent in novissimis ventura sentiret (Ezech. I, 4). Electrum quippe ex auri argentique metallo miscetur, in qua permistione argentum quidem clarius redditur, sed tamen fulgor auri temperatur. Quid ergo in electro nisi mediator Dei et hominum demonstratur?

Pues porque el oído no comprende todas las cosas dichas al mismo tiempo que se hacen para él, puesto que percibe tanto las causas por las palabras, como por partes las palabras por las sílabas; nuestra vista en cambio en aquello a lo que se dirige, aprehende todo súbita y simultáneamente; la locución de Dios hecha intrínsecamente para nosotros parece ser vista, más bien que oída, porque mientras se insinúa a sí mismo sin demora de sermón, ilustra con luz repentina las tinieblas de nuestra ignorancia. Por lo cual también Baruc, hijo de Nerías, cuando al ser interrogado exponía de qué modo había oído las palabras de Jeremías profetizando, dijo: De su boca hablaba como leyendo, y yo escribía (Jer. XXXVI, 18). Pues quien habla leyendo, a una cosa atiende, pero por otra hace la palabra, porque lo que ve, lo dice. Los profetas de Dios, por tanto, porque ven sus palabras más bien en el corazón que las oyen, hablan como leyendo.

3. De qué modo suele hablar por los ángeles. Unas veces usando palabras; otras veces cosas; otras veces simultáneamente palabras y cosas; otras veces por imágenes mostradas a los ojos del corazón o del cuerpo. ---Cuando verdaderamente el Señor indica su voluntad por medio de un ángel, unas veces la demuestra con palabras, otras veces con cosas, otras veces simultáneamente con palabras y cosas, otras veces por imágenes mostradas a los ojos del corazón, otras veces por imágenes ante los ojos corpóreos asumidas por un tiempo del aire, unas veces por sustancias celestiales, otras veces por terrenas; unas veces simultáneamente terrenas y celestiales. No pocas veces, verdaderamente, incluso por medio de un ángel habla Dios a los corazones humanos de tal modo que el mismo ángel es presentado a los ojos de la mente.

4. Pues por medio del ángel habla Dios con palabras, cuando nada se muestra en imagen, sino que se oyen las palabras de la locución suprema, como al decir el Señor: Padre, clarifica a tu Hijo, para que también tu Hijo te clarifique a ti, se responde inmediatamente: Lo he clarificado, y de nuevo lo clarificaré (Juan 17, 1; 12, 28). Pues Dios, que sin tiempo clama por la fuerza de un impulso íntimo, no emitió en el tiempo por su propia substancia aquella voz, que Él distinguió como circunscrita por el tiempo a través de palabras humanas, sino que sin duda, hablando de las cosas celestiales, formó sus palabras que quiso que fueran oídas por los hombres mediante la administración de una criatura racional.

5. Unas veces habla Dios por medio de las cosas a través de los ángeles, cuando nada se dice con palabra, sino que aquellas cosas que han de venir se anuncian por una imagen asumida de los elementos; como Ezequiel, sin oír ninguna palabra, vio la especie de electro (electri) en medio del fuego; para que, a saber, mientras miraba solo la especie, sintiera las cosas que habrían de venir en los novísimos (Ezeq. 1, 4). Pues el electro (electrum) se mezcla del metal del oro y de la plata, en cuya mezcla la plata ciertamente se vuelve más clara, pero sin embargo se templa el fulgor del oro. ¿Qué pues se demuestra en el electro (electro) sino el mediador de Dios y de los hombres?

Qui dum semetipsum nobis ex divina atque humana natura composuit, et humanam per deitatem clariorem reddidit, et divinam per humanitatem nostris aspectibus temperavit. Quia enim virtute divinitatis ejus tot miraculis humanitas fulsit, ex auro crevit argentum; et quod per carnem Deus cognosci potuit, quodque per carnem tot adversa toleravit, quasi ex argento temperatum est aurum. Quod bene et in medio ignis ostenditur, quia incarnationis ejus mysterium subsequentis judicii flamma comitatur. Scriptum quippe est: Pater non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio (Joan. V, 22).

[Vet. III.] 6. Aliquando per angelos verbis simul et rebus loquitur Deus, cum quibusdam motibus insinuat hoc quod sermonibus narrat. Neque enim Adam post culpam in divinitatis substantia audire Dominum potuit, sed increpationis verba per angelum audivit, de quo scriptum est: Cum audisset vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se inter ligna paradisi (Genes. III, 8). Quid est enim quod post peccatum hominis in paradiso Dominus jam non stat, sed deambulat, nisi quod irruente culpa se a cordis hominis motum demonstrat? Quid est quod ad auram post meridiem, nisi 895 quod lux ferventior veritatis abscesserat, et peccatricem animam culpae suae frigora constringebant? Increpavit ergo Adam deambulans, ut caecis mentibus nequitiam suam non solum sermonibus, sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo et per verba quod fecerat audiret, et per deambulationem, amisso aeternitatis statu, mutabilitatis suae inconstantiam cerneret, et per auram, fervore charitatis expulso, torporem suum animadverteret, et per declinationem solis cognosceret quod ad tenebras propinquaret.

[Vet. IV.] 7. Aliquando imaginibus cordis oculis ostensis per angelos loquitur Deus, sicut Jacob subnixam coelo scalam dormiens vidit (Genes. XXVIII, 12); sicut Petrus linteum reptilibus ac quadrupedibus plenum in ecstasi raptus aspexit (Act. X, 11), qui nisi incorporeis oculis haec cerneret, in ecstasi non fuisset; sicut Paulo in visione noctis vir Macedo apparuit (Act. XVI, 9), qui transire eum in Macedoniam rogavit. Aliquando imaginibus et ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis per angelos loquitur Deus, sicut Abraham non solum tres viros videre potuit, sed etiam habitaculo terreno suscipere, et non solum suscipere, sed eorum usibus etiam cibos adhibere (Genes. XVIII, 2, seq.). Nisi enim Angeli quaedam nobis interna nuntiantes ad tempus ex aere corpora sumerent, exterioribus profecto nostris obtutibus non apparerent; nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex coelesti elemento gestarent.

Quien, mientras se compuso a sí mismo para nosotros de la naturaleza divina y humana, tanto volvió la humana más clara por la deidad, como templó la divina por la humanidad para nuestros aspectos. Pues porque por la virtud de su divinidad su humanidad brilló con tantos milagros, del oro creció la plata; y que por la carne Dios pudo ser conocido, y que por la carne toleró tantas adversidades, el oro fue como templado de la plata. Lo cual bien se muestra también en medio del fuego, porque la llama del juicio subsiguiente acompaña al misterio de su encarnación (incarnationis). Pues escrito está: El Padre no juzga a nadie, sino que todo juicio dio al Hijo (Juan 5, 22).

[Ant. III.] 6. Unas veces habla Dios por medio de los ángeles simultáneamente con palabras y cosas, cuando por ciertos movimientos insinúa esto que narra con sermones. Pues Adán después de la culpa no pudo oír al Señor en la substancia de la divinidad, sino que oyó las palabras de increpación por medio del ángel, de quien está escrito: Cuando hubo oído la voz del Señor Dios que se paseaba en el paraíso al aura después del mediodía, se escondió entre los árboles del paraíso (Gén. 3, 8). Pues ¿qué es que después del pecado del hombre el Señor ya no está en el paraíso, sino que se pasea, sino que al irrumpir la culpa se muestra movido del corazón del hombre? ¿Qué es que al aura después del mediodía, sino 895 que la luz más ferviente de la verdad se había alejado, y los fríos de su culpa constreñían al alma pecadora? Increpó, pues, paseándose a Adán, para que abriera a las mentes ciegas su maldad no solo con sermones, sino también con cosas, a fin de que el hombre pecador tanto por las palabras oyera lo que había hecho, como por el paseo, perdido el estado de la eternidad (aeternitatis), viera la inconstancia de su mutabilidad (mutabilitatis), y por el aura, expulsado el fervor de la caridad (charitatis), advirtiera su propio torpor, y por la declinación del sol conociera que se aproximaba a las tinieblas.

[Ant. IV.] 7. Unas veces habla Dios por medio de los ángeles por imágenes mostradas a los ojos del corazón, como Jacob durmiendo vio una escala apoyada en el cielo (Gén. 28, 12); como Pedro arrebatado en éxtasis vio un lienzo lleno de reptiles y cuadrúpedos (Hech. 10, 11), quien si no viera estas cosas con ojos incorpóreos, no habría estado en éxtasis; como a Pablo en una visión de la noche se le apareció un varón macedonio (Hech. 16, 9), que le rogó que pasara a Macedonia. Unas veces habla Dios por medio de los ángeles por imágenes también ante los ojos corpóreos asumidas por un tiempo del aire, como Abraham no solo pudo ver a tres varones, sino también recibirlos en un habitáculo terreno, y no solo recibirlos, sino también aplicar alimentos para sus usos (Gén. 18, 2, sig.). Pues si los ángeles que nos anuncian ciertas cosas internas no tomaran por un tiempo cuerpos del aire, ciertamente no aparecerían a nuestras visiones exteriores; ni tomarían alimentos con Abraham, si por nosotros no llevaran algo sólido de un elemento celestial (coelesti elemento).

Nec mirum quod illic ipsi qui suscepti sunt, modo angeli, modo Dominus vocantur, quia angelorum vocabulo exprimuntur qui exterius ministrabant, et appellatione Domini ostenditur qui eis interius praeerat, ut per hoc praesidentis imperium, et per illud claresceret officium ministrantium.

[Vet. V.] 8. Varii alii modi quibus Deus loquitur hominibus.---Aliquando coelestibus substantiis per angelos loquitur Deus, sicut, baptizato Domino, scriptum est quia de nube vox sonuit, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui (Matth. III, 17). Aliquando terrenis substantiis per angelos loquitur Deus, sicut cum Balaam corripuit, in ore asinae humana verba formavit (Num. XXII, 28). Aliquando simul et terrenis et coelestibus substantiis per angelos loquitur Deus, sicut ad Moysen in monte cum jussionis suae verba edidit, ignem rubumque sociavit, atque aliud superius, aliud inferius junxit (Exod. III, 2). Quod tamen tunc solum agitur, cum ex ipsa aliquid conjunctione signatur. Nam per succensum rubum Moysen alloquens, quid aliud ostendit, nisi quod ejus populi ductor fieret qui et legis flammam perciperet, et tamen peccati spinam nequa quam vitaret; vel quod ex illo populo exiret qui in igne Deitatis carnis nostrae peccata quasi rubi spinas susciperet, et inconsumptam humanitatis nostrae substantiam etiam in ipsa divinitatis flamma servaret?

[Vet. VI.] 9. Inspirati quandoque prophetae per angelos. Nonnunquam vero humanis cordibus etiam per angelos Deus secreta eorum praesentia virtutem suae aspirationis infundit. Unde et Zacharias ait: Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me (Zach. I, 14). Dum ad se quidem sed in se tamen loqui angelum dicit, liquido ostendit quod is qui ad ipsum verba faceret per corpoream speciem extra non esset. Unde et paulo post subdidit: Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur (Ibid., II, 3). Saepe enim non exterius apparent, sed sicut sunt angelici spiritus voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescunt, atque eos ad sublimia sublevant, et quaeque in rebus futura sunt in causis originalibus praesentia demonstrant. Humanum namque cor ipso carnis corruptibilis pondere gravatum hanc ipsam corpulentiam suam quasi obicem sustinens, interna non penetrat, et grave exterius jacet, quia levantem manum interius non habet. Unde fit, sicut dictum est, ut prophetarum sensibus ipsa ut est subtilitas angelicae virtutis appareat, eorumque mens quo subtili spiritu tangitur, levetur; et non jam pigra torpensque in imis jaceat, sed repleta intimis afflatibus, ad superna conscendat, atque inde quasi de quodam rerum vertice, quae infra se ventura sunt videat.

Ni es de maravillar que allí esos mismos que fueron recibidos, unas veces sean llamados ángeles, otras veces el Señor, porque con el vocablo de ángeles se expresan los que ministraban exteriormente, y con la apelación del Señor se muestra el que les presidía interiormente, para que por esto se aclarara el imperio del presidente, y por aquello el oficio de los que ministraban.

[Ant. V.] 8. Varios otros modos por los que Dios habla a los hombres.---Unas veces habla Dios por medio de los ángeles por substancias celestiales, como al ser bautizado el Señor, está escrito que de la nube sonó una voz, diciendo: Este es mi Hijo amado, en quien me he complacido mucho (Mat. 3, 17). Unas veces habla Dios por medio de los ángeles por substancias terrenas, como cuando increpó a Balaam, formó palabras humanas en la boca de una asna (Núm. 22, 28). Unas veces habla Dios por medio de los ángeles simultáneamente por substancias terrenas y celestiales, como cuando emitió las palabras de su mandato a Moisés en el monte, asoció el fuego y la zarza, y unió una cosa superior con otra inferior (Éx. 3, 2). Lo cual, sin embargo, solo se hace entonces cuando algo se significa de esa misma conjunción. Pues al hablar a Moisés por la zarza encendida, ¿qué otra cosa mostró sino que llegaría a ser el conductor de aquel pueblo que tanto percibiría la llama de la ley, como sin embargo de ningún modo evitaría la espina del pecado; o que saldría de aquel pueblo quien en el fuego de la Deidad (Deitatis) recibiría los pecados de nuestra carne como las espinas de una zarza, y conservaría la substancia inconsumida de nuestra humanidad (humanitatis) aun en la misma llama de la divinidad (divinitatis)?

[Vet. VI.] 9. Los profetas son a veces inspirados por medio de ángeles. Pero a veces Dios infunde también en los corazones humanos, por medio de ángeles, el poder de su inspiración a través de la secreta presencia de estos. De donde también dice Zacarías: Y me dijo el ángel que hablaba en mí (Zac. 1, 14). Al decir que el ángel hablaba para él, pero sin embargo en él, muestra claramente que aquel que le dirigía las palabras no estaba fuera a través de una apariencia corpórea. De donde también poco después añadió: Y he aquí que el ángel que hablaba en mí salía (Ibíd. 2, 3). Pues a menudo no aparecen exteriormente, sino que, tal como son espíritus angélicos, dan a conocer la voluntad de Dios a los sentidos de los profetas, y los elevan a cosas sublimes, y demuestran como presentes en sus causas originales las cosas que han de ser en el futuro. Porque el corazón humano, gravado por el peso mismo de la carne corruptible, sosteniendo esta misma corpulencia suya como un obstáculo, no penetra las cosas internas, y yace pesado en lo exterior, porque no tiene una mano que lo levante por dentro. De donde resulta, como se ha dicho, que a los sentidos de los profetas se les aparece la misma sutileza de la virtud angélica tal como es, y su mente es levantada por el sutil espíritu por el cual es tocada; y ya no yace perezosa y torpe en lo más ínfimo, sino que, llena de íntimos soplos, asciende a lo celestial, y desde allí, como desde una cierta cima de las cosas, ve las que han de venir debajo de sí.

Sed ne quis in praedictis Zachariae verbis angeli designatum nomine vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum putet, si textum Scripturae sacrae considerat, quod sentit velociter emendat, quae nunquam Patrem, nunquam Spiritum sanctum, et non nisi per incarnationis suae praedicationem Filium angelum vocat. Unde et in ejusdem Zachariae verbis aperte ostenditur quod in illo vere angelus, id est creatura, loqueretur, cum dicitur: Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur (Zach. II, 3). Statimque subjungitur: Et alius angelus egrediebatur in occursum ejus, et dixit ad eum: Loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Jerusalem (Ibid., II, 3). Non est itaque Deus angelus qui mittitur, cui verba ab angelo quae dicere debeat jubentur. Sed quia in conspectu conditoris angelica ministeria ordinata graduum positione distincta sunt, ut et pro communi felicitate beatitudinis opificem suum simul videntes gaudeant, et tamen pro dispositione dignitatis aliis alii subministrent, ad prophetam angelus angelum mittit, et quem secum de Deo gaudere communiter conspicit, et docet, et dirigit, quia eum et per superiorem scientiam virtute cognitionis, et per praestantiorem gratiam culmine potestatis excedit.

10. Quomodo Deus Job responderit. Haec igitur dicta sunt ut quibus modis loquatur Deus hominibus demonstraretur. Cum vero beato Job respondisse Dominus de turbine dicitur, utrum per semetipsum, an ei per angelum sit locutus ambigitur. Potuerunt quippe per angelum commotiones aeris fieri, et haec ei quae subjuncta sunt per eum verba mandari. Rursumque potuit et exterius angelus in turbine aerem excutere, et tamen interius per semetipsum Dominus vim suae sententiae cordi ejus sine verbis insonare, ut credatur quod dicta dominica quae sequuntur ipse jam per verba protulit, qui, repletus Deo, haec sine verbis audivit. [Vet. VII, Rec. III.] Itaque dicitur:

CAPUT II.

VERS. 2.---Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?

11. Recte sentientes at superbe loquentes reprobantur. Prima angeli stultitia elatio fuit.---Sicut et superiori parte jam diximus, prima exprobratio est talis interrogatio, qua dicitur: 897 Quis est iste? Eliu enim arroganter locutus fuerat. Et quis est iste? non dicimus nisi de eo utique quem nescimus. Scire autem Dei approbare est, nescire reprobare. Unde quibusdam quos reprobat dicit: Nescio vos unde sitis; discedite a me, omnes operarii iniquitatis (Luc. XIII, 25, 27).

Pero para que nadie piense que en las antedichas palabras de Zacarías se designa con el nombre de ángel ya sea al Padre, o al Hijo, o al Espíritu Santo, si considera el texto de la Sagrada Escritura, enmienda rápidamente lo que siente, pues esta nunca llama ángel al Padre, nunca al Espíritu Santo, y al Hijo no sino por la predicación de su encarnación. De donde también en las palabras del mismo Zacarías se muestra abiertamente que en él hablaba verdaderamente un ángel, esto es, una criatura, cuando se dice: Y he aquí que el ángel que hablaba en mí, salía (Zac. 2, 3). E inmediatamente se añade: Y otro ángel salía a su encuentro, y le dijo: Habla a ese joven, diciendo: Sin muro será habitada Jerusalén (Ibíd. 2, 3). No es, por tanto, Dios el ángel que es enviado, a quien un ángel le ordena las palabras que debe decir. Sino que, porque ante la vista del Creador los ministerios angélicos están distinguidos por una posición ordenada de grados, de modo que tanto para la común felicidad de la bienaventuranza se gocen viendo juntos a su Hacedor, como sin embargo, por la disposición de la dignidad, unos suministren a otros, un ángel envía a otro ángel al profeta, y a quien ve gozarse con él de Dios en común, lo instruye y lo dirige, porque lo excede tanto por una ciencia superior por la virtud del conocimiento, como por una gracia más excelente por la cumbre del poder.

10. De qué modo respondió Dios a Job. Se han dicho, pues, estas cosas para que se demostrara de qué modos habla Dios a los hombres. Pero cuando se dice que el Señor respondió al bienaventurado Job desde el torbellino, se duda si le habló por sí mismo o por medio de un ángel. Pues pudieron ciertamente hacerse por medio de un ángel las conmociones del aire, y mandársele por medio de él estas palabras que se añaden. Y de nuevo, pudo el ángel tanto sacudir exteriormente el aire en el torbellino, como sin embargo el Señor mismo por sí mismo hacer sonar interiormente en su corazón, sin palabras, la fuerza de su sentencia, para que se crea que los dichos dominicales que siguen los profirió ya por medio de palabras aquel que, lleno de Dios, los oyó sin palabras. [Vet. VII, Rec. III.] Así pues, se dice:

CAPÍTULO II.

VERS. 2.---¿Quién es este que envuelve sentencias con palabras inexpertas?

11. Son reprobados los que sienten rectamente pero hablan con soberbia. La primera estulticia del Ángel fue la elación.---Como ya dijimos en la parte superior, la primera exprobración es tal interrogación, por la cual se dice: ¿Quién es este? Pues Eliú había hablado arrogantemente. Y no decimos ¿Quién es este? sino de aquel a quien ciertamente no conocemos. Pero el conocer de Dios es aprobar; el no conocer, reprobar. De donde dice a algunos que reprueba: No sé de dónde sois; apartaos de mí, todos vosotros obreros de iniquidad (Lc. 13, 25. 27).

Quid est ergo de hoc arrogante requirere Quis est iste? nisi aperte dicere: Ego arrogantes nescio, id est eorum vitam in sapientiae meae arce non approbo? Quia dum laudibus humanis inflantur, a vera gloria aeternae retributionis inanescunt. In eo vero quod ait, Sententias, et non addidit quales, bonas utique accipimus, quas quidem imperitis asserit sermonibus involutas, quia cum verbis jactantiae fuerant prolatae. Imperitiae quippe vitium est rectum non recte sapere, id est coeleste donum ad appetitum terrenae laudis inclinare. Sicut enim saepe contingit ut et bona male et mala bene proferantur, ita Eliu arrogans recta non recte protulit, quia humiles in Dei defensione sententias non humiliter dixit. Unde et eorum qui intra catholicam Ecclesiam inani gloriae student, non immerito typum tenet: qui dum se prae caeteris peritos credunt, divino judicio de imperitia redarguuntur, quia sicut Apostolus ait: Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire (I Cor. VIII, 2). Quia enim prima stultitia Angeli elatio cordis fuit, vera sapientia efficitur hominis humilitas suae aestimationis. Quam quisquis vel magna sapiendo deserit, eo ipso vehementer desipit, quo semetipsum nescit. Unde Eliu et sententias protulit et imperitis sermonibus involutas, quia et de Deo rectum quod diceret noverat, et tamen de semetipso dicta illius elatio stulta infatuabat. Hoc itaque despecto, ad erudiendum Job verba vertuntur:

Caput III

[Rec. IV.]

VERS. 3.---Accinge sicut vir lumbos tuos.

12. Coercenda est luxuria non solum carnis, sed etiam elati cordis.---Scriptura sacra viros vocare consuevit qui nimirum vias Domini fortibus et non dissolutis gressibus sequuntur. Unde per Psalmistam dicitur: Viriliter agite, et confortetur cor vestrum (Psal. XXX, 25). Unde Paulus ait: Remissas manus et dissoluta genua erigite (Hebr. XII, 12). Unde et Sapientia in Proverbiis: O viri, ad vos clamito (Prov. VIII, 4). Ac si aperte diceret: Ego non feminis, sed viris loquor, quia hi qui fluxa mente sunt mea verba percipere nequaquam possunt.

¿Qué es, pues, preguntar acerca de este arrogante ¿Quién es este? sino decir abiertamente: Yo no conozco a los arrogantes, esto es, ¿no apruebo su vida en el alcázar de mi sabiduría? Porque mientras se inflan con las alabanzas humanas, se vacían de la verdadera gloria de la retribución eterna. Pero en lo que dice, Sentencias, y no añadió de qué clase, las tomamos ciertamente por buenas, las cuales afirma que estaban envueltas en palabras inexpertas, porque habían sido proferidas con palabras de jactancia. Pues es vicio de inexperiencia el no saber rectamente lo recto, esto es, inclinar un don celestial al apetito de la alabanza terrena. Como a menudo sucede que tanto las cosas buenas se profieren mal como las malas bien, así el arrogante Eliú profirió cosas rectas no rectamente, porque no dijo humildemente las humildes sentencias en defensa de Dios. De donde también posee no sin mérito el tipo de aquellos que dentro de la Iglesia Católica estudian la vana gloria: quienes, mientras se creen peritos sobre los demás, son redargüidos de impericia por el juicio divino, porque como dice el Apóstol: Si alguno piensa que sabe algo, aún no ha conocido de qué modo conviene que sepa (1 Cor. 8, 2). Porque, como la primera estulticia del Ángel fue la elación del corazón, la humildad de la propia estimación se convierte en la verdadera sabiduría del hombre. La cual, quienquiera que la abandona, aun sabiendo cosas grandes, por eso mismo desvaría vehementemente, por cuanto se desconoce a sí mismo. De donde Eliú tanto profirió sentencias como sentencias envueltas en palabras inexpertas, porque tanto conocía lo recto que debía decir de Dios, como sin embargo la elación estulta de aquel infatuaba sus dichos acerca de sí mismo. Despreciado, pues, este, las palabras se vuelven para instruir a Job:

Capítulo III

[Rec. IV.]

VERS. 3.---Ciñe tus lomos como varón.

12. Se ha de coercer la lujuria no solo de la carne, sino también del corazón elado.---La Sagrada Escritura acostumbra llamar 'varones' a quienes ciertamente siguen los caminos del Señor con pasos fuertes y no disolutos. De donde se dice por el Salmista: Obrad varonilmente, y confórtese vuestro corazón (Sal. 30, 25). De donde dice Pablo: Erigid las manos remisas y las rodillas disueltas (Heb. 12, 12). De donde también la Sabiduría en los Proverbios: A vosotros, oh varones, clamo (Prov. 8, 4). Como si dijera abiertamente: Yo no hablo a mujeres, sino a varones, porque estos que son de mente fluida de ningún modo pueden percibir mis palabras.

Lumbos vero accingere est vel in opere luxuriam vel in cogitatione refrenare. Delectatio namque carnis in lumbis est. Unde et sanctis praedicatoribus dicitur: Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes (Luc. XII, 35). Per lumbos enim luxuria, per lucernas autem bonorum operum claritas designatur. Jubentur ergo lumbos accingere, et lucernas tenere. Ac si aperte audiant: Prius in vobismetipsis luxuriam restringite, et tunc de vobis aliis bonorum operum exempla monstrate. Sede cum beatum Job tanta praeditum castitate noverimus, cur ei post tot flagella dicitur: Accinge sicut vir lumbos tuos, id est, sicut fortis restringe luxuriam, nisi quia alia est luxuria carnis qua castitatem corrumpimus, alia vero luxuria cordis est qua de castitate gloriamur? Dicitur ergo ei: Accinge sicut vir lumbos tuos, ut qui 898 prius luxuriam corruptionis vicerat, nunc luxuriam restringat elationis, ne de patientia vel castitate superbiens, tanto pejus intus ante Dei oculos luxuriosus existeret, quanto magis ante oculos hominum et patiens et castus appareret. Unde bene per Moysen dicitur: Circumcidite praeputia cordis vestri (Deut. X, 16), id est, postquam luxuriam a carne exstinguitis, etiam superflua cogitationum resecate. Sequitur:

Caput IV

[Rec. V.]

IBID.---Interrogabo te, et responde mihi.

13. Tribus modis nos interrogat Deus: flagellando; dura praecipiendo; aliqua nobis abscondendo.---Tribus modis nos conditor noster interrogare consuevit, cum aut flagelli districtione nos percutit, et quanta nobis insit, vel desit patientia ostendit: aut quaedam quae nolumus praecipit, et nostram nobis obedientiam vel inobedientiam patefacit; aut aliqua nobis occulta aperit, et aliqua abscondit, et nobis mensuram humilitatis nostrae innotescit. Flagello namque interrogat cum mentem bene sibi per tranquillitatem subditam afflictionibus pulsat, sicut idem Job et laudatur attestatione judicis, et tamen ictibus conceditur percussoris (Job II, 3, 7), ut ejus patientia tanto verius claresceret quanto inquisita durius fuisset. Praecipiendo autem dura nos interrogat, sicut Abraham terram suam jubetur egredi et pergere quo nesciebat (Genes. XII, 1), in montem unicum filium ducere, et quem ad consolationem senex acceperat immolare (Genes. XXII, 2).

Pero ceñir los lomos es refrenar la lujuria ya sea en la obra o en el pensamiento. Pues el deleite de la carne está en los lomos. De donde también se dice a los santos predicadores: Estén vuestros lomos ceñidos, y las lámparas ardientes (Lc. 12, 35). Pues por los lomos se designa la lujuria, mas por las lámparas la claridad de las buenas obras. Se les manda, pues, ceñir los lomos y tener lámparas. Como si oyeran abiertamente: Primero restringid en vosotros mismos la lujuria, y entonces mostrad de vosotros a los otros ejemplos de buenas obras. Pero puesto que conocimos que el bienaventurado Job estaba dotado de tanta castidad, ¿por qué se le dice después de tantos azotes: Ciñe tus lomos como varón, esto es, como fuerte restringe la lujuria, sino porque una es la lujuria de la carne por la cual corrompemos la castidad, mas otra es la lujuria del corazón por la cual nos gloriamos de la castidad? Se le dice, pues: Ciñe tus lomos como varón, para que quien primero había vencido la lujuria de la corrupción, ahora restrinja la lujuria de la elación, no sea que soberbio de su paciencia o castidad, existiera tanto peor lujurioso interiormente ante los ojos de Dios, cuanto más apareciera ante los ojos de los hombres tanto paciente como casto. De donde bien se dice por Moisés: Circuncidad el prepucio de vuestro corazón (Deut. 10, 16), esto es, después que extinguís la lujuria de la carne, cercenad también lo superfluo de los pensamientos. Sigue:

Capítulo IV

[Rec. V.]

IBID.---Te interrogaré, y tú respóndeme.

13. De tres modos nos interroga Dios: azotando; prescribiendo cosas duras; escondiéndonos algunas cosas.---Nuestro Creador acostumbra interrogarnos de tres modos, cuando o bien nos golpea con la severidad del azote, y muestra cuánta paciencia hay en nosotros, o nos falta; o nos manda algunas cosas que no queremos, y manifiesta nuestra obediencia o desobediencia; o nos abre algunas cosas ocultas y esconde otras, y nos hace conocer la medida de nuestra humildad. Pues interroga con el azote cuando golpea con aflicciones la mente que le está bien sometida por la tranquilidad, así como el mismo Job es tanto alabado por la atestación del juez, como sin embargo es entregado a los golpes del heridor (Job 2, 3. 7), para que su paciencia brille tanto más verdaderamente cuanto más duramente hubiera sido inquirida. Pero prescribiendo cosas duras nos interroga, como se le manda a Abraham salir de su tierra y dirigirse a donde no sabía (Gén. 12, 1), llevar al monte al único hijo, e inmolar a quien el anciano había recibido para su consuelo (Gén. 22, 2).

Cui nimirum ad interrogationem bene respondenti, id est ad jussionem obedienti dicitur: Nunc cognovi quia times Deum (Ibid., 12). Vel sicut scriptum est: Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum (Deut. XIII, 3). Tentare quippe Dei est magnis nos jussionibus interrogare. Scire quoque ejus est nostram obedientiam nosse nos facere. [Vet. VIII.] Aperiendo vero nobis quaedam, atque claudendo quaedam nos interrogat Deus, sicut per Psalmistam dicitur: Palpebrae ejus interrogant filios hominum (Psal. X, 6). Palpebris quippe apertis cernimus, clausis nihil videmus. Quid ergo palpebras Dei, nisi ejus judicia accipimus? Quae juxta aliquid clauduntur hominibus, et juxta aliquid reserantur, ut homines qui se nesciunt sibimetipsis innotescant, quatenus dum quaedam intelligendo comprehendunt, quaedam vero cognoscere omnino non possunt, eorum corda sese latenter inquirant, si illos divina judicia vel clausa non stimulant, vel aperta non inflant. Hac enim interrogatione Paulus probatus est, qui post perceptam internam sapientiam, post aperta claustra paradisi, post ascensum tertii coeli, post supernae locutionis mysteria, adhuc dicit: Ego me non arbitror comprehendisse (Philip. III, 13). Et rursum: Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus (I Cor. XV, 9). Et rursum: Non quia sufficientes sumus aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est (II Cor. III, 5). Apertis ergo palpebris Dei interrogatus Paulus recte respondit, qui et superna secreta attigit, et tamen in humilitate cordis sublimiter stetit. Qui rursum cum secreta Dei judicia de repulsione Judaeorum et gentium vocatione discuteret, atque ad ea pervenire non posset, quasi clausis Dei palpebris interrogatus est. Sed rectum valde responsum 899 reddidit, qui Deo se in ipsa sua ignorantia scienter inclinavit, dicens: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit (Rom. XI, 33)? Ecce enim absconsis mysteriis quasi clausis palpebris inquisitus placita ac recta respondit, qui secreti aditum pulsans, quia per cognitionem intromitti ad interiora non valuit, per confessionem ante januas humilis stetit; et quod intus comprehendere non potuit, foris timendo laudavit.

A quien ciertamente, respondiendo bien a la interrogación, esto es, obedeciendo al mandato, se le dice: Ahora he conocido que temes a Dios (Ibíd. 12). O como está escrito: El Señor vuestro Dios os tienta, para saber si lo amáis (Deut. 13, 3). Tentar por parte de Dios es interrogarnos con grandes mandatos. Saber es también hacernos saber nuestra obediencia. [Vet. VIII.] Abriéndonos, pues, algunas cosas y cerrándonos otras nos interroga Dios, como se dice por el Salmista: Sus párpados interrogan a los hijos de los hombres (Sal. 10, 5). Pues con los párpados abiertos vemos, con los cerrados nada vemos. ¿Qué aceptamos entonces por párpados de Dios sino sus juicios? Los cuales se cierran para los hombres según algo, y según algo se abren, para que los hombres que no se conocen lleguen a conocerse a sí mismos, a fin de que mientras comprenden algunas cosas entendiendo, pero no pueden en absoluto conocer otras, sus corazones se inquieran secretamente a sí mismos, si los juicios divinos o no los estimulan cerrados, o no los inflan abiertos. Pues en esta interrogación fue probado Pablo, quien después de la sabiduría interna percibida, después de las barreras del paraíso abiertas, después del ascenso al tercer cielo, después de los misterios de la locución celestial, dice todavía: Yo no considero haberlo alcanzado (Fil. 3, 13). De nuevo: Yo soy el mínimo de los apóstoles, que no soy digno de ser llamado apóstol (1 Cor. 15, 9). Y de nuevo: No porque seamos suficientes para pensar algo de nosotros mismos, como de nosotros mismos; sino que nuestra suficiencia es de Dios (2 Cor. 3, 5). Interrogado, pues, por los párpados abiertos de Dios, Pablo respondió rectamente, quien tanto alcanzó los secretos celestiales como sin embargo permaneció sublimemente en la humildad de corazón. Quien de nuevo, cuando discutía los secretos juicios de Dios sobre el rechazo de los judíos y la vocación de los gentiles, y no podía llegar a ellos, fue interrogado como por los párpados cerrados de Dios. Pero dio una respuesta muy recta, quien sabiamente se inclinó ante Dios en su misma ignorancia, diciendo: ¡Oh profundidad de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios! ¡cuán incomprensibles son sus juicios, e inescrutables sus caminos! Pues ¿quién conoció la mente del Señor, o quién fue su consejero? (Rom. 11, 33). Pues he aquí que, inquirido por misterios escondidos como por párpados cerrados, respondió cosas gratas y rectas, quien, pulsando la entrada del secreto, porque no pudo ser introducido a las cosas interiores por el conocimiento, permaneció humilde ante las puertas por la confesión; y lo que no pudo comprender dentro, fuera lo alabó temiendo.

Unde nunc quoque beatus Job post interrogationem verberis discutitur interrogatione sermonis, ut quae sint superna consideret; quae dum minime comprehendit, ad semetipsum redeat, et quam sit juxta nihilum in supernorum comparatione cognoscat. Audiat itaque: Interrogabo te, et responde mihi. Ac si apertius dicatur: Verbis meis ad sublimia consideranda te excito, et dum ea quae super te sunt nescire te perspicis, tibimetipsi te notiorem reddo. Tunc enim mihi vere respondes, si quae ignoras intelligis. Sequitur:

Caput V

[Rec. VI.]

VERS. 4-6.---Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae? Indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidatae sunt?

14. Per fundamenta Ecclesiae intelligi debent apostoli; per fundamentum, solus Christus.---Ecce omnia quasi de mundi origine narratione historica contexuntur. Repente vero subjungitur quod non de mundi, sed de Ecclesiae dictum conditione videatur. Nam dicitur:

Aut quis dimisit lapidem angularem ejus?

Per hoc enim quod non in mundi origine factum est, et illud superius ostenditur, quia de mundi origine dictum non est. Idcirco namque rebus planis ac patentibus obscura quaedam ac dissona permiscentur, ut per hoc quod ab intellectu litterae discrepat et illud inquiratur mystice quod dictum juxta litteram sonat. Namque sicut aliis apertis rebus alia clausa cognoscimus, ita aliis clausis compellimur et illa altiori intellectu pulsare quae aperta credebamus. Dicat ergo: Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae. [Vet. IX.] In Scriptura sacra quid aliud fundamenta quam praedicatores accipimus? Quos dum primos Dominus in sancta Ecclesia posuit, tota in eis sequentis fabricae structura surrexit. Unde et sacerdos cum tabernaculum ingreditur (Exod. XXVIII, 17) duodecim lapides portare in pectore jubetur, quia videlicet semetipsum pro nobis sacrificium offerens pontifex noster, dum fortes in ipso exordio praedicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui corporis parte portavit. Sancti itaque apostoli et pro prima ostensione ornamenti lapides sunt in pectore, et pro prima soliditate aedificii in solo fundamenta.

De donde ahora también el bienaventurado Job, después de la interrogación del azote, es discutido por la interrogación de la palabra, para que considere qué cosas son celestiales; las cuales, mientras no comprende en absoluto, regrese a sí mismo y conozca cuán poco es en comparación con las cosas celestiales. Oiga, pues: Te interrogaré, y tú respóndeme. Como si se dijera más abiertamente: Con mis palabras te excito a considerar las cosas sublimes, y mientras percibes que no conoces esas cosas que están sobre ti, te devuelvo más conocido para ti mismo. Pues entonces me respondes verdaderamente, si comprendes qué cosas ignoras. Sigue:

Capítulo V

[Rec. VI.]

VERS. 4-6.---¿Dónde estabas tú cuando yo ponía los fundamentos de la tierra? Indícamelo, si tienes inteligencia. ¿Quién puso sus medidas, si lo sabes, o quién tendió sobre ella el cordel? ¿Sobre qué están afianzadas sus basas?

14. Por fundamentos de la Iglesia deben entenderse los apóstoles; por fundamento, solo Cristo.---He aquí que todas las cosas se entrelazan como en una narración histórica sobre el origen del mundo. Pero de repente se añade aquello que parece dicho no de la condición del mundo, sino de la Iglesia. Pues se dice:

¿O quién puso su piedra angular?

Pues por esto, que no se hizo en el origen del mundo, se muestra también aquello de arriba, que no se dijo sobre el origen del mundo. Por eso mismo, a las cosas claras y patentes se mezclan algunas oscuras y disonantes, para que por esto que discrepa del intelecto de la letra se inquiera también místicamente lo que suena dicho según la letra. Pues así como por unas cosas abiertas conocemos otras cerradas, así por unas cerradas somos compelidos a pulsar con un intelecto más profundo también aquellas que creíamos abiertas. Diga, pues: ¿Dónde estabas tú cuando yo ponía los fundamentos de la tierra? [Vet. IX.] En la Sagrada Escritura, ¿qué otra cosa aceptamos por fundamentos sino a los predicadores? A quienes, mientras el Señor los puso primero en la santa Iglesia, en ellos se levantó toda la estructura de la fábrica subsiguiente. De donde también al sacerdote, cuando entra en el tabernáculo (Éx. 28, 17), se le manda llevar doce piedras en el pecho, porque ciertamente nuestro Pontífice, ofreciéndose a sí mismo como sacrificio por nosotros, mientras presentó predicadores fuertes en el mismo comienzo, llevó doce piedras bajo la cabeza en la primera parte de su cuerpo. Así pues, los santos apóstoles son piedras en el pecho por la primera ostentación del ornamento, y fundamentos en el suelo por la primera solidez del edificio.

Unde David propheta cum sanctam Ecclesiam in sublimibus apostolorum mentibus poni aedificarique conspiceret: Fundamenta ejus, inquit, in montibus sanctis (Psal. LXXXVI, 1). Cum vero in sacro eloquio non fundamenta, sed singulari numero fundamentum dicitur, nullus alius nisi ipse Dominus designatur, per cujus divinitatis potentiam, nutantia infirmitatis nostrae corda solidantur. De quo et Paulus ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus (I Cor. III, 11). Ipse quippe fundamentum fundamentorum est, quia et origo est inchoantium, et constantia 900 robustorum. Quia igitur fundamenta nostra sunt hi qui iniquitatum nostrarum pondera portaverunt, ne beatus Job in superbiam de virtutum suarum potentia sublevetur, in ipsa dominici prima parte sermonis de sanctorum praedicatorum commemoratione discutitur, ut quanto illos admirabiles venire conspiceret, tanto in eorum comparatione de se vilius aestimaret. Quod idcirco a Domino jam quasi praeteritum describitur, quia quidquid foris futurum est in opere, intus jam factum est in praedestinatione. Dicitur itaque ei: Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae? Ac si aperte diceretur: Virtutem fortium considera, meque eorum ante saecula auctorem pensa; et cum eos quos in tempore condidi mirabiles suspicis, perpende quantum mihi subdi debeas, quem auctorem mirabilium sine tempore esse cognoscis. Sequitur:

CAPUT VI.

VERS. 4, 5.---Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam?

15. Ejus nutu sancti praedicatores ad quasdam orbis partes missi, ab aliis repulsi. --- Mensurarum lineae in terrarum partitione tenduntur, ut dimensionis aequitas ex ipsa linearum tensione teneatur. In carne autem Dominus ad Ecclesiam veniens mensuras terrae lineis mensus est, quia fines Ecclesiae occulti judicii subtilitate distinxit. Hujus terrae occultae mensurae vel lineae tendebantur quando praedicatores sancti agente Spiritu in alias partes mundi vocabantur ut irent, ab aliis vero partibus arcebantur ne accederent.

De donde el profeta David, al ver que la santa Iglesia era puesta y edificada en las sublimes mentes de los apóstoles, dijo: Sus fundamentos están en los montes santos (Sal. 86, 1). Pero cuando en el sacro elocuio no se dice fundamentos, sino Fundamento en número singular, no se designa a ningún otro sino al Señor mismo, por cuya potencia de la divinidad se consolidan los vacilantes corazones de nuestra enfermedad. De quien también dice Pablo: Nadie puede poner otro fundamento, fuera del que está puesto, el cual es Cristo Jesús (1 Cor. 3, 11). Pues él mismo es el Fundamento de los fundamentos, porque es tanto el origen de los que comienzan como la constancia de los robustos. Puesto que, por tanto, nuestros fundamentos son aquellos que cargaron con los pesos de nuestras iniquidades, para que el bienaventurado Job no se eleve a la soberbia por la potencia de sus virtudes, en esta misma primera parte del discurso dominical se le discute sobre la conmemoración de los santos predicadores, para que cuanto más admirables los viera venir, tanto más vilmente se estimara a sí mismo en comparación con ellos. Lo cual por eso se describe ya por el Señor como pasado, porque cualquier cosa que ha de ser en el futuro en la obra, ya se ha hecho dentro en la predestinación. Se le dice, pues: ¿Dónde estabas tú cuando yo ponía los fundamentos de la tierra? Como si se dijera abiertamente: Considera la virtud de los fuertes, y piénsame a mí como su Autor antes de los siglos; y cuando sospeches que son admirables aquellos que creé en el tiempo, considera cuánto debes estarme sometido a mí, a quien conoces como Autor de cosas admirables sin tiempo. Sigue:

CAPÍTULO VI.

VERS. 4, 5.---Indícame, si tienes inteligencia, ¿quién puso sus medidas, si lo sabes, o quién tendió sobre ella el cordel?

15. Por su indicación los santos predicadores son enviados a algunas partes del orbe, y rechazados de otras. ---Las líneas de las medidas se tienden en la partición de las tierras, para que se mantenga la equidad de la dimensión por la misma tensión de las líneas. Mas el Señor, viniendo en carne a la Iglesia, midió las medidas de la tierra con líneas, porque distinguió los confines de la Iglesia con la sutileza del juicio oculto. Las medidas o líneas de esta tierra oculta se tendían cuando los santos predicadores, por obra del Espíritu, eran llamados a otras partes del mundo para que fueran, pero eran alejados de otras partes para que no accedieran.

Paulus namque apostolus cum Macedoniae praedicare negligeret, per visum illi apparuit vir Macedo qui diceret: Transiens in Macedoniam adjuva nos (Act. XVI, 9). At contra, sicut scriptum est: Tentabant apostoli ire in Bithyniam, et non permisit eos Spiritus Jesu (Ibid., 7). Dum ergo praedicatores sancti et vocantur ad Macedoniam, et ab Asia prohibentur, ista occultarum mensurarum linea illic ducta est, hinc reducta. Illic tenditur, ut Macedonia intra sanctae Ecclesiae spatia colligatur; hinc attrahitur, ut extra fines fidei Asia relinquatur. Erant quippe tunc in ea qui colligendi non erant, quibus juxta meritum suum perditis, jam nunc Asia intra mensuras Ecclesiae Deo largiente suscepta est.

16. Intra mensuras a Christo positas electi, extra reprobi. In Dei non in hominis manu ejus dispositio. ---Intra has ergo mensuras sunt omnes electi, extra has omnes reprobi, etiam si intra fidei limitem esse videantur. Unde et in Apocalypsi scriptum est: Atrium quod foris templum est ejice foras, et ne metiaris illud (Apoc. XI, 2). Quid enim aliud atrium quam latitudinem significat vitae praesentis? Et recte foris templum sunt qui per atrium designantur, atque ideo metiendi non sunt, quia angusta est porta quae ducit ad vitam (Matth. VII, 14), et latitudo vitae pravorum non admittitur ad mensuras et regulas electorum. Istae spiritales lineae occulto judicio tendebantur quando cuidam dicenti: Magister, sequar te quocunque ieris (Matth. VIII, 19), ejusdem magistri voce responsum est: Vulpes foveas habent, et volucres coeli nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet (Ibid., 20). Istae mensurae et lineae tendebantur cum cuidam dicenti: Domine, permitte me primum ire sepelire patrem meum (Luc. IX, 59), ejusdem magistri voce responsum est: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vade, annuntia regnum Dei (Ibid., 60). Ecce alius secuturum se promittit, et repellitur: alius relaxandum se postulat, et retinetur. Unde hoc, nisi quia super occulta cordis spatia 901 supernorum judiciorum lineae tendebantur, ut et hunc intus incomprehensibiles mensurae constringerent, et ille foris non injuste remaneret? Sed cum nullus nesciat quia Deus has occultorum judiciorum lineas tendat, cur ad Job dicitur: Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam?

Pues el apóstol Pablo, como descuidara predicar en Macedonia, se le apareció en visión un varón macedonio que decía: Pasando a Macedonia ayúdanos (Hech. XVI, 9). Pero por el contrario, como está escrito: Intentaban los apóstoles ir a Bitinia, y no se lo permitió el Espíritu de Jesús (Ibíd., 7). Mientras, por tanto, los santos predicadores son llamados a Macedonia y prohibidos de Asia, aquella línea de las ocultas medidas fue allí conducida, y de aquí retirada. Allí se tiende, para que Macedonia sea recogida dentro de los espacios de la santa Iglesia; de aquí se atrae, para que Asia sea dejada fuera de los confines de la fe. Había ciertamente entonces en ella quienes no debían ser recogidos, los cuales, perdidos según su mérito, ya ahora Asia ha sido recibida dentro de las medidas de la Iglesia por la largueza de Dios.

16. Dentro de las medidas puestas por Cristo están los elegidos, fuera los réprobos. En la mano de Dios, no del hombre, está su disposición. ---Dentro de estas medidas, por tanto, están todos los elegidos, fuera de estas todos los réprobos, aunque parezcan estar dentro del límite de la fe. Por lo cual también en el Apocalipsis está escrito: El atrio que está fuera del templo échalo fuera, y no lo midas (Apoc. XI, 2). ¿Qué otra cosa significa el atrio sino la latitud de la vida presente? Y rectamente están fuera del templo los que por el atrio se designan, y por tanto no deben ser medidos, porque estrecha es la puerta que conduce a la vida (Matth. VII, 14), y la latitud de la vida de los malvados no es admitida a las medidas y reglas de los elegidos. Estas líneas espirituales se tendían por juicio oculto cuando a cierto hombre que decía: Maestro, te seguiré a dondequiera que fueras (Matth. VIII, 19), se le respondió por la voz del mismo maestro: Las zorras tienen foveas, y las volátiles del cielo nidos, mas el Hijo del hombre no tiene donde reclinar su cabeza (Ibíd., 20). Estas medidas y líneas se tendían cuando a cierto hombre que decía: Señor, permíteme ir primero a sepultar a mi padre (Luc. IX, 59), se le respondió por la voz del mismo maestro: Deja que los muertos sepulten a sus muertos; tú, en cambio, ve, anuncia el reino de Dios (Ibíd., 60). He aquí que uno promete que lo seguirá, y es rechazado; otro pide ser despachado, y es retenido. ¿De dónde esto, sino porque sobre los ocultos espacios del corazón se tendían las líneas de los juicios celestiales, para que tanto a este lo constriñeran por dentro medidas incomprensibles, como aquel permaneciera fuera no injustamente? Pero como nadie ignora que Dios tiende estas líneas de los juicios ocultos, ¿por qué se dice a Job: Indícame, si tienes inteligencia, ¿quién puso sus medidas, si lo sabes, o quién tendió sobre ella el cordel?

An idcirco requiritur, ut quod nosse, sed tamen praetermittere poterat, memoretur, quatenus pondus secretorum Dei sollicitius penset, dispositionem videlicet hominis non in humanis viribus, sed in manu consistere conditoris, ut dum considerat invisibiliter ista quis agat, suae virtuti nihil tribuat, nec jam de se audeat aliquid, cum Dei judicia occulta formidat; sed perpendens desuper mensuras et lineas incomprehensibiliter tensas, tanto magis in humilitate formidinis consistat, quanto pendere videt omnia in potestate mensoris. Sequitur.

CAPUT VII.

VERS. 6.---Super quo bases illius solidatae sunt?

17. Bases Ecclesiae sunt sancti doctores et prophetae.---Quid aliud hujus terrae bases quam sanctae Ecclesiae doctores accipimus? In basibus quippe columnae, in columnis autem totius fabricae pondus erigitur. Non ergo immerito doctores sancti basium nomine designantur, quia dum recta praedicant, et praedicationi suae vivendo concordant, omne pondus Ecclesiae fixa morum suorum gravitate sustentant, asperas ab infidelibus tentationes ferunt; et quaeque in praeceptis Dei velut difficilia a fidelibus formidantur, exemplis operum facilia ostendunt. Unde et bene cum in typo Ecclesiae tabernaculum figeretur, ad Moysen dicitur: Facies columnas quatuor, et bases earum vesties argento (Exod. XXVI, 32). In argento enim quid aliud quam claritas divini sermonis accipitur? sicut scriptum est: Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum (Psal. XI, 7). Bases ergo argento vestitae quatuor columnas tabernaculi sustinent, quia praedicatores Ecclesiae divino eloquio decorati, ut cunctis se exemplum praebeant, quatuor evangelistarum dicta et ore et operibus portant

18. Possunt per bases etiam prophetae signari, qui dum primi aperte de dominica incarnatione locuti sunt, quasi quasdam bases eos conspicimus a fundamento consurgere, et superpositae fabricae pondera sustinere. Unde ad Moysen rursum Dominus, cum tabernaculi tabulas erigi praecepit, fundi earum bases argenteas jubet (Exod. XXVI, 32). Quid enim per tabulas nisi apostoli extensa in mundum praedicatione dilatati, quid per bases argenteas nisi prophetae signantur?

¿Acaso se requiere por esto, para que se recuerde lo que podía conocer, pero sin embargo pasar por alto, a fin de que sopese con más solicitud el peso de los secretos de Dios, a saber, que la disposición del hombre no consiste en las fuerzas humanas, sino en la mano del Creador, para que mientras considera quién obra estas cosas invisiblemente, nada atribuya a su virtud, ni ya ose algo de sí mismo, cuando teme los juicios ocultos de Dios; sino que considerando desde lo alto las medidas y líneas incomprensiblemente tendidas, tanto más consista en la humildad del temor, cuanto ve que todo pende en la potestad del medidor. Sigue.

CAPÍTULO VI.

VERS. 6.---¿Sobre qué están afianzadas sus basas?

17. Las basas de la Iglesia son los santos doctores y profetas.---¿Qué otra cosa aceptamos por las basas de esta tierra sino a los doctores de la santa Iglesia? Pues en las basas se erigen las columnas, y en las columnas el peso de toda la fábrica. No, pues, inmerecidamente son designados los santos doctores con el nombre de basas, porque mientras predican cosas rectas, y concuerdan con su predicación viviendo, sustentan todo el peso de la Iglesia con la fija gravedad de sus costumbres, soportan las ásperas tentaciones de los infieles; y aquellas cosas que son temidas como difíciles por los fieles en los preceptos de Dios, las muestran fáciles con los ejemplos de sus obras. De donde también bien, cuando se fijaba el tabernáculo en tipo de la Iglesia, se dice a Moisés: Harás cuatro columnas, y vestirás sus basas de plata (Éx. 26, 32). Pues en la plata, ¿qué otra cosa se acepta sino la claridad del sermón divino? como está escrito: Las palabras del Señor son palabras castas, plata examinada al fuego, probada de la tierra, purificada siete veces (Sal. 11, 7). Las basas, pues, vestidas de plata, sustentan las cuatro columnas del tabernáculo, porque los predicadores de la Iglesia, decorados con el elocuio divino, para presentarse a todos como ejemplo, llevan los dichos de los cuatro evangelistas tanto en la boca como en las obras.

18. Por las basas pueden también significarse los profetas, quienes, mientras fueron los primeros en hablar abiertamente de la encarnación del Señor, los vemos como ciertas basas que surgen del fundamento y sustentan los pesos de la fábrica superpuesta. De donde de nuevo el Señor a Moisés, cuando mandó erigir las tablas del tabernáculo, ordena fundir sus basas de plata (Éx. 26, 32). Pues, ¿qué se significa por las tablas sino los apóstoles, dilatados por su predicación extendida al mundo, y qué por las basas de plata sino los profetas?

qui superimpositas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent, quia apostolorum vita dum eorum praedicatione instruitur, eorum et auctoritate solidatur. Unde et conjunctae binae bases singulis tabulis supponuntur, quia dum prophetae sancti in verbis suis de Mediatoris incarnatione concordant, subsequentes praedicatores Ecclesiae indubitanter aedificant; et cum a semetipsis non discrepant, illos in se robustius figunt. Nec immerito bases quibus prophetae signantur, ut ex argento fundi debeant praecipitur. Argenti quippe claritas ex usu servatur, sine usu autem in nigredinem vertitur. Prophetarum quoque dicta ante Mediatoris adventum, quia in usu spiritalis intelligentiae non erant, dum conspici prae obscuritate non portent, quasi nigra remanebant. At postquam Mediator veniens ea ante oculos nostros incarnationis suae manu tersit, quidquid in eis lucis latebat inclaruit, sensusque patrum praecedentium in usum dedit, quia verba rebus exposuit. Sive itaque prophetas, seu doctores extremis temporibus subsequentes, basium appellatione significet, dicat: Super quo bases illius solidatae sunt? subaudis, nisi super me, qui cuncta mirabiliter teneo, et bonis exterioribus intus principaliter originem praesto. Qui enim sibi quod bonum est tribuit, solida basis non est, quia dum fundamento non innititur, ipso suo pondere in ima praecipitatur. Sed cum jam multa de sanctae Ecclesiae constructione referantur, audire mens appetit inimicae nationes qua virtute conjunctae sint, id est diversa hujus domus aedificia qua sibi arte concordent. Sequitur:

CAPUT VIII.

IBID.---Aut quis dimisit lapidem angularem ejus?

19. Christus lapis angularis, in quo Judaei gentilesque convenerunt.---Jam per divinam gratiam omnibus liquet, quem Scriptura sacra angularem lapidem vocet, illum profecto qui, dum in se hinc Judaicum illinc gentilem populum suscipit, in una Ecclesiae fabrica quasi duos parietes jungit, illum de quo scriptum est: Fecit utraque unum (Ephes. II, 14). Qui angularem se lapidem non solum in inferioribus, sed et in supernis exhibuit, quia et in terra plebi Israeliticae nationes gentium et utramque simul angelis in coelo sociavit.

quienes, firmes y fundidos ellos mismos, sustentan las tablas superpuestas, porque la vida de los apóstoles, mientras se instruye por la predicación de aquellos, se consolida también por su autoridad. De donde también se ponen dos basas juntas bajo cada tabla, porque mientras los santos profetas concuerdan en sus palabras sobre la encarnación del Mediador, edifican indudablemente a los subsiguientes predicadores de la Iglesia; y al no discrepar de sí mismos, los fijan en sí con más robustez. Ni inmerecidamente se prescribe que las basas por las que se significan los profetas deban fundirse de plata. Pues la claridad de la plata se conserva con el uso, pero sin el uso se vuelve negrura. Los dichos de los profetas también antes del advenimiento del Mediador, porque no estaban en el uso de la inteligencia espiritual, al no poder ser vistos por la oscuridad, permanecían como negros. Pero después de que el Mediador, viniendo, los limpió ante nuestros ojos con la mano de su encarnación, cuanto de luz yacía oculto en ellos brilló, y dio al uso el sentido de los padres precedentes, porque expuso las palabras con los hechos. Ya sea, pues, que signifique por la apelación de basas a los profetas, o a los doctores que siguen en los últimos tiempos, diga: ¿Sobre qué están afianzadas sus basas? entiendes, sino sobre mí, que todo lo sostengo maravillosamente, y dentro proporciono principalmente el origen a los bienes exteriores. Pues el que se atribuye a sí mismo lo que es bueno, no es una basa sólida, porque al no apoyarse en el fundamento, es precipitado a lo profundo por su propio peso. Pero como ya se refieren muchas cosas sobre la construcción de la santa Iglesia, la mente desea oír con qué virtud las naciones enemigas se han conjuntado, esto es, con qué arte concuerdan entre sí los diversos edificios de esta casa. Sigue:

CAPÍTULO VIII.

IBÍD.---¿O quién puso su piedra angular?

19. Cristo es la piedra angular, en quien se han unido judíos y gentiles.---Ya por la divina gracia es patente para todos a quién llama la Sagrada Escritura piedra angular, a aquel ciertamente que, mientras recibe en sí por un lado al pueblo judaico y por el otro al pueblo gentil, une como dos paredes en la única fábrica de la Iglesia, aquel de quien está escrito: Hizo de ambos uno (Ef. 2, 14). Quien se presentó como piedra angular no solo en las cosas inferiores, sino también en las superiores, porque asoció en la tierra las naciones de los gentiles al pueblo israelita, y a ambos a la vez a los ángeles en el cielo.

Eo quippe nato clamaverunt angeli: In terra pax hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). In ortu enim Regis nequaquam pro magno offerrent hominibus pacis gaudia, si discordiam non haberent. De hoc lapide per Prophetam dicitur: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli (Psal. CXVII, 22). Hujus lapidis typum Jechonias rex tenuit, quem Matthaeus dum quaterdenas generationes describeret, secundo numeravit (Matth. I, 11). Quem enim fini secundae, ipsum rursum initio tertiae generationis inseruit. Ipse namque in Babyloniam cum Israelitica plebe migratus est, qui dum ab aliis ad alia ducitur, pro utriusque parietis latere non immerito secundo numeratur. Cujus migrationis flexu angularem lapidem designat. Ubi enim ordo a rectitudine deflectitur, ut eat in diversum, tanquam angulum facit. Recte ergo numerari bis potuit, quia per utrumque parietem quasi duo in se latera ostendit, unde et ejus bene imaginem tenuit, qui in Judaea ortus, gentilitatem colligens, quasi a Jerosolymis Babyloniam venit, atque hanc in semetipso fidei fabricam prius discordiae studio scissam arte charitatis intexuit.

Sed haec quae de significatione sanctae Ecclesiae dicta sunt placet ut breviata replicatione moraliter disserantur. Dignum namque est ut per ea quae beato Job dici cognoscimus ad corda nostra revocemur, quia verba Dei tunc mens verius intelligit cum in eis semetipsam quaerit. Ecce enim dicitur:

CAPUT IX.

VERS. 4.---Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae?

SENSUS MORALIS.---20. Quid ex nobis fuerimus semper considerandum, ne quod sumus ex Dei munere, nobis tribuamus. Si peccatoris animus pulvis est, qui in superficie attollitur, et tentationis aura raptatur, unde scriptum est: Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae (Psal. I, 5), nil obstat terram intelligi animam justi, de qua scriptum est: Terra enim saepe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam, opportunam illis a quibus colitur accipit benedictionem (Hebr. VI, 7). [Vet. X.] Sed hujus terrae fundamentum fides est. Hujus terrae fundamentum jacitur, quando in occultis cordis prima soliditatis causa divinus timor inspiratur. Iste necdum credit aeterna quae audit; huic cum fides datur, ad aedificium subsequentis operis jam fundamentum ponitur. Ille aeterna jam credit, nec tamen metuit, venturi judicii terrorem despicit, peccatis se carnis et spiritus audenter involvit; huic repente cum futurorum timor infunditur, ut bonae vitae surgat aedificium, jam fundamenta construuntur.

Pues al nacer él clamaron los ángeles: En la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Lc. 2, 14). Pues en el nacimiento del Rey de ninguna manera ofrecerían a los hombres los gozos de la paz como algo grande, si no tuvieran discordia. De esta piedra se dice por el Profeta: La piedra que reprobaron los edificadores, esta ha sido hecha cabeza de esquina (Sal. 117, 22). El rey Jeconías tuvo el tipo de esta piedra, a quien Mateo, al describir las catorce generaciones, numeró por segunda vez (Mt. 1, 11). Pues a quien insertó al fin de la segunda, a ese mismo lo insertó de nuevo al inicio de la tercera generación. Pues él mismo fue trasladado a Babilonia con el pueblo israelita, quien al ser llevado de unos a otros, no inmerecidamente es numerado por segunda vez por el lado de cada pared. Con el giro de cuya migración designa la piedra angular. Pues donde el orden se desvía de la rectitud para ir en sentido diverso, hace como un ángulo. Rectamente, pues, pudo ser numerado dos veces, porque por cada pared mostró como dos lados en sí mismo, de donde también bien tuvo la imagen de aquel que, nacido en Judea, recogiendo la gentilidad, vino como de Jerusalén a Babilonia, e integró en sí mismo esta fábrica de la fe con el arte de la caridad, antes rasgada por el afán de la discordia.

Pero estas cosas que se han dicho sobre la significación de la santa Iglesia, place que se diserten moralmente en una breve recapitulación. Pues es digno que por aquellas cosas que conocemos dichas al bienaventurado Job seamos llamados a nuestros corazones, porque la mente entiende entonces más verdaderamente las palabras de Dios cuando se busca a sí misma en ellas. He aquí, pues, que se dice:

CAPÍTULO IX.

VERS. 4.---¿Dónde estabas tú cuando yo ponía los fundamentos de la tierra?

SENTIDO MORAL.---20. Siempre debe considerarse qué fuimos por nosotros mismos, para que no nos atribuyamos lo que somos por don de Dios. Si el ánimo del pecador es polvo, que se eleva en la superficie y es arrebatado por el aura de la tentación, de donde está escrito: No así los impíos, no así, sino como el polvo que arroja el viento de la faz de la tierra (Sal. 1, 4), nada impide que por tierra se entienda el alma del justo, de la que está escrito: Pues la tierra que bebe a menudo la lluvia que viene sobre ella, y genera hierba oportuna para aquellos por quienes es cultivada, recibe la bendición (Heb. 6, 7). [Vet. X.] Pero el fundamento de esta tierra es la fe. El fundamento de esta tierra se echa cuando en lo oculto del corazón se inspira el temor divino como primera causa de solidez. Este aún no cree las cosas eternas que oye; cuando se le da la fe, ya se pone el fundamento para el edificio de la obra subsiguiente. Aquel ya cree las cosas eternas, pero no teme, desprecia el terror del juicio venidero, se envuelve audazmente en los pecados de la carne y del espíritu; cuando de repente se le infunde el temor de lo futuro, para que surja el edificio de la buena vida, ya se construyen los fundamentos.

Posito itaque prosperae formidinis fundamento, cum virtutum fabrica in altum ducitur, necesse est ut unusquisque proficiens vires suas caute metiatur, ut cum divina constructione magnus esse jam coeperit, semetipsum respiciat sine cessatione quod fuit, quatenus attendens humiliter quod per meritum inventus est, nequaquam sibi arroget quod per gratiam factus est. Unde et nunc beatus Job per supernam vocem ad semetipsum reducitur, et ne de virtutibus gloriari audeat, de anteacta vita memoratur, eique dicitur: Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae? Ac si justificato peccatori aperte Veritas dicat: Virtutes a me acceptas tibi non tribuas, noli contra me de meo munere extolli. Recole ubi te inveni quando meo timore prima in te fundamenta virtutum posui. Recole ubi te inveni quando meo te timore solidavi. Ut ergo ego in te non destruam quod construxi, ipse non cesses considerare quod reperi. Quem enim Veritas nisi aut in flagitiis aut in excessibus invenit? Sed post haec bene possumus servare quod sumus, si nunquam negligimus pensare quod fuimus. Nonnunquam tamen clandestina elatio etiam sollicitis cordibus subrepere solet, ut bonorum cogitatio, licet subtilis sit ac pressa, cum valde in virtutibus crescit, oblita infirmitatis propriae, nequaquam ad memoriam revocet quid in vitiis fuerit. Unde et omnipotens Deus, quia augeri infirmitatem etiam de remediis salutis conspicit, mensuram ipsis nostris profectibus imponit, ut habeamus quaedam virtutum bona quae nunquam quaesivimus, et quaeramus quaedam, nec tamen habere valeamus, quatenus mens nostra dum haec non potest habere quae appetit, et illa se intelligat de semetipsa non habere quae habet, et per ea quae adsunt considerentur illa quae desunt, et per ea quae utiliter desunt serventur humiliter bona quae adsunt. Unde et recte pro hujus terrae, id est justae animae dispensatione subjungitur:

CAPUT X.

VERS. 4, 5.---Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam?

21. Quam sapienter Deus dona sua, non omnia omnibus, sed singula singulis distribuat.---Quis enim nisi conditor noster hujus terrae mensuras ponit (I Cor. XII, 8)?

Puesto, pues, el fundamento del temor próspero, cuando la fábrica de las virtudes se eleva a lo alto, es necesario que cada uno que progresa mida cautamente sus fuerzas, para que cuando ya haya comenzado a ser grande por la divina construcción, se mire a sí mismo sin cesar como lo que fue, a fin de que, atendiendo humildemente a lo que por mérito fue hallado, de ninguna manera se arrogue lo que por gracia fue hecho. De donde también ahora el bienaventurado Job es llamado a sí mismo por la voz soberana, y para que no se atreva a gloriarse de sus virtudes, se le recuerda su vida pasada, y se le dice: ¿Dónde estabas tú cuando yo ponía los fundamentos de la tierra? Como si la Verdad dijera abiertamente al pecador justificado: No te atribuyas las virtudes recibidas de mí, no te ensalces contra mí por mi don. Recuerda dónde te hallé cuando puse en ti por mi temor los primeros fundamentos de las virtudes. Recuerda dónde te hallé cuando te consolidé por mi temor. Para que yo, pues, no destruya en ti lo que construí, no ceses tú de considerar lo que hallé. ¿A quién halló la Verdad sino en flagrancias o en excesos? Pero después de esto podemos conservar bien lo que somos, si nunca descuidamos pensar lo que fuimos. Sin embargo, a veces una clandestina elación suele introducirse incluso en los corazones solícitos, de modo que el pensamiento de los bienes, aunque sea sutil y reprimido, cuando crece mucho en las virtudes, olvidada la propia flaqueza, de ninguna manera traiga a la memoria qué fue en los vicios. De donde también Dios omnipotente, porque ve que la flaqueza aumenta incluso por los remedios de la salud, impone una medida a nuestros mismos progresos, para que tengamos algunos bienes de las virtudes que nunca buscamos, y busquemos algunos, pero no podamos tenerlos, a fin de que nuestra mente, mientras no puede tener esto que apetece, entienda también que no tiene de sí misma aquello que tiene, y por lo que está presente se consideren aquellas cosas que faltan, y por las que útilmente faltan se conserven humildemente los bienes que están presentes. De donde también rectamente se añade para la dispensación de esta tierra, esto es, del alma justa:

CAPÍTULO X.

VERS. 4, 5.---Indícame, si tienes inteligencia, ¿quién puso sus medidas, si lo sabes, o quién tendió sobre ella el cordel?

21. Cuán sabiamente Dios distribuye sus dones, no todos a todos, sino cada uno a cada cual.---¿Pues quién sino nuestro Creador pone las medidas de esta tierra (1 Cor. 12, 8)?

Qui, interni judicii secreto moderamine, alii sermonem sapientiae, alii sermonem scientiae, alii plenam fidem, alii gratiam sanitatum, alii operationem virtutum, alii prophetiam, alii discretionem spirituum, alii genera linguarum, alii interpretationem sermonum tribuit, quatenus in uno eodemque spiritu iste verbo sapientiae polleat, nec tamen sermone scientiae, id est doctrinae, fulciatur, quia sentire atque invenire sufficit etiam quod per discendi studium non apprehendit; ille sermone scientiae fulgeat, nec tamen in verbo sapientiae convalescat, quia et explere sufficit quantum didicit, et tamen ad sentiendum ex semetipso subtile aliquid non assurgit. Iste per fidem elementis imperat, nec tamen per sanitatum gratiam infirmitates corporum curat; ille orationis ope morbos subtrahit, nec tamen arenti terrae verbo pluvias reddit. Iste operatione virtutum ad praesentem vitam etiam mortuos revocat, et tamen, prophetiae gratiam non habens, quae sibi ventura sunt ignorat; ille ventura quaeque velut praesentia attendit, et tamen in nulla signorum operatione se exerit. Iste per discretionem spirituum in factis subtiliter mentes conspicit, sed tamen diversi generis linguas nescit; ille diversi generis linguas examinat, sed tamen in rebus similibus dissimilia corda non pensat. Alius in una lingua quam novit sermonum pondera interpretando prudenter discutit, et tamen reliquis bonis quae non habet patienter caret.

22. Sic humilitati cavetur et charitati.---Sic itaque creator noster atque dispositor cuncta moderatur, ut qui extolli poterat ex dono quod habet humilietur ex virtute quam non habet. Sic cuncta moderatur, ut cum per impensam gratiam unumquemque sublevat, etiam per disparem alteri alterum subdat, et meliorem quisque dono alio eum qui sibi subjicitur attendat, ac licet se praeire et aliis sentiat, eidem tamen quem superat se in aliis postponat. Sic cuncta moderatur, ut dum singula quaeque sunt omnium, interposita quadam charitatis necessitudine, fiant omnia singulorum, et unusquisque sic quod non accepit in altero possideat, ut ipse alteri possidendum quod accepit humiliter impendat. [Vet. XI.] Hinc enim per Petrum dicitur: Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei (I Petr. IV, 10). Tunc namque bene multiformis Dei gratia dispensatur, quando acceptum donum et ejus qui hoc non habet creditur, quando propter eum cui impenditur sibi datum putatur. Hinc per Paulum dicitur: Per charitatem servite invicem (Galat. V, 13). Tunc enim nos charitas a jugo culpae liberos reddit, cum vicissim nos nostro per amorem servitio subjicit, cum et aliena bona nostra credimus, et nostra aliis quasi sua offerentes exhibemus. Hinc rursum per Paulum dicitur: Nam et corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore?

Quien, con el secreto moderamen del juicio interno, dio a uno el sermón de sabiduría, a otro el sermón de ciencia, a otro la fe plena, a otro la gracia de las sanidades, a otro la operación de virtudes, a otro la profecía, a otro la discreción de espíritus, a otro géneros de lenguas, a otro la interpretación de sermones; a fin de que en un mismo espíritu este destaque por la palabra de sabiduría, pero no se apoye en el sermón de ciencia, esto es, de doctrina, porque le basta sentir y hallar incluso lo que no aprehendió por el estudio del aprendizaje; aquel brille por el sermón de ciencia, pero no convalezca en la palabra de sabiduría, porque le basta cumplir cuanto aprendió, y sin embargo nada sutil surge de sí mismo para el sentir. Este por la fe impera a los elementos, pero no cura las flaquezas de los cuerpos por la gracia de las sanidades; aquel por el auxilio de la oración retira las enfermedades, pero no devuelve las lluvias a la tierra árida por la palabra. Este por la operación de virtudes vuelve a la vida presente incluso a los muertos, y sin embargo, al no tener la gracia de la profecía, ignora lo que le ha de suceder; aquel atiende todo lo futuro como presente, y sin embargo en ninguna operación de signos se ejercita. Este por la discreción de espíritus ve sutilmente las mentes en los hechos, pero no conoce lenguas de diverso género; aquel examina lenguas de diverso género, pero no sopesa corazones disímiles en cosas similares. Otro en una sola lengua que conoce discute prudentemente los pesos de los sermones interpretando, y sin embargo carece pacientemente de los restantes bienes que no tiene.

22. Así se provee a la humildad y a la caridad.---Así, pues, nuestro creador y dispositor lo modera todo, para que quien podía ensalzarse por el don que tiene se humille por la virtud que no tiene. Así lo modera todo, para que cuando eleva a cada uno por la gracia otorgada, también por la gracia desigual someta al uno al otro, y cada uno atienda a aquel que se le sujeta como mejor en algún otro don; y aunque sienta que precede a los demás, sin embargo en otras cosas se posponga al mismo a quien supera. Así lo modera todo, para que mientras cada uno de los dones son de todos, interpuesta una cierta necesidad de caridad, todas las cosas se hagan de cada uno, y cada uno posea así lo que no recibió en el otro, de modo que él mismo imparta humildemente al otro lo que recibió para ser poseído. [Vet. XI.] Pues de aquí se dice por Pedro: Cada uno según recibió la gracia, administrándola unos a otros, como buenos dispensadores de la multiforme gracia de Dios (1 Pe. 4, 10). Pues entonces se dispensa bien la multiforme gracia de Dios, cuando el don recibido se cree que es también de aquel que no lo tiene, cuando se piensa que se le dio a uno por causa de aquel a quien se le imparte. De aquí se dice por Pablo: Por la caridad servíos unos a otros (Gál. 5, 13). Pues entonces la caridad nos vuelve libres del yugo de la culpa, cuando a nuestra vez nos sujeta a nuestro servicio por el amor, cuando creemos que los bienes ajenos son nuestros, y presentamos los nuestros a los demás como ofreciéndoles los suyos. De aquí de nuevo se dice por Pablo: Pues también el cuerpo no es un solo miembro, sino muchos. Si dijere el pie: Porque no soy mano, no soy del cuerpo, ¿por eso no es del cuerpo? Y si dijere el oído: Porque no soy ojo, no soy del cuerpo, ¿por eso no es del cuerpo?

Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus (I Cor. XII, 14, seq.)? Et paulo post: Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum vero corpus (Ibid., 19).

23. In corpore Ecclesiae alius est oculus, alius manus, alius pes, etc.---Quid enim sancta Ecclesia, nisi superni sui capitis corpus est? In qua alius alta videndo oculus, alius recta operando manus, alius ad injuncta discurrendo pes, alius praeceptorum vocem intelligendo auris, alius malorum fetorem bonorumque fragrantiam discernendo naris est. Qui, corporalium more membrorum, dum vicissim sibi accepta officia impendunt, unum de semetipsis omnibus corpus reddunt; et cum diversa in charitate peragunt, diversum esse prohibent ubi continentur. Si autem unum quid cuncti agerent, corpus utique quod ex multis continetur non essent, quia videlicet multipliciter compactum non existeret, si hoc concors membrorum diversitas non teneret. Quia ergo sanctis membris Ecclesiae virtutum dona Dominus dividit, terrae mensuras ponit. Unde iterum Paulus dicit: Unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei (Rom. XII, 3). Et rursum: Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in charitate (Ephes. IV, 16).

24. Singula membra assignatis sibi officiis fungantur, non aliena usurpent.---Sed cum miro consilio auctor ac dispositor noster huic illa largitur quae alii denegat, alii haec denegat quae isti largitur, mensuras sibi positas egredi nititur quisquis posse plus quam acceperit conatur, ut si fortasse is cui tantummodo datum est praeceptorum occulta disserere tentet etiam miraculis coruscare, aut is quem supernae virtutis donum ad sola miracula roborat etiam divinae legis pandere occulta contendat. In praecipitio enim pedem porrigit qui mensurarum suarum limitem non attendit. Et plerumque amittit et quod poterat qui audacter ea ad quae pertingere non valet arripere festinat. Nam et membrorum nostrorum tunc bene ministeriis utimur cum sua eis officia distincte servamus. Lucem quippe oculis cernimus, vocem vero auribus audimus. Si quis autem mutato ordine voci oculos, luci aures accommodet, huic incassum utraque patent. Si quis odores velit ore discernere, sapores nare gustare, utriusque sensus sibi ministerium, quia pervertit interimit. Dum enim propriis haec usibus non aptantur, et sua officia deserunt, et ad extranea non assurgunt.

Si todo el cuerpo fuera ojo, ¿dónde el oído? si todo el oído, ¿dónde el olfato (1 Cor. 12, 14, sig.)? Y poco después: Que si todos fueran un solo miembro, ¿dónde el cuerpo? Pero ahora muchos miembros, pero un solo cuerpo (Ibíd. 19).

23. En el cuerpo de la Iglesia uno es el ojo, otro la mano, otro el pie, etc.---¿Pues qué es la santa Iglesia sino el cuerpo de su soberana cabeza? En la cual uno es el ojo por ver cosas altas, otro la mano por obrar cosas rectas, otro el pie por discurrir a lo mandado, otro el oído por entender la voz de los preceptos, otro la nariz por discernir el hedor de los malos y la fragancia de los buenos. Los cuales, al modo de los miembros corporales, mientras se imparten unos a otros los oficios recibidos, presentan un solo cuerpo de todos ellos mismos; y mientras realizan cosas diversas en la caridad, prohíben que sea diverso aquello donde están contenidos. Pues si todos hicieran una sola cosa, ciertamente no serían un cuerpo que se contiene de muchos, porque a saber no existiría compactado de modo múltiple, si esta concorde diversidad de miembros no lo sostuviera. Porque, por tanto, el Señor divide los dones de las virtudes a los santos miembros de la Iglesia, pone las medidas de la tierra. De donde otra vez dice Pablo: A cada uno según Dios le dividió la medida de la fe (Rom. 12, 3). Y de nuevo: De quien todo el cuerpo compactado y conectado por cada coyuntura de la subministración, según la operación en la medida de cada miembro, hace el aumento del cuerpo para su edificación en la caridad (Ef. 4, 16).

24. Funcionen los miembros individuales con los oficios que se les han asignado, y no usurpen los ajenos.---Pero mientras con admirable consejo nuestro autor y dispositor otorga a este aquellas cosas que niega a otro, y niega a otro estas que otorga a este, se esfuerza por salir de las medidas puestas para sí cualquiera que intenta poder más de lo que recibió; como si tal vez aquel a quien solo se le dio disertar sobre lo oculto de los preceptos intentara también brillar con milagros, o aquel a quien el don de la soberana virtud robustece solo para los milagros pretendiera también abrir lo oculto de la ley divina. Pues en el precipicio pone el pie quien no atiende al límite de sus medidas. Y la mayoría de las veces pierde incluso lo que podía quien audazmente se apresura a arrebatar aquello a lo que no puede alcanzar. Pues también nosotros entonces usamos bien los ministerios de nuestros miembros cuando les conservamos distintamente sus propios oficios. Pues con los ojos vemos la luz, pero con los oídos oímos la voz. Pero si alguno, cambiado el orden, acomodara los ojos a la voz, los oídos a la luz, para este ambos están abiertos en vano. Si alguno quisiera discernir los olores con la boca, gustar los sabores con la nariz, destruye para sí el ministerio de ambos sentidos, porque lo pervierte. Pues mientras estos no se adaptan a sus propios usos, tanto abandonan sus oficios como no alcanzan los extraños.

25. Intra mensuras illas David sese continuit, et Paulus.---Bene itaque David propheta intra acceptas ex divina largitate mensuras pedem cordis presserat, cum dicebat: Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me (Psal. CXXX, 1). Super se quippe in mirabilibus ambularet, si apparere magnus ultra quam poterat quaereret. Super se namque in mirabilibus attollitur qui et in his ad quae non sufficit videri idoneus conatur. Bene intra has mensuras etiam in ipsa Paulus praedicationis suae se latitudine coarctabat, cum diceret: Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus (Rom. XV, 18). Tunc autem recte accepta mensura servatur, cum anteposita oculis virorum spiritualium vita respicitur. Unde et sequitur:

CAPUT XI.

VERS. 5.---Vel quis tetendit super eam lineam?

26. A sanctis sumenda est vivendi regula.---Super hanc enim terram linea tenditur, quando electae unicuique animae ad sumendam vivendi regulam patrum praecedentium exempla monstrantur, ut ex illorum vita consideret quid in suis actibus servet, quatenus respecto justi limitis tramite, nec infra minima negligens deficiat, nec ultra maxima superbiens tendat, nec minus conetur explere quam sufficit, nec plus arripiat quam accepit, ne aut ad mensuram quam debet non perveniat, aut eamdem mensuram deserens, extra limitem cadat. Angusta quippe porta est quae ducit ad vitam (Matth. VII, 14); et ille hanc ingreditur qui in cunctis quae agit discretionis subtilitate propter hanc sollicite coarctatur. Nam qui per voluntates proprias secura mente se dilatat, angustae sibi portae aditum damnat. Ut ergo hujus terrae mensura servetur, super eam divinitus linea tenditur, quia ut nostra opera, vel minora proficiant, vel majora moderentur, per sacra eloquia subtilis ante nos sanctorum vita expanditur, et quid nobis quantumque agendum sit ostensa illorum discretione definitur.

[Vet. XII.] 27. In exemplis Petri proponitur mensura auctoritatis et humilitatis.---Ecce aliquis vel damna rerum, vel afflictionem corporis metuens, minas terrenae potentiae pertimescit, et contra vim resistentium veritatem defendere non praesumit. Hunc Petrus, quia in timore angustum respicit, ostensa exemplorum suorum linea, ad virtutis latitudinem tendit. Ipse quippe flagellatus a principibus populi (Act. V, 40), cum idcirco se relaxari conspiceret, ut a praedicatione cessaret; cum prohiberetur loqui in posterum, nequaquam saltem in praesens cessit.

25. Dentro de esas medidas se contuvo David, y Pablo.---Bien, pues, el profeta David había fijado el pie de su corazón dentro de las medidas recibidas de la divina generosidad, cuando decía: Ni caminé en grandezas, ni en maravillas superiores a mí (Sal. 130, 1). Pues caminaría sobre sí en maravillas, si buscara parecer grande más allá de lo que podía. Pues sobre sí en maravillas se eleva quien intenta parecer idóneo incluso en aquello para lo que no es suficiente. Bien dentro de estas medidas también Pablo se coartaba en la misma latitud de su predicación, cuando decía: Pues no me atrevo a hablar algo de aquellas cosas que Cristo no hace por medio de mí (Rom. 15, 18). Pero entonces se conserva rectamente la medida recibida, cuando se mira la vida de los varones espirituales puesta ante los ojos. De donde también se sigue:

CAPÍTULO XI.

VERS. 5.---¿O quién tendió sobre ella el cordel?

26. De los santos ha de tomarse la regla de vida.---Pues sobre esta tierra se tiende el cordel, cuando a cada alma elegida se le muestran los ejemplos de los padres precedentes para tomar la regla de vida, para que por la vida de aquellos considere qué ha de observar en sus propios actos, a fin de que, respetando la senda del justo límite, ni desfallezca descuidada por debajo de lo mínimo, ni se extienda soberbia más allá de lo máximo, ni intente cumplir menos de lo que basta, ni arrebate más de lo que recibió, para que o bien no llegue a la medida que debe, o bien abandonando esa misma medida, caiga fuera del límite. Pues estrecha es la puerta que conduce a la vida (Mt. 7, 14); y entra por ella quien en todo lo que hace es solicitado y coartado por la sutileza de la discreción a causa de esto. Pues quien por sus propias voluntades se dilata con mente segura, se condena a sí mismo la entrada de la puerta estrecha. Para que, pues, se conserve la medida de esta tierra, se tiende sobre ella divinamente el cordel, porque para que nuestras obras, o bien las menores aprovechen, o bien las mayores se moderen, se expande ante nosotros por medio del sacro elocuio la sutil vida de los santos, y se define por la discreción mostrada de aquellos qué y cuánto hayamos de obrar.

[Vet. XII.] 27. En los ejemplos de Pedro se propone la medida de la autoridad y de la humildad.---He aquí que alguno, temiendo o el daño de las cosas o la aflicción del cuerpo, padece pavor por las amenazas de la potencia terrena, y no presume defender la verdad contra la fuerza de los que se resisten. A este, Pedro, porque mira lo angosto en el temor, mostrada la línea de sus ejemplos, lo extiende a la latitud de la virtud. Pues él mismo, azotado por los príncipes del pueblo (Hech. 5, 40), al ver que por eso se le soltaba, para que cesara de la predicación; al prohibírsele hablar en el futuro, de ninguna manera cedió al menos en lo presente.

Nam respondens protinus, dixit: Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Ibid., IV, 29). Et rursum: Non enim possumus quae vidimus et audivimus non loqui. At ille dudum debilis, et praesentia damna formidans, dum exempla tantae fortitudinis contemplatur, in auctoritate verbi jam Petri lineam sequitur, jam nil adversitatis metuit, jam resistentes Deo potestates saeculi etiam cum corporis laceratione contemnit. Sed tamen quanto vires persequentium patiendo fortiter destruit, et quanto inter adversa nullis terroribus cedit, tanto plerumque et in his etiam quae inter fideles positus senserit se caeteris praeponit, sua magis consilia eligit, et sibi potius quam aliis credit. Hic nimirum dum, injustis objectionibus non cedens, in virtute se exerit, etiam recta aliorum consilia non recipiens, pedem extra limitem tendit. Hunc Petrus intra mensurae lineam revocat, qui postquam libertate vocis auctoritatem principum pressit, per humilitatem cordis de non circumcidendis gentibus Pauli consilium audivit (Act. XV, 7). Sic enim semetipsum contra adversarios ex auctoritate curabat erigere, ut tamen sibimetipsi non crederet in his quae non recte sentiret, ut et libertate fortitudinis tumentes potestates excederet, et humilitate mansuetudinis obedientiam in recto consilio etiam minoribus fratribus exhiberet, et modo per semetipsum aliis, modo sibimetipsi cum aliis obviaret. In factis igitur Petri quaedam ante oculos nostros auctoritatis et humilitatis linea tenditur, ne mens nostra aut per timorem ad mensuram non perveniat, aut per tumorem limitem excedat.

28. Ejusdem virtutis opera aliquando exercere, aliquando omittere suadet discretio. ---Dictum est quomodo linea tenditur, ne per alterius actionis fortitudinem ad alterius causae vitium transeatur; dicatur nunc quemadmodum in una eademque virtute discretionis lineam deserimus, si hanc et aliquando agere et aliquando postponere nesciamus. Non enim res eadem semper est virtus, quia per momenta temporum saepe 907 merita mutantur actionum. Unde fit ut cum quid bene agimus, plerumque melius ab ejus actione cessemus, et laudabilius ad tempus deserat quod in suo tempore laudabiliter mens tenebat. Nam si pro nostris bonis minimis, quibus actis proficimus, nec tamen intermissis interimus, majora laborum mala proximis, imminent, necessario nos virtutum augmenta seponimus, ne infirmioribus proximis fidei detrimenta generemus, ne tanto jam quod agimus virtus non sit, quanto per occasionem sui in alienis cordibus fundamenta virtutum destruit.

Pues respondiendo al punto, dijo: Es menester obedecer a Dios antes que a los hombres (Ibíd. 4, 29). And de nuevo: Pues no podemos dejar de hablar las cosas que hemos visto y oído. Pero aquel hace poco débil, y temiendo los daños presentes, mientras contempla los ejemplos de tanta fortaleza, sigue ya en la autoridad de la palabra la línea de Pedro, ya nada teme de la adversidad, ya desprecia las potestades del siglo que resisten a Dios incluso con la laceración del cuerpo. Pero sin embargo, cuanto más destruye fuertemente sufriendo las fuerzas de los perseguidores, y cuanto entre las adversidades no cede a ningún terror, tanto más la mayoría de las veces incluso en aquellas cosas que, puesto entre los fieles, ha sentido, se antepone a los demás, elige más sus propios consejos, y cree más a sí mismo que a los otros. Este sin duda, mientras no cediendo a las injustas objeciones, se ejercita en la virtud, incluso no recibiendo los rectos consejos de otros, extiende el pie fuera del límite. A este, Pedro lo llama dentro de la línea de la medida, quien después de que con la libertad de la voz oprimió la autoridad de los príncipes, por la humildad del corazón oyó el consejo de Pablo sobre no circuncidar a los gentiles (Hech. 15, 7). Pues así cuidaba de erigirse contra los adversarios por la autoridad, que sin embargo no se creía a sí mismo en aquellas cosas que no sentía rectamente, para que tanto con la libertad de la fortaleza excediera a las potestades hinchadas, como con la humildad de la mansedumbre presentara obediencia en el recto consejo incluso a los hermanos menores, y a veces por sí mismo saliera al encuentro de otros, a veces se encontrara consigo mismo con otros. En los hechos de Pedro, por tanto, se tiende ante nuestros ojos una cierta línea de autoridad y de humildad, para que nuestra mente o bien por el temor no llegue a la medida, o bien por la hinchazón exceda el límite.

28. La discreción persuade a veces a ejercitar las obras de la misma virtud, y otras veces a omitirlas. ---Se ha dicho de qué modo se tiende la línea, para que por la fortaleza de una acción no se pase al vicio de otra causa; dígase ahora de qué modo desertamos de la línea de la discreción en una misma y sola virtud, si ignoramos cuándo ésta ha de ser actuada y cuándo pospuesta. Pues la virtud no es siempre la misma cosa, porque por los momentos de los tiempos a menudo cambian los méritos de las acciones. De donde resulta que, cuando hacemos algo bien, frecuentemente es mejor cesar en su acción, y de modo más loable deja por un tiempo la mente lo que en su tiempo sostenía loablemente. Pues si por nuestros mínimos bienes, con cuyo ejercicio progresamos, pero que sin embargo no perecemos si se interrumpen, amenazan mayores males de trabajos a los prójimos, necesariamente posponemos los aumentos de las virtudes, para no generar detrimentos de la fe a los prójimos más débiles, para que tanto ya lo que hacemos no sea virtud, cuanto por ocasión de sí misma destruye los fundamentos de las virtudes en los corazones ajenos.

29. Discretionis hujus exemplum in sancto Paulo. ---Quam discretionis lineam bene ante intuentium oculos Paulus tetendit, qui et gentiles ad libertatem fidei venientes circumcidi prohibuit (Act. XV, 2), et tamen Lystris atque Iconium transiens, ipse Timotheum, qui gentili patre editus fucrat, circumcidit (Act. XVI, 3). Videns enim quod nisi se mandata litterae servare ostenderet, Judaeorum rabiem etiam in eos qui sibi tunc comites aderant excitaret, assertionis suae vim postposuit, et sine damno fidei se suosque comites a persecutionis immanitate custodivit. Fecit quod fieri fidei amore prohibuit, sed ad fidei retorsit ministerium quod quasi non fideliter fecit. Plerumque enim virtus cum indiscrete tenetur amittitur; cumque discrete intermittitur, plus tenetur. Nec mirum si in incorporeis intelligimus quod agi et in corporeis rebus videmus. Ex studio namque arcus distenditur, ut in suo tempore cum utilitate tendatur. Qui si otium relaxationis non accipit, feriendi virtutem ipso usu tensionis perdit. Sic aliquando in exercitatione virtus, cum per discretionem praetermittitur, reservatur, ut tanto post vitia valenter feriat, quanto a percussione interim prudenter cessat. Subtilis igitur discretionis super hanc terram linea tenditur, quando ostensis unicuique animae exemplis praecedentium patrum, et utiliter ad operationem virtus accenditur, et nonnunquam utilius temperatur.

[Vet. XIII.] 30. Cavendum ne discretionis nomine, propriis commodis serviatur.--- Sed cum parumper ab opere zeli fortitudo seponitur, alta consideratione opus est, ne fortasse nequaquam communis boni consilio, sed timore proprio vel cujuslibet ambitionis studio a virtutis exercitatione cessetur. Quod nimirum cum agitur, jam non dispensationi, sed culpae servitur. Unde curandum sollicite est ut cum quis susceptum negotium cum virtutis cessatione dispensat, semetipsum prius in radice cordis inspiciat, ne sibi per hoc aliquid avarus appetat, sibi per hoc soli timidus pareat; et eo fiat pravum quod in opere sequitur, quo non ex recta cogitationis intentione generatur. Unde bene in Evangelio Veritas dicit: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit (Matth. VI, 22).

29. Ejemplo de esta discreción en san Pablo. ---Cual línea de discreción bien tendió Pablo ante los ojos de los que lo miraban, quien prohibió que se circuncidaran los gentiles que venían a la libertad de la fe (Hech. XV, 2), y sin embargo, pasando por Listra e Iconio, él mismo circuncidó a Timoteo, que había nacido de padre gentil (Hech. XVI, 3). Pues viendo que si no se mostrara servidor de los mandatos de la letra, excitaría la rabia de los judíos incluso contra aquellos que entonces lo acompañaban como compañeros, pospuso la fuerza de su aserción, y sin daño de la fe se custodió a sí mismo y a sus compañeros de la immanidad de la persecución. Hizo lo que por amor a la fe prohibió que se hiciera, pero retorció hacia el ministerio de la fe lo que casi hizo no fielmente. Pues frecuentemente la virtud, cuando se tiene indiscretamente, se pierde; y cuando discretamente se interrumpe, más se tiene. Ni es de admirar si en las cosas incorpóreas entendemos lo que vemos que se hace también en las cosas corpóreas. Pues por estudio se distiende el arco, para que en su tiempo se tienda con utilidad. El cual, si no recibe el ocio de la relajación, pierde por el mismo uso de la tensión la virtud de herir. Así, a veces la virtud en el ejercicio, cuando por discreción se pasa por alto, se reserva, para que tanto después hiera valientemente los vicios, cuanto prudentemente cesa entre tanto de la percusión. Por tanto, se tiende la línea de una sutil discreción sobre esta tierra, cuando mostrados a cada alma los ejemplos de los padres precedentes, tanto útilmente se enciende la virtud para la operación, como no pocas veces más útilmente se modera.

[Vet. XIII.] 30. Debe tenerse cuidado para que, bajo el nombre de discreción, no se sirva a los propios intereses.---Pero cuando por un poco se pospone la fortaleza del celo de la obra, es menester una alta consideración, para que tal vez de ninguna manera por el consejo del bien común, sino por el propio temor o por el afán de cualquier ambición, se cese del ejercicio de la virtud. Lo cual sin duda cuando se hace, ya no se sirve a la dispensación, sino a la culpa. De donde debe cuidarse solícitamente que, cuando alguien dispensa un negocio emprendido con la cesación de la virtud, se inspeccione primero a sí mismo en la raíz del corazón, para que no desee algo ávidamente para sí por esto, o no se obedezca solo a sí mismo como temeroso por esto; y se vuelva depravado aquello que sigue en la obra por aquello por lo que no se genera de una recta intención del pensamiento. De donde bien en el Evangelio dice la Verdad: La lámpara de tu cuerpo es tu ojo. Si tu ojo fuere sencillo, todo tu cuerpo estará lúcido. Pero si tu ojo fuere malo, todo tu cuerpo estará tenebroso (Mt. 6, 22).

Quid enim per oculum exprimitur, nisi opus suum praeveniens cordis intentio? quae priusquam se in actione exerceat, hoc jam quod appetit contemplatur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi unaquaeque actio, quae intentionem suam quasi intuentem oculum sequitur? Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bonae intentionis radium merita illustrantur actionis. Et si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, quia si recte intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, quia cum perversa intentione quid vel rectum agitur, etsi splendere coram hominibus cernitur, apud examen tamen interni judicis obscuratur. Unde et recte subjungitur: Vide ergo ne lumen quod in te est tenebrae sint. Si lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt (Ibid., 23)? quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex mala intentione fuscamus, quanta ipsa mala sunt quae mala esse etiam cum agimus non ignoramus? Et si ibi nil cernimus, ubi quasi discretionis lumen tenemus, qua caecitate in illa offendimus quae sine discretione perpetramus? Vigilanti igitur cura per cuncta opera intentio nobis nostra pensanda est, ut nil temporale in his quae agit appetat, totam se in soliditate aeternitatis figat, ne si extra fundamentum actionis nostrae fabrica ponitur, terra dehiscente solvatur. Unde hic quoque apte subjungitur:

CAPUT XII.

VERS. 6.---Super quo bases illius solidatae sunt?

31. Bases animae sunt intentiones.---Bases quippe uniuscujusque sunt animae intentiones suae. Nam sicut fabrica columnis, columnae autem basibus innituntur, ita vita nostra in virtutibus, virtutes vero in intima intentione subsistunt. Et quia scriptum est: Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus (I Cor. III, 11), tunc bases in fundamento sunt, cum intentiones nostrae in Christo roborantur. Incassum vero alta super se bases aedificia erigunt, si non ipsae in fundamenti soliditate consistunt, quia nimirum quamlibet summa opera inaniter faciunt, si intentiones cordium extra aeternitatis certitudinem deflectuntur, et vitae verae praemia non requirunt, tantoque graviora ruinae super se damna aedificant, quanto altiora aedificia extra fundamentum portant, quia cum aeternae vitae praemiis non intendunt, quo plus se quasi in virtutibus erigunt, eo in gloriae inanis foveam profundius cadunt. Non ergo pensandum est bases quid sustinent, sed ubi sustinentur, quia profecto humana corda divinitus perscrutantur, non solum quae faciunt, sed quod in operibus quaerunt.

Pues ¿qué se expresa por el ojo sino la intención del corazón que previene su propia obra?, la cual, antes de ejercitarse en la acción, ya contempla esto que apetece. ¿Y qué se designa con la apelación de cuerpo sino cada una de las acciones, que sigue a su intención como al ojo que mira? La lámpara del cuerpo, pues, es el ojo, porque por el rayo de la buena intención se ilustran los méritos de la acción. Y si tu ojo fuere sencillo, todo tu cuerpo estará lúcido, porque si pretendemos rectamente por la sencillez del pensamiento, se efectúa una obra buena, aunque parezca ser menos buena. Y si tu ojo fuere malo, todo tu cuerpo estará tenebroso, porque cuando algo incluso recto se hace con intención perversa, aunque se vea brillar ante los hombres, sin embargo en el examen del Juez interno se oscurece. De donde también rectamente se añade: Mira, pues, que la luz que hay en ti no sean tinieblas. Si la luz que hay en ti son tinieblas, ¿cuán grandes serán las mismas tinieblas? (Ibíd. 23); porque si esto que creemos hacer bien lo oscurecemos por una mala intención, ¿cuán grandes son los mismos males que no ignoramos que son males aun cuando los hacemos? Y si allí nada discernimos donde sostenemos como la luz de la discreción, ¿con qué ceguedad tropezamos en aquello que perpetramos sin discreción? Por tanto, con vigilante cuidado debe ser sopesada por nosotros nuestra intención en todas las obras, para que nada temporal apetezca en lo que hace, sino que se fije toda en la solidez de la eternidad, para que, si la fábrica de nuestra acción se pone fuera del fundamento, se disuelva al abrirse la tierra. De donde aquí también aptamente se añade:

CAPÍTULO XII.

VERS. 6.---¿Sobre qué están afianzadas sus basas?

31. Las basas de la alma son las intenciones.---Pues las basas de cada una de las almas son sus propias intenciones. Pues así como la fábrica se apoya en columnas, y las columnas en basas, así nuestra vida subsiste en las virtudes, y las virtudes en la íntima intención. Y porque está escrito: Nadie puede poner otro fundamento fuera del que está puesto, el cual es Cristo Jesús (1 Cor. 3, 11), entonces las basas están en el fundamento cuando nuestras intenciones se robustecen en Cristo. En vano ciertamente erigen las basas altos edificios sobre sí, si ellas mismas no consisten en la solidez del fundamento, porque sin duda por muy supremas obras que hagan, las hacen vanamente si las intenciones de los corazones se desvían fuera de la certeza de la eternidad, y no buscan los premios de la vida verdadera; y tanto más graves daños de ruina edifican sobre sí, cuanto más altos edificios llevan fuera del fundamento, porque cuando no pretenden los premios de la vida eterna, cuanto más se erigen como en virtudes, tanto más profundamente caen en el hoyo de la vana gloria. No debe sopesarse, pues, qué sostienen las basas, sino dónde son sostenidas, porque ciertamente los corazones humanos son escrutados divinamente, no solo por lo que hacen, sino por lo que buscan en las obras.

Unde cum districtum judicem Paulus describeret, atque actionum bona narraret, dicens: Qui reddet unicuique secundum opera ejus, his quidem, secundum patientiam boni operis, gloriam et corruptionem (Rom. II, 6); quia, nominata boni operis patientia quasi totam electae actionis fabricam dixerat, subtiliter illico ubi bases ejusdem fabricae consisterent exquisivit, dicens: Gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus, vitam aeternam (Ibid., 7). Ac si aperte diceret: Et si quidam patientiam boni operis ostendunt, gloriam et incorruptionem non recipiunt, si intentiones cordis, id est bases fabricae, in fundamento non figunt, quia videlicet Deus vel honestae vitae aedificium non inhabitat quod extra se positum non ipse sustentat.

32. Ad spem aeternitatis sunt dirigendae.---Quia igitur intentiones electae uniuscujusque animae spei aeternitatis innituntur, recte voce Dominica de hac terra dicitur: Super quo bases illius solidatae sunt? Ac si aperte diceret, Nisi super me. Cui dum justa quaeque anima intendit, omne quod temporaliter facit, in me procul dubio non temporaliter construit. Quia vero tunc robustius in fundamento solidamur, cum verba Dei et in exterioribus praeceptis sequimur, et in intimis sensibus subtilius intelligendo pensamus, recte subjungitur:

Caput XIII

[Vet. XIV].

IBID.---Vel quis dimisit lapidem angularem ejus?

33. Christus lapis angularis, quod vitam activam et contemplativam in se conjunxerit.---Lapis quippe angularis est ad sacra eloquia intellectus duplex. Qui tunc divinitus dimittitur, quando nequaquam districto judicio ignorantiae suae tenebris illigatur; sed quadam libertate perfruitur, dum in praeceptis Dei sufficit vel exsequendo exteriora agere, vel contemplando interna sentire. Ad quod nunquam noster intellectus assurgeret, si ad suscipiendam naturam nostram ipse noster conditor non veniret. Qui aliter angularis lapis dicitur, quia duos in se populos junxit; atque aliter, quia conjunctae utriusque vitae, activae videlicet et contemplativae, in se exempla monstravit. Ab activa enim vita longe contemplativa distat; sed incarnatus Redemptor noster veniens, dum utramque exhibuit, in se utramque sociavit. Nam cum in urbe miracula faceret, in monte vero orando continue pernoctaret, exemplum suis fidelibus praebuit, ut nec contemplationis studio proximorum curam negligant, nec rursum cura proximorum immoderatius obligati contemplationis studia derelinquant; sed sic in utrisque mentem partiendo conjungant, quatenus nec amorem Dei praepediat amor proximi, nec amorem proximi, quia transcendit, abjiciat amor Dei.

De donde, cuando Pablo describía al juez estricto y narraba los bienes de las acciones, diciendo: Quien dará a cada uno según sus obras, a estos ciertamente, según la paciencia de la buena obra, gloria e incorrupción (Rom. 2, 6); porque, mencionada la paciencia de la buena obra, había dicho como toda la fábrica de la acción elegida, inquirió sutilmente al punto dónde consistían las basas de esa misma fábrica, diciendo: A los que buscan gloria y honor e incorrupción, la vida eterna (Ibíd. 7). Como si dijera abiertamente: Y si algunos muestran paciencia de buena obra, no reciben gloria e incorrupción si no fijan las intenciones del corazón, esto es, las basas de la fábrica, en el fundamento, porque a saber Dios no habita ni el edificio de una vida honesta que, puesto fuera de sí, él mismo no sustenta.

32. Han de dirigirse a la esperanza de la eternidad.---Puesto que, por tanto, las intenciones de cada alma elegida se apoyan en la esperanza de la eternidad, rectamente se dice por la voz del Señor sobre esta tierra: ¿Sobre qué están afianzadas sus basas? Como si dijera abiertamente: Sino sobre mí. A quien mientras cada alma justa pretende, todo lo que hace temporalmente, lo construye en mí sin duda no temporalmente. Pero porque entonces nos consolidamos más robustamente en el fundamento cuando seguimos las palabras de Dios tanto en los preceptos exteriores, como las sopesamos entendiéndolas más sutilmente en los sentidos íntimos, rectamente se añade:

Capítulo XIII

[Vet. XIV].

IBÍD.---¿O quién puso su piedra angular?

33. Cristo piedra angular, porque unió en sí la vida activa y la contemplativa.---Pues la piedra angular es, según la sagrada elocuencia, un intelecto doble. El cual es puesto divinamente cuando de ningún modo es ligado por el juicio estricto en las tinieblas de su propia ignorancia; sino que disfruta de una cierta libertad, mientras le basta en los preceptos de Dios o bien obrar ejecutando las cosas exteriores, o bien sentir contemplando las internas. A lo cual nunca se elevaría nuestro intelecto, si nuestro mismo Creador no viniera a asumir nuestra naturaleza. El cual es llamado piedra angular por un lado, porque unió en sí a dos pueblos; y por otro, porque mostró en sí ejemplos de ambas vidas unidas, a saber, la activa y la contemplativa. Pues la vida contemplativa dista mucho de la activa; pero nuestro Redentor encarnado, viniendo, mientras exhibió ambas, asoció ambas en sí mismo. Pues cuando hacía milagros en la ciudad, pero en el monte pernoctaba continuamente orando, dio ejemplo a sus fieles, para que ni por el estudio de la contemplación descuiden el cuidado de los prójimos, ni de nuevo, obligados demasiado inmoderadamente por el cuidado de los prójimos, abandonen los estudios de la contemplación; sino que unan así la mente repartiéndola en ambas, de modo que ni el amor al prójimo impida el amor a Dios, ni el amor a Dios, porque trasciende, deseche el amor al prójimo.

Quia igitur humano cordi quid ageret ignoranti Dei atque hominis Mediator apparuit, qui et agendo transitoria disponeret, et contemplando ostenderet unde cuncta penderent, recte dicitur: Vel quis dimisit lapidem angularem ejus? Ac si aperte Dominus diceret: Nisi ego, qui unicum quem sine tempore genui servandis hominibus cum tempore ostendi, in cujus vita discerent etiam diversa vivendi studia non discrepare. Et notandum quod eum non se emisisse, sed dimisisse asserit, quia profecto humanam naturam Filius suscipiens ad ima de sublimibus venit. Cujus incarnationis mysterium quia et electi angeli mirati sunt, qui eodem mysterio redempti non sunt, recte subjungitur:

Caput XIV

[Rec. VII].

VERS. 7.---Cum me laudarent simul astra matutina.

34. Angeli astra matutina cur appellati.---Quia enim prima in tempore condita natura rationabilium spirituum creditur, non immerito matutina astra angeli vocantur. Quod si ita est, dum terra esset invisibilis et incomposita, dum tenebrae essent super abyssum (Genes. I, 2), venturum diem subsequentis saeculi per lucem sapientiae existendo praevenerunt. Nec negligenter audiendum est quod additur, Simul, quia nimirum astra matutina etiam cum vespertinis Redemptoris potentiam laudant, dum electi angeli etiam cum redemptis in mundi fine hominibus largitatem gratiae supernae glorificant. Ipse quippe ut nos ad laudem conditoris accenderent, hoc quod superius diximus, orta per carnem luce, clamaverunt: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). Simul ergo laudant, quia redemptioni nostrae voces suae exultationis accommodant. Simul laudant; quia dum nos conspiciunt recipi, suum numerum gaudent repleri. Qui et fortasse ideo matutina astra memorantur, quia saepe ad exhortandos homines missi sunt; et dum venturum mane nuntiant, ab humanis cordibus praesentis vitae tenebras fugant. Sed ecce angeli divinam potentiam laudant, quia ipsa eos tantae claritatis visio dilatat. Nos autem qui redimimur, sed tamen corruptione adhuc carnis gravamur, donum quod percipimus, qua virtute laudamus? Quomodo enim valebit lingua dicere, quod non sufficit mens nostra sentire? Sequitur:

CAPUT XV

IBID.---Et jubilarent omnes filii Dei.

Porque, por tanto, al corazón humano que ignoraba qué hacer se le apareció el Mediador de Dios y del hombre, quien tanto dispondría las cosas transitorias obrando, como mostraría contemplando de dónde dependen todas las cosas, rectamente se dice: ¿O quién puso su piedra angular? Como si el Señor dijera abiertamente: Sino yo, que mostré con el tiempo para salvar a los hombres al Único que engendré sin tiempo, en cuya vida aprendieran que incluso diversos estudios de vivir no discrepan. Y ha de notarse que afirma que no lo envió (emisisse), sino que lo dejó descender (dimisisse), porque ciertamente el Hijo, asumiendo la naturaleza humana, vino a lo ínfimo desde lo sublime. Misterio de cuya encarnación porque incluso los ángeles elegidos se maravillaron, los cuales no fueron redimidos por el mismo misterio, rectamente se añade:

Capítulo XIV

[Rec. VII].

VERS. 7.---Cuando me alababan juntas las estrellas de la mañana.

34. Por qué los ángeles son llamados estrellas de la mañana.---Pues porque se cree que la naturaleza de los espíritus racionales fue la primera creada en el tiempo, no sin razón los ángeles son llamados estrellas de la mañana. Lo cual si es así, mientras la tierra era invisible e incompleta, mientras las tinieblas estaban sobre el abismo (Gén. 1, 2), por el hecho de existir previnieron por la luz de la sabiduría el día venidero del siglo subsiguiente. Ni ha de oírse negligentemente lo que se añade: Juntas, porque sin duda las estrellas de la mañana alaban la potencia del Redentor incluso con las vespertinas, mientras los ángeles elegidos incluso con los hombres redimidos al fin del mundo glorifican la largueza de la gracia suprema. Pues ellos mismos, para encendernos en la alabanza del creador, esto que dijimos arriba, habiendo surgido la luz por la carne, clamaron: Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Lc. 2, 14). Juntas, pues, alaban, porque acomodan las voces de su exultación a nuestra redención. Juntas alaban; porque mientras nos ven ser recibidos, se alegran de que su número se complete. Los cuales también tal vez son recordados como estrellas de la mañana porque a menudo han sido enviados para exhortar a los hombres; y mientras anuncian la mañana venidera, ahuyentan de los corazones humanos las tinieblas de la vida presente. Pero he aquí que los ángeles alaban la potencia divina, porque la misma visión de tanta claridad los dilata. Pero nosotros que somos redimidos, pero sin embargo todavía estamos gravados por la corrupción de la carne, el don que percibimos, ¿con qué virtud lo alabamos? Pues ¿cómo podrá la lengua decir lo que nuestra mente no basta para sentir? Sigue:

CAPÍTULO XV

IBÍD.---Y todos los hijos de Dios jubilaron.

35. Quid sit jubilatio, et cur homines deceat, non angelos.---Jubilatio quippe dicitur cum cordis laetitia oris efficacia non expletur; sed quibusdam modis gaudium prodit, quod ipse qui gaudet, nec tegere praevalet, nec explere. Laudent itaque angeli, qui jam tantae claritatis altitudinem in sublimibus vident. Jubilent vero homines, qui adhuc in inferioribus oris sui angustias sustinent. Quae quia certo futura Dominus noverat, non tam facienda insinuat, quam facta narrat. Sed quid agimus, quod cum boni de redemptionis suae mysterio jubilant, malos invidia inflammat; dum electi proficiunt, reprobi ad rabiem furoris excitantur, et bona nascentia, quia nolunt imitari, persequuntur? Sed tamen inter haec etiam qui redemit, non relinquit. Scriptum quippe est: Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra quam potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere (I Cor. X, 13). Novit enim conditor noster, quando exsurgere persecutionis procellam sinat, quando exsurgentem reprimat. Novit pro custodia nostra restringere quod contra nos egredi pro nostra exercitatione permittit, ut saeviens nos diluat procella, et non mergat. Unde et sequitur:

Caput XVI

[Vet. XV, Rec. VIII].

VERS. 8.---Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulva procedens?

36. Saeculum contra sanctos saeviens a Deo conclusum. Humiliatis terrenis principibus, per eos Dominus Ecclesiam supra mundi culmen evexit.---Quid enim mare nisi saeculum, quid vulvam, nisi conceptum carnalis cogitationis accipimus? Hoc enim loco vulvae nomine occulta et malitiosa carnalium cogitatio designatur. Quae vulva non ad proferendam prolem concipit substantiam corporis, sed ad explendam nequitiam causam doloris. De hac vulva cordis iniquorum alias dicitur: Concepit dolorem, et peperit iniquitatem (Psal. VII, 15). Per hanc vulvam pravi concipiunt, cum mala cogitant. Per hanc vulvam pariunt, cum mala quae cogitaverint operantur. Erumpebat ergo mare quasi de vulva procedens, cum minarum saecularium fluctus de carnalis cogitationis iniquitate concepti, in sanctae Ecclesiae interitum saevirent. Sed auctore Deo, ostiis hoc mare conclusum est, quia contra tumores persequentium sancti viri quasi quaedam ostia oppositi sunt, ut eorum miraculis atque reverentia irae persequentium frangerentur.

35. Qué es la jubilación y por qué conviene a los hombres, no a los ángeles.---Pues se llama jubilación cuando la alegría del corazón no se agota por la eficacia de la boca; sino que de ciertos modos el gozo brota, el cual el mismo que se goza ni prevalece ocultarlo ni agotarlo. Alaben, pues, los ángeles, que ya ven la altura de tanta claridad en lo sublime. Jubilen, en cambio, los hombres, que todavía sostienen en lo inferior las angosturas de su boca. Cosas que porque el Señor sabía que ciertamente serían futuras, no insinúa tanto lo que se ha de hacer, cuanto narra lo hecho. Pero ¿qué hacemos, que cuando los buenos jubilan por el misterio de su redención, la envidia inflama a los malos; mientras los elegidos progresan, los réprobos se excitan a la rabia del furor, y persiguen los bienes nacientes porque no quieren imitarlos? Pero, sin embargo, entre estas cosas también el que redimió no nos abandona. Pues está escrito: Fiel es Dios, que no permitirá que seáis tentados sobre lo que podéis, sino que hará también con la tentación el provecho para que podáis sostenerla (1 Cor. 10, 13). Pues conoce nuestro creador cuándo dejar que surja la tormenta de la persecución, cuándo reprimirla al surgir. Sabe restringir para nuestra custodia lo que permite que salga contra nosotros para nuestra ejercitación, para que la tormenta que ruge nos lave y no nos sumerja. De donde también sigue:

Capítulo XVI

[Vet. XV, Rec. VIII].

VERS. 8.---¿Quién cerró con puertas el mar, cuando brotaba, como saliendo del útero?

36. El siglo que ruge contra los santos cerrado por Dios. Humillados los príncipes terrenos, por ellos el Señor elevó a la Iglesia sobre la cumbre del mundo.---Pues ¿qué aceptamos por el mar sino el siglo, qué por el útero sino el concepto de la carnal cogitación? Pues en este lugar con el nombre de útero se designa la oculta y maliciosa cogitación de los carnales. El cual útero no concibe la sustancia del cuerpo para proferir prole, sino para colmar la maldad, causa de dolor. De este útero del corazón de los inicuos se dice en otro lugar: Concibió dolor, y parió iniquidad (Sal. 7, 15). Por este útero los malos conciben cuando piensan cosas malas. Por este útero paren cuando obran las cosas malas que pensaron. Brotaba, pues, el mar como saliendo del útero, cuando los flujos de las amenazas seculares, concebidos de la iniquidad de la carnal cogitación, rugían para la perdición de la santa Iglesia. Pero por autoría de Dios, este mar fue cerrado con puertas, porque contra los tumores de los perseguidores los varones santos fueron opuestos como ciertas puertas, para que por sus milagros y reverencia se quebrantaran las iras de los perseguidores.

Humiliatis quippe Dominus terrenis principibus, per eos sanctam Ecclesiam supra mundi culmen evexit, et saevientis maris impetus, crecta ejusdem Ecclesiae potestate, coercuit. Sed huic saevienti mari quid Dominus fecerit, audiamus. Sequitur:

Caput XVII

[Rec. IX.]

VERS. 9.---Cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem.

37. Persecutorum malitiam Deus constrinxit puerilia sapientem.---Mare saeviens nube induitur, quia crudelitas persequentium stultitiae suae velamento vestitur. Interposita enim caligine infidelitatis suae, perspicuam veritatis lucem videre non sufficit; et id quod agit per crudelitatis impulsum, per caecitatis suae meritum non agnoscit. Nam si cognovissent, ut ait Apostolus, nunquam Dominum gloriae crucifixissent (I Cor. II, 8). Haec nubes non solum solet infideles extra positos premere, sed quosdam etiam viventes carnaliter intra Ecclesiam tenebrare. Unde sancti viri, qui etiam alienae negligentiae compatiuntur, et se pati aestimant quod perpeti alios sentiunt, Deo orantes dicunt: Opposuisti nubem, ne transeat oratio (Thren. III, 44). Ac si aperte dicant: Menti nostrae terrenis voluptatibus assuetae curarum suarum phantasmata justo judicio objicis, quibus eam in ipsa orationis suae intentione confundis; et quam desideriis infimis deditam non ignoras, recte caecatam ab intuenda lucis tuae perspicuitate reverberas, ut cum in te intenditur, ipso a te cogitationum suarum nubilo reflectatur; et quae terrena haec assidue cogitat quia vult, haec etiam toleret in oratione cum non vult. Quia igitur ipsa persecutorum nequitia superna dispensatione constringitur, ne contra sanctos viros inquantum voluerit effrenetur, postquam dixit: Cum ponerem nubem vestimentum ejus; apte subdidit: Et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem. Pannis quippe infantiae pedes ac brachia constringuntur, ne huc atque illuc dissoluta libertate jactentur.

Pues humillados por el Señor los príncipes terrenos, por ellos elevó a la santa Iglesia sobre la cumbre del mundo, y coercitó los ímpetus del mar que rugía, erigida la potestad de la misma Iglesia. Pero qué hizo el Señor a este mar que rugía, oigámoslo. Sigue:

Capítulo XVII

[Rec. IX.]

VERS. 9.---Cuando puse la nube como su vestidura, y con la calígine lo envolví como con pañales de infancia.

37. Dios constriñó la malicia de los perseguidores que saborean cosas pueriles.--- El mar que ruge se viste de nube, porque la crueldad de los perseguidores se viste con el velo de su propia estulticia. Pues interpuesta la calígine de su propia infidelidad, no basta para ver la perspicua luz de la verdad; y aquello que hace por el impulso de la crueldad, no lo reconoce por el mérito de su propia ceguera. Pues si hubieran conocido, como dice el Apóstol, nunca habrían crucificado al Señor de la gloria (1 Cor. 2, 8). Esta nube no solo suele oprimir a los infieles puestos fuera, sino también oscurecer a algunos que viven carnalmente dentro de la Iglesia. De donde los varones santos, que también se compadecen de la negligencia ajena, y estiman que ellos mismos padecen lo que sienten que otros sufren, dicen a Dios orando: Opusiste una nube para que no pase la oración (Lam. 3, 44). Como si dijeran abiertamente: A nuestra mente acostumbrada a los placeres terrenos opones por justo juicio los fantasmas de sus propios cuidados, con los cuales la confundes en la misma intención de su oración; y a ella, a quien no ignoras entregada a los deseos ínfimos, rectamente la rechazas cegada de intuir la perspicuidad de tu luz, para que cuando se dirige a ti, sea reflejada por ti por el mismo nublado de sus pensamientos; y la que piensa asiduamente estas cosas terrenas porque quiere, soporte estas mismas cosas en la oración cuando no quiere. Porque, por tanto, la misma maldad de los perseguidores es constreñida por la suprema dispensación, para que no se desboque contra los varones santos cuanto quisiera, después de que dijo: Cuando puse la nube como su vestidura; aptamente añadió: Y con la calígine lo envolví como con pañales de infancia. Pues con los pañales de la infancia los pies y los brazos son constreñidos, para que no se agiten de aquí para allá con disoluta libertad.

Quia ergo persecutores sanctae Ecclesiae instabilitate cordis inquieti, atque huic saeculo dediti, non grandaeva, sed puerilia sapiunt, qui quidem obscuritate atque caligine, non intellectu superni judicii constringuntur, ne tantum persequi valeant quantum volunt, pannis infantiae referuntur obvoluti, quia, sicut dictum est, puerilia quidem sapiunt, sed divina dispensatione constricti, quo volunt brachia non extendunt, et si cuncta mala leviter perpetrare appetunt, nequaquam tamen implere cuncta quae appetunt permittuntur. Sequitur:

VERS. 10.---Circumdedi illud terminis meis.

Terminis suis Dominus mare circumdat, quia iras persequentium, judiciorum suorum dispensatione modificat, ut insani tumida unda fervoris plano frangatur littore occultae dispensationis. Sequitur:

Caput XVIII

[Vet. XVI].

VERS. 10, 11.---Et posui vectem et ostia, et dixi: Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos.

38. Sancti praedicatores tanquam ostia mari saecus saevienti opposita, tundi fluctibus, non effringi potuerunt, Christo eos roborante. Haec ostia humilibus aperta, et superbis clausa.---Quid per ostia nisi praedicatores sancti, quid per vectem nisi incarnatus Dominus designatur? Qui haec videlicet ostia contra saevientis maris impetum tanto valentiora opposuit, quanto ea sua observatione roboravit. Quia enim ista sanctae Ecclesiae ostia vectis hujus oppositione solidata sunt, potuerunt quidem tundi fluctibus, sed effringi nequiverunt, ut ea exterius unda persecutionis illideret, sed nequaquam cordis eorum interna penetraret. Et quia doctores sancti praedicatione quidem sequentibus aperti sunt, auctoritate autem sua resistentibus clausi, non immerito ostia vocantur, id est aperta conversationi humilium, et clausa terroribus superborum. Non immerito ostia vocantur, quia et ingressum fidelibus aperiunt, et rursum sese perfidis ne ingrediantur opponunt. Pensemus quale Ecclesiae ostium exstitit Petrus, qui investigantem fidem Cornelium recepit, pretio quaerentem miracula Simonem repulit. Illi dicens: In veritate comperi quoniam non est personarum acceptor Deus (Act. X, 34), secreta regni benigne aperuit. Huic inquiens: Pecunia tua tecum sit in perditionem (Act. VIII, 20), per districtae damnationis sententiam coelestis aulae aditum claudit.

Porque, por tanto, los perseguidores de la santa Iglesia, inquietos por la inestabilidad del corazón y entregados a este siglo, no saborean cosas maduras, sino pueriles, los cuales ciertamente son constreñidos por la oscuridad y la calígine, no por el entendimiento del juicio supremo, para que no puedan perseguir tanto como quieren, se dicen envueltos en pañales de infancia, porque, como se ha dicho, saborean ciertamente cosas pueriles, pero constreñidos por la divina dispensación, no extienden los brazos a donde quieren, y si desean perpetrar ligeramente todos los males, de ningún modo se les permite cumplir todo lo que desean. Sigue:

VERS. 10.---Lo rodeé con mis términos.

Con sus términos el Señor rodea el mar, porque modifica las iras de los perseguidores por la dispensación de sus juicios, para que la tumida onda del insano fervor se rompa en la playa llana de la oculta dispensación. Sigue:

Capítulo XVIII

[Vet. XVI].

VERS. 10, 11.---Y puse cerrojo y puertas, y dije: Hasta aquí vendrás, y no pasarás más adelante, y aquí quebrantarás tus hinchadas olas.

38. Los santos predicadores como puertas opuestas al mar del siglo que ruge, pudieron ser golpeados por las olas, no rotos, fortaleciéndolos Cristo. Estas puertas abiertas a los humildes y cerradas a los soberbios.---¿Qué se designa por las puertas sino los predicadores santos, qué por el cerrojo sino el Señor encarnado? El cual ciertamente opuso estas puertas contra el ímpetu del mar que ruge tanto más valientes, cuanto las robusteció con su propia observación. Pues porque estas puertas de la santa Iglesia fueron consolidadas por la oposición de este cerrojo, pudieron ciertamente ser golpeadas por las olas, pero no pudieron ser rotas, de modo que la onda de la persecución las hiriera exteriormente, pero de ningún modo penetrara lo interno de su corazón. Y porque los doctores santos están ciertamente abiertos por la predicación a los que siguen, pero cerrados por su autoridad a los que resisten, no sin razón son llamados puertas, esto es, abiertas a la conversación de los humildes y cerradas a los terrores de los soberbios. No sin razón son llamados puertas, porque tanto abren el ingreso a los fieles, como de nuevo se oponen a los pérfidos para que no entren. Pensemos qué puerta de la Iglesia existió en Pedro, quien recibió a Cornelio que investigaba la fe, y rechazó a Simón que buscaba milagros por un precio. Diciendo a aquel: En verdad he hallado que Dios no hace acepción de personas (Hech. 10, 34), abrió benignamente los secretos del reino. Diciendo a este: Tu dinero sea contigo para perdición (Hech. 8, 20), por la sentencia de la estricta condenación cierra el acceso al aula celestial.

Quid cuncti apostoli nisi sanctae Ecclesiae ostia existunt, cum voce Redemptoris sui audiunt: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt (Joan. XX, 22)? Ac si illis aperte diceretur: Per vos ingredientur ad me hi quibus vosmetipsos panditis; et repellentur quibus obseratis. Igitur dum mare saevit, Dominus vectem et ostia opponit, quia ab amaris et perfidis cordibus dum persecutionis procella se dilatat in mundo, Deus unigeniti sui gloriam praedicatorumque ejus reverentiam exaltat; et dum innotescit mysteria divinae fortitudinis, frangit in impiis fluctus furoris.

39. Divina providentia persecutionis procella aut prosilit, aut conquiescit.---Bene autem dicitur: Hucusque venies, et non procedes amplius. Quia nimirum judicii occulti mensura est, et quando persecutionis procella prosiliat, et quando conquiescat, ne aut non exagitata electos non exerceat, aut non moderata in profundum mergat. Cum vero notitia fidei usque ad persequentes extenditur, turbati maris tumor sedatur; ibique fluctus suos mare frangit, quia ad cognitionem veritatis veniens, omne quod nequiter egit erubescit. Fracta quippe unda in se reliditur, quia victa nequitia etiam per cogitationem sui cordis accusatur; et quasi ipsam vim quam intulerat recipit, quia de pravitate quam gesserat reatus sui stimulos sentit. Unde quibusdam per Paulum dicitur: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis (Rom. VI, 21)? Ac si diceretur: Quid se in altum fluctus vestrae pravitatis extulerunt, qui nunc in semetipsis fracti, unde perversos vos inflaverant, conversos inde confundunt? Recte itaque dicitur: Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Quod vero in hac conclusione maris secundo de ostiis dicitur, more sacri eloquii, res semel dicta pro confirmatione replicatur.

40. Per mare intelligi potest saeculum, cui Deus ostia opposuit, legis et Novi Testamenti praecepta.---Si autem hoc in loco mare accipere non specialiter turbam persequentium, sed generaliter saeculum debemus, secundo contra hoc mare Dominus ostia opposuit, quia et prius humano generi praecepta legis, et postmodum novae gratiae testamentum dedit. Secundo objectis ostiis hujus maris impetum clausit, quia eos quos ad obsequium sui cultus assumpsit, et prius ab idolis data lege coercuit, et post ab intellectu carnali gratia revelata correxit.

¿Qué son todos los apóstoles sino puertas de la santa Iglesia, cuando oyen por la voz de su Redentor: Recibid el Espíritu Santo; a quienes perdonareis los pecados, les son perdonados; y a quienes los retuviereis, les son retenidos (Jn. 20, 22)? Como si se les dijera abiertamente: Por vosotros entrarán a mí aquellos a quienes vosotros mismos os abráis; y serán repelidos aquellos para quienes estéis cerrados. Por tanto, mientras el mar ruge, el Señor opone el cerrojo y las puertas, porque mientras la tormenta de la persecución se dilata en el mundo desde los corazones amargos y pérfidos, Dios exalta la gloria de su unigénito y la referencia de sus predicadores; y mientras se dan a conocer los misterios de la divina fortaleza, quebranta en los impíos los flujos del furor.

39. Por la divina providencia la tormenta de la persecución o prosigue o descansa.---Bien se dice, pues: Hasta aquí vendrás, y no pasarás más adelante. Porque sin duda es la medida del juicio oculto, tanto cuándo la tormenta de la persecución prosiga como cuándo descanse, para que o bien no agitada no ejercite a los elegidos, o bien no moderada no los sumerja en lo profundo. Pero cuando la noticia de la fe se extiende hasta los perseguidores, el tumor del mar turbado se calma; y allí el mar quebranta sus olas, porque llegando al conocimiento de la verdad, se avergüenza de todo lo que hizo inicuamente. Pues la onda quebrantada se vuelve sobre sí misma, porque la maldad vencida es también acusada por el pensamiento de su propio corazón; y como que recibe la misma fuerza que había inferido, porque por la pravidad que había cometido siente los estímulos de su propio reato. De donde se dice a algunos por Pablo: ¿Qué fruto tuvisteis entonces de aquellas cosas de las que ahora os avergonzáis? (Rom. 6, 21). ¿Por qué se elevaron a lo alto las olas de vuestra pravidad, las cuales ahora quebrantadas en sí mismas, desde donde os habían inflado cuando perversos, desde allí os confunden ahora conversos? Rectamente, pues, se dice: Y aquí quebrantarás tus hinchadas olas. Pero lo que en esta conclusión del mar se dice por segunda vez sobre las puertas, al modo de la sagrada elocuencia, la cosa dicha una vez se replica para confirmación.

40. Por el mar puede entenderse el siglo, al cual Dios opuso puertas, los preceptos de la ley y del Nuevo Testamento.---Pero si en este lugar debemos tomar el mar no especialmente como la turba de los perseguidores, sino generalmente como el siglo, el Señor opuso puertas contra este mar dos veces, porque dio primero al género humano los preceptos de la ley, y después el testamento de la nueva gracia. Cerró el ímpetu de este mar con las puertas objetadas dos veces, porque a aquellos que asumió para el obsequio de su culto, tanto los coartó primero de los ídolos por la ley dada, como después los corrigió del entendimiento carnal por la gracia revelada.

Secundo mare ostia accepit, quia humanum genus prius Deus ab operibus iniquitatis prohibuit, postmodum vero etiam a cogitationis culpa constrinxit. Videamus quemadmodum prima tumenti mari Dominus ostia imponat. Ecce enim per Legem dicitur: Non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices (Exod. XX, 13, 14). Videamus quemadmodum secundis hoc mare Dominus ostiis claudat. Ecce in Evangelio dicit: Audistis quia dictum est antiquis: Non moechaberis; ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est eam in corde suo (Matth. V, 27). Rursumque dicitur: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, et benefacite his qui oderunt vos (Ibid. V, 43, 44). Qui igitur prius nequitias operis prohibet, et postmodum culpas cordis exhaurit, nimirum tumenti mari, ne circumducta justitiae littora transeat, bis ostia imponit.

[Vet. XVII.] 41. Mundo suae origini adhuc vicino, leges positae. Cui tamen Deus nondum illuxerat. Sub litterae caligine quasi pannis infantiae obvolutus mundus. Prius timore ligatus, postea libertatem consecutus. Lex vetus imperfecta et infirma.--- Bene autem cum diceret: Quis conclusit ostiis mare. Illico et tempus adjunxit, dicens: Quando erumpebat, quasi de vulva procedens. Quia videlicet tunc humano generi praeceptis legis obviavit, quando adhuc saeculum suae origini vicinum, quasi ab ortu proprio ad profectum vitae carnalis exibat. De vulva quippe procedere est in luce praesentis gloriae carnaliter apparere. Et recte subjungitur: Cum ponerem nubem vestimentum ejus. Quia nimirum Deus hominibus non tunc aperta ostensione se intulit, sed dum eos ab errore perfidiae eripuit, nec tamen illis claritatem sui luminis patefecit, quasi ex tenebris eos abstulit, sed adhuc nube vestivit, ut et pristina pravitatis acta relinquerent, et tamen ventura bona adhuc certius non viderent. Unde et apte subditur: Et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem. Dum enim rudes populos non aperta spiritus praedicatione edocuit, sed figurata locutione praeceptis litterae astrinxit, adhuc infirma sapientes verborum suorum caligine quasi pannis infantiae obvolvit, ut mandatis grossioribus ligati crescerent, ne male liberi in suis voluptatibus perirent. Quos ad viam justitiae dum non jam charitas, sed adhuc timor astringeret, divina dispensatio quasi pressit ut nutriret. Infirmus namque populus cum praeceptorum pannos nolens pertulit, ad firmiorem statum ex ipsa sua ligatione pervenit.

Dos veces recibió el mar las puertas, porque Dios primero prohibió al género humano las obras de iniquidad, pero después también lo constriñó de la culpa del pensamiento. Veamos de qué modo el Señor impone las primeras puertas al mar que se hincha. He aquí que por la Ley se dice: No matarás, no cometerás adulterio, no hurtarás, no dirás falso testimonio (Éx. 20, 13. 14). Veamos de qué modo cierra el Señor este mar con las segundas puertas. He aquí que en el Evangelio dice: Habéis oído que fue dicho a los antiguos: No cometerás adulterio; pero yo os digo, que todo el que viere a una mujer para codiciarla, ya cometió adulterio con ella en su corazón (Mt. 5, 27. 28). Y de nuevo se dice: Habéis oído que fue dicho: Amarás a tu prójimo y odiarás a tu enemigo; pero yo os digo: Amad a vuestros enemigos, y haced bien a los que os odian (Ibíd. 5, 43. 44). Quien, por tanto, primero prohíbe las maldades de la obra, y después agota las culpas del corazón, sin duda impone dos veces puertas al mar que se hincha, para que no traspase las riberas rodeadas de la justicia.

[Vet. XVII.] 41. Leyes puestas para el mundo todavía cercano a su origen. Al cual, sin embargo, Dios aún no le había iluminado. El mundo envuelto bajo la calígine de la letra como en pañales de infancia. Primero ligado por el temor, después habiendo conseguido la libertad. La ley antigua imperfecta y débil.---Bien, pues, al decir: Quién cerró con puertas el mar, al punto añadió también el tiempo, diciendo: Cuando brotaba, como saliendo del útero. Porque a saber entonces salió al encuentro del género humano con los preceptos de la ley, cuando todavía el siglo estaba cercano a su origen, y como que salía de su propio nacimiento al progreso de la vida carnal. Pues salir del útero es aparecer carnalmente en la luz de la presente gloria. Y rectamente se añade: Cuando puse la nube como su vestidura. Porque sin duda Dios no se introdujo entonces a los hombres con una abierta ostentación, sino que mientras los arrancó del error de la perfidia, no les manifestó sin embargo la claridad de su luz; como que los sacó de las tinieblas, pero todavía los vistió con una nube, para que tanto abandonaran los hechos de la antigua pravidad como, sin embargo, todavía no vieran más ciertamente los bienes futuros. De donde también aptamente se añade: Y con la calígine lo envolví como con pañales de infancia. Pues mientras no enseñó a los pueblos rudos con una abierta predicación del espíritu, sino que los ligó con una locución figurada a los preceptos de la letra, envolvió a los que saboreaban cosas todavía débiles con la calígine de sus palabras como con pañales de infancia, para que ligados por mandatos más gruesos crecieran, no fuera que malamente libres perecieran en sus placeres. A los cuales mientras no ya la caridad, sino todavía el temor ligaba al camino de la justicia, la divina dispensación como que los apretó para nutrirlos. Pues el pueblo débil mientras soportó mal de su grado los pañales de los preceptos, llegó a un estado más firme por su misma ligadura.

Quia enim timor eum prius a culpa coercuit, competenter postmodum in libertatem spiritus exivit. Hos pannos infantiae, quos inchoantibus dedit, ipse per prophetam Dominus reprehendit, dicens: Dedi eis praecepta non bona (Ezech. XX, 25). Mala enim quasi mala esse desinunt comparatione pejorum, et bona quasi bona non sunt comparatione meliorum. Nam sicut pejus delinquenti Judaeae de Sodoma atque Samaria dicitur: Justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es (Ezech. XVI, 51), ita melioribus Novi Testamenti praeceptis subsequentibus praecepta bona quae rudibus data sunt non bona esse memorantur. Neque enim mentes usui vitae carnalis inhaerentes evehi ab infimis possent, nisi gradatim ducta praedicatione proficerent. Hinc quippe est quod, in Aegypto positis pio justoque moderamine latenti eorum concupiscentiae condescenditur, et vicinorum suorum vasis aureis argenteisque sublatis, discedere jubentur (Exod. III, 22). Qui ad Sina montem ducti, accepta lege, mox audiunt: Non concupisces rem proximi tui (Exod. XX, 17). Et hinc est quod in eadem lege oculum pro oculo, dentem pro dente praecipiuntur exigere (Exod. XXI, 24), et quandoque tamen, revelata gratia, percussi maxillam alteram jubentur praebere (Matth. V, 3). Quia enim plus semper ira in vindicta exigit quam injuria accepit, dum discunt mala non multiplicius reddere, quandoque discerent ea et multiplicata sponte tolerare. Hinc est quod eumdem rudem populum a quibusdam prohibuit, quaedam vero ei in usum pristinum servavit, sed haec ipsa tamen in melioris vitae figura composuit. Bruta namque animalia idolis in Aegypto mactabant, eique in usum postmodum animalium mactationem retinuit, sed idolorum cultum vetavit, ut dum de usu suo aliquid amitteret, consolaretur ejus infirmitas per hoc quod de usu suo aliquid haberet. Mira autem dispensatione consilii, quod ei Dominus de consuetudine carnali retinuit, hoc in figuram spiritus potentius vertit. Quid enim sacrificia illorum animalium nisi unigeniti mortem designant? Quid sacrificia illorum animalium nisi exstinctionem carnalis nostrae vitae significant? Unde ergo imbecillitati populi rudis condescenditur, inde ei per obumbratas allegoriarum species major fortitudo spiritus nuntiatur. Recte itaque dicitur: Et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem, quia unde ejus teneritudinis infirma pertulit, inde altam significationum spiritalium nubem fecit.

Porque puesto que el temor lo coartó primero de la culpa, convenientemente después salió a la libertad del espíritu. Estos pañales de infancia, que dio a los que comenzaban, el mismo Señor los reprendió por el profeta, diciendo: Les di preceptos no buenos (Ez. 20, 25). Pues las cosas malas como que dejan de ser malas por comparación con las peores, y las cosas buenas como que no son buenas por comparación con las mejores. Pues como a la Judea que delinque peor se le dice sobre Sodoma y Samaria: Justificaste a tus hermanas en todas tus abominaciones que operaste (Ez. 16, 51), así por los mejores preceptos del Nuevo Testamento subsiguientes se recuerda que los preceptos buenos que fueron dados a los rudos no son buenos. Pues ni las mentes inherentes al uso de la vida carnal podrían ser elevadas de lo ínfimo si no progresaran por una predicación llevada gradualmente. De aquí es, pues, que a los puestos en Egipto se les condesciende con su latente concupiscencia por un piadoso y justo moderamen, y quitados los vasos de oro y plata de sus vecinos, se les manda partir (Éx. 3, 22). Los cuales llevados al monte Sinaí, recibida la ley, pronto oyen: No codiciarás la cosa de tu prójimo (Éx. 20, 17). Y de aquí es que en la misma ley se les manda exigir ojo por ojo, diente por diente (Éx. 21, 24), y sin embargo alguna vez, revelada la gracia, se les manda ofrecer la otra mejilla al ser golpeados (Mt. 5, 39). Porque puesto que siempre la ira exige más en la venganza que lo que recibió en la injuria, mientras aprenden a no devolver los males con multiplicidad, alguna vez aprenderían a tolerarlos incluso multiplicados espontáneamente. De aquí es que a ese mismo pueblo rudo le prohibió algunas cosas, pero algunas cosas se las preservó para el uso antiguo, pero estas mismas cosas sin embargo las compuso en la figura de una vida mejor. Pues sacrificaban animales brutos a los ídolos en Egipto, y él les retuvo después la matanza de animales en el uso, pero vedó el culto de los ídolos, para que mientras perdiera algo de su uso, se consolara su debilidad por esto de que tenía algo de su uso. Pero por una maravillosa dispensación del consejo, lo que el Señor le retuvo de la costumbre carnal, lo convirtió más potentemente en figura del espíritu. Pues ¿qué designan los sacrificios de aquellos animales sino la muerte del unigénito? ¿Qué significan los sacrificios de aquellos animales sino la extinción de nuestra vida carnal? De donde, pues, se condesciende con la imbecilidad del pueblo rudo, desde allí se le anuncia por las especies sombreadas de las alegorías una mayor fortaleza del espíritu. Rectamente, pues, se dice: Y con la calígine lo envolví como con pañales de infancia, porque de donde soportó lo débil de su ternura, desde allí hizo una alta nube de significaciones espirituales.

[Vet. XVIII.] 42. Immoderatis animi motibus opposita novae vitae praecepta exemplis Christi roborata.---Quem quia praeceptorum limite ab immoderatis animi evagationibus cinxit, recte subjicit: Circumdedi illud terminis meis. Et quia hujus humani generis motus misso Mediatore coercuit, apte subjungit: Et posui vectem et ostia. Vectem quippe et ostia posuit, quia Redemptore nostro contra culpas delinquentium misso, novae vitae praedicamenta firmavit. Clausa namque ostia opposito vecte roborantur. Vectem ergo Deus opposuit, quia contra lascivos motus humani generis unigenitum misit, qui praecepta spiritalia, quae loquendo docuit, agendo solidavit. Bene autem subditur: Et dixi: Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Hoc quippe mare ostia priora transcenderat, quia claustra legis oppositae humani tumoris unda transiliebat. At postquam mundus oppositum sibi unigenitum reperit, elationis suae impetum fregit, et transire non valuit, quia ejus fortitudine furoris sui terminum clausum invenit. Unde recte per Prophetam dicitur: Mare vidit, et fugit (Psal. CXIII, 3). Possunt etiam per ostia apertae passiones ejus non inconvenienter intelligi. Quibus ex occulto vectem posuit, quia eas ex invisibili divinitate roboravit. Contra quas mundi fluctus veniunt, sed fracti dissiliunt, quia superbi eas videndo despiciunt, sed earum vires experiendo pertimescunt. Nam dum passiones unigeniti humanum genus prius irrisit, postmodum expavit; quasi contra opposita ostia, more elidendi maris, et tumore elatum venit, et fractum virtute dissiluit.

Sed quia idcirco hoc ad beatum Job dicitur, ut de tot virtutibus cordis ejus gloria premeretur, ne sibi fortasse tribuat quod se stare sublimiter non ignorat, cum quanta ejus aedificatione sint dicta perpendimus, si haec etiam moraliter disseramus. Dicat itaque:

CAPUT XIX.

VERS. 8.---Quis conclusit ostiis mare?

43. Cor humanum mare fervens, quod Deus solus valet coercere.---Quid est mare, nisi cor nostrum furore turbidum, rixis amarum, elatione superbiae tumidum, fraude malitiae obscurum? Quod mare quantum saeviat, attendit quisquis in se occultas cogitationum tentationes intelligit.

[Vet. XVIII.] 42. Preceptos de la nueva vida opuestos a los inmoderados movimientos del ánimo, robustecidos por los ejemplos de Cristo.---A quien porque ciñó con el límite de los preceptos de las inmoderadas divagaciones del ánimo, rectamente añade: Lo rodeé con mis términos. Y porque coartó los movimientos de este género humano enviado el Mediador, aptamente añade: Y puse cerrojo y puertas. Pues puso cerrojo y puertas porque enviado nuestro Redentor contra las culpas de los delincuentes, afirmó los predicamentos de la nueva vida. Pues las puertas cerradas se robustecen con el cerrojo opuesto. Dios, pues, opuso el cerrojo porque contra los lascivos movimientos del género humano envió al Unigénito, quien consolidó obrando los preceptos espirituales que enseñó hablando. Bien, pues, se añade: Y dije: Hasta aquí vendrás, y no pasarás más adelante, y aquí quebrantarás tus hinchadas olas. Pues este mar había trascendido las puertas anteriores, porque la onda del tumor humano saltaba los cerrojos de la ley opuesta. Pero después de que el mundo halló al Unigénito opuesto a sí, quebrantó el ímpetu de su elación, y no pudo pasar, porque por su fortaleza halló cerrado el término de su furor. De donde rectamente se dice por el Profeta: El mar lo vio y huyó (Sal. 113, 3). También pueden entenderse no inconvenientemente por las puertas sus abiertas pasiones. A las cuales puso un cerrojo desde lo oculto, porque las robusteció desde la divinidad invisible. Contra las cuales vienen las olas del mundo, pero quebrantadas saltan, porque los soberbios al verlas las desprecian, pero al experimentar sus fuerzas las temen. Pues mientras el género humano primero se burló de las pasiones del Unigénito, después se espantó; como contra puertas opuestas, al modo del mar que ha de ser rechazado, tanto vino elado por el tumor, como quebrantado por la virtud saltó.

Pero porque por esto se dice esto al bienaventurado Job, para que por tantas virtudes la gloria de su corazón fuera reprimida, no fuera que tal vez se atribuya a sí lo que no ignora que está en pie sublimemente, consideramos con cuánta edificación suya fueron dichas estas cosas, si también disertamos estas cosas moralmente. Diga, pues:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 8.---¿Quién cerró con puertas el mar?

43. El corazón humano, mar hirviente que solo Dios puede coartar.---¿Qué es el mar sino nuestro corazón turbio por el furor, amargo por las riñas, turgente por la elación de la soberbia, oscuro por el fraude de la malicia? Mar que cuánto ruge, lo atiende quienquiera que entiende en sí las ocultas tentaciones de los pensamientos.

Ecce enim jam perversa relinquimus, jam desideriis rectis inhaeremus, jam prava opera foris abscindimus; sed tamen latenter intus ea cum qua huc venimus vitae veteris procella fatigamur, quam nisi respectu judicii et aeterni pavore tormenti immensi timoris claustra constringerent, cuncta in nobis penitus superaedificati operis fundamenta corruissent. Si enim quod per suggestionem saevit intrinsecus, per deliberationem foras erumperet, vitae nostrae fabrica funditus eversa jacuisset. In iniquitate namque concepti, et in delicto editi (Psal. L, 7), per insitae corruptionis molestias pugnam nobiscum huc deferimus, quam cum labore vincamus. Unde et recte de hoc mari dicitur: Quando erumpebat, quasi de vulva procedens. Vulva enim pravae cogitationis adolescentia est. De qua per Moysen Dominus dicit: Sensus enim et cogitatio humani cordis prona est in malum ab adolescentia sua (Genes. VIII, 21). Corruptionis namque malum, quod unusquisque nostrum ab ortu desideriorum carnalium sumpsit, in provectu aetatis exercet; et nisi hoc citius divinae formidinis manus reprimat, omne conditae naturae bonum repente culpa in profundum vorat. Nemo igitur sibi cogitationum suarum victoriam tribuat, cum Veritas dicat: Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulva procedens? Quia nisi ab ipso cogitationis primordio cordis fluctus gratia divina retineret, tentationum procellis mare saeviens terram procul dubio humanae mentis obruisset, ut salsis fluctibus perfusa aresceret, id est perniciosis carnis voluptatibus delectata deperiret. Solus ergo Dominus ostiis mare concludit, qui pravis motibus cordis claustra inspiratae formidinis objicit. Quia vero ea quae cernimus sequi prohibemur, quia a corporearum rerum delectatione retundimur, libet etiam ad invisibilia oculos mentis attollere, atque haec ipsa quae sequi praecipimur videre. Sed quid agimus? Infirmis illa obtutibus necdum patent. Ecce ad eorum amorem vocamur, sed tamen a visione restringimur, quia et si quando aliquid furtim parumque aspicimus, sub incerto nimis adhuc visu caligamus. Unde apte subjungitur:

Caput XX

[Vet. XIX].

VERS. 9.---Cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem.

Pues he aquí que ya abandonamos las cosas perversas, ya nos adherimos a los deseos rectos, ya cortamos por fuera las obras depravadas; pero sin embargo somos fatigados latente e internamente por aquella tormenta de la vida vieja con la que vinimos aquí, la cual, si los cerrojos de un inmenso temor no la constriñeran por el respeto al juicio y el pavor del tormento eterno, todos los fundamentos de la obra sobreedificada en nosotros se habrían derrumbado totalmente. Pues si lo que ruge intrínsecamente por la sugestión, brotara fuera por la deliberación, la fábrica de nuestra vida yacería totalmente subvertida. Pues concebidos en la iniquidad y nacidos en el pecado (Sal. 50, 7), traemos aquí con nosotros por las molestias de la corrupción inserta una lucha que venzamos con trabajo. De donde también rectamente se dice de este mar: Cuando brotaba, como saliendo del útero. Pues el útero de la depravada cogitación es la adolescencia. Sobre la cual dice el Señor por Moisés: Pues el sentido y la cogitación del corazón humano es propensa al mal desde su adolescencia (Gén. 8, 21). Pues el mal de la corrupción, que cada uno de nosotros tomó desde el nacimiento de los deseos carnales, lo ejercita en el progreso de la edad; y si esto no lo reprimiera más pronto la mano del temor divino, la culpa devora de repente en lo profundo todo el bien de la naturaleza creada. Nadie, pues, se atribuya a sí la victoria de sus pensamientos, cuando la Verdad dice: ¿Quién cerró con puertas el mar, cuando brotaba, como saliendo del útero? Porque si desde el mismo primordio de la cogitación la gracia divina no retuviera los flujos del corazón, el mar rugiente con las tormentas de las tentaciones habría inundado sin duda la tierra de la mente humana, para que infundida con flujos salados se secará, esto es, deleitada con los perniciosos placeres de la carne pereciera. Solo el Señor, pues, cierra el mar con puertas, quien opone a los depravados movimientos del corazón los cerrojos del temor inspirado. Pero porque se nos prohíbe seguir las cosas que vemos, porque somos rechazados del deleite de las cosas corpóreas, place también elevar los ojos de la mente a las cosas invisibles, y ver estas mismas cosas que se nos manda seguir. ¿Qué hacemos? A las miradas débiles aquellas cosas aún no están patentes. He aquí que somos llamados al amor de ellas, pero sin embargo somos restringidos de la visión, porque incluso si alguna vez vemos algo a hurtadillas y poco, todavía estamos en la calígine bajo una vista demasiado incierta. De donde aptamente se añade:

Capítulo XX

[Ant. XIX].

VERS. 9.---Cuando yo ponía la nube por vestidura suya, y con la calígine lo envolvía como con pañales de la infancia.

44. Hoc mare tenebris et caligine obvolvitur.---Hoc mare tumultuosum, videlicet cogitationibus fluctuans cor nostrum nube vestitur, quia ne internam quietem pure conspiciat, inquietudinis suae confusione tenebratur. Hoc mare caligine quasi pannis infantiae obvolvitur, quia a contemplandis sublimibus adhuc teneris sensibus suae infirmitatis ligatur. Videamus Paulum quadam caligine quasi infantiae pannis obvolutum, dum ait: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum (I Cor. XIII, 12). Qui si se ad comprehendenda coelestia infantem non cerneret, aetatis suae ad haec comparationem nullo modo praemisisset, dicens: Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Tunc ergo ad robur juvenile conscendimus, cum forti sensu eam ad quam tendimus vitam videmus; nunc autem quia intentionis nostrae acies per infirmitatem suam ab interna luce retunditur, mens nostra ligata infantiae pannis tenetur. Ubi apte subjungitur:

CAPUT XXI.

VERS. 10.---Circumdedi illud terminis meis.

45. Qui termini huic mari positi.---Terminis enim suis Dominus hoc mare circumdat, quia cor nostrum adhuc corruptionis suae molestia et cura turbulentum sub mensura contemplationis humiliat, ut licet plus appetat, ultra tamen quam sibi conceditur non ascendat. Vel certe terminis suis Dominus hoc mare circumdat, quia cor nostrum tentationibus tumidum occultis donorum distributionibus mitigat, modo agens ne prava suggestio ad delectationem veniat, modo ne prava delectatio usque ad consensum prorumpat. Qui ergo illicitos motus cordis respicit, et in quibusdam eos usque ad consensum venire prohibet, in quibusdam vero illos etiam a delectatione restringit, nimirum furenti mari terminos imponit, ut nequaquam in opere exeat, sed intra sinum mentis tentationum submurmurans se unda collidat. Quae quia tunc valenter restringitur, cum ei delectatione Dei atque inspiratis virtutibus obviatur, recte subjungitur:

CAPUT XXII

VERS. 10, 11.---Et posui vectem et ostia, et dixi. Hucusque venies, et non procedes amplius; et hic confringes tumentes fluctus tuos.

44. Este mar es envuelto en sombras y calígine.---Este mar tumultuoso, a saber, nuestro corazón fluctuante por los pensamientos, es vestido con una nube, porque para que no contemple puramente la quietud interna, es oscurecido por la confusión de su propia inquietud. Este mar es envuelto en la calígine como con pañales de la infancia, porque es ligado de contemplar las cosas sublimes por los sentidos todavía tiernos de su propia enfermedad. Veamos a Pablo envuelto en una cierta calígine como con pañales de la infancia, mientras dice: Vemos ahora por un espejo en enigma, pero entonces cara a cara. Ahora conozco en parte, pero entonces conoceré así como también soy conocido (1 Cor. 13, 12). Quien, si no se viera a sí mismo infante para comprender las cosas celestiales, de ningún modo habría antepuesto la comparación de su edad a estas cosas, diciendo: Cuando yo era párvulo, hablaba como párvulo, sabía como párvulo, pensaba como párvulo. Entonces, pues, ascendemos al vigor juvenil, cuando con un sentido fuerte vemos aquella vida hacia la que tendemos; pero ahora, porque el filo de nuestra intención es rechazado de la luz interna por su propia enfermedad, nuestra mente es tenida ligada por los pañales de la infancia. Donde aptamente se añade:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 10.---Lo rodeé con mis términos.

45. Qué términos han sido puestos a este mar.---Pues el Señor rodea este mar con sus términos, porque humilla nuestro corazón, todavía turbulento por la molestia y el cuidado de su propia corrupción, bajo la medida de la contemplación, para que aunque apetezca más, no ascienda sin embargo más allá de lo que se le concede. O ciertamente el Señor rodea este mar con sus términos, porque mitiga nuestro corazón turgente por las tentaciones mediante las ocultas distribuciones de los dones, actuando a veces para que la depravada sugestión no llegue al deleite, a veces para que el depravado deleite no prorrumpa hasta el consentimiento. Aquel, pues, que mira los movimientos ilícitos del corazón, y en algunos prohíbe que lleguen hasta el consentimiento, pero en otros incluso los restringe del deleite, sin duda impone términos al mar furioso, para que de ningún modo salga a la obra, sino que dentro del seno de la mente la onda susurrante de las tentaciones se estrelle. La cual, porque entonces es valientemente restringida, cuando se le opone el deleite de Dios y las virtudes inspiradas, rectamente se añade:

CAPÍTULO XXII

VERS. 10, 11.---Y puse mi cerrojo y puertas, y dije: Hasta aquí vendrás, y no procederás más allá; y aquí quebrantarás tus turgentes olas.

46. Virtutes dissipat illud mare saeviens, nisi charitate firmentur.---Quid enim moraliter per ostia, nisi virtutes; quid per vectem, nisi robur charitatis accipimus? Haec itaque ostia, scilicet operationum virtututes, mare saeviens dissipat, nisi eas ex occulto mentis opposita charitas astringat. Facile autem omne virtutum bonum tentatione cordis irruente destruitur, nisi ab intimis fixa charitate solidetur. Unde et Paulus in suis praedicationibus dum quaedam virtutum ostia mari tentationis opponeret, illico eisdem ostiis quasi robur vectis adjunxit, dicens: Super omnia autem haec charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis (Coloss. III, 14). Perfectionis enim vinculum charitas dicitur, quia omne bonum quod agitur nimirum per illam ne pereat ligatur. A tentatore namque citius quodlibet opus evellitur, si solutum a vinculo charitatis invenitur; si autem mens Dei ac proximi dilectione constringitur, cum tentationum motus quaelibet ei injusta suggesserint, obicem se illis ipsa dilectio opponit, et pravae suasionis undas virtutum ostiis ac vecte intimi amoris frangit. [Vet. XX.] Quia ergo Dominus per inspiratae charitatis fortitudinem nascentia in corde vitia reprimit, insurgentis maris impetum per obserata claustra compescit. Ira fortasse in occulto exasperat; sed ne quies superna perdatur, perturbationi mentis officium linguae subtrahitur, ne usque ad vocem exeat, quod in sinu cordis tumultuosum sonat. Luxuria in occultis cogitationibus accenditur; sed ne supernam munditiam mens amittat, conceptae immunditiae ea quae famulari poterant membra castigat, ne usque ad corruptionem corporis exhalet fetor cordis. Avaritia stimulat; sed ne coelesti regno mens careat, intra claustra se parcimoniae contenta propriis ligat, ne in pravo se opere dilatet, et usque ad exteriores actus internae concupiscentiae aestus exsudet. Superbia inflat; sed ne veram celsitudinem amittat, considerando quisque quia pulvis est ab altitudine se conceptae elationis humiliat, certans nimirum ne quod in suggestione cogitationis tolerat in exercitationem operis erumpat. Bene ergo dicitur: Posui vectem et ostia, et dixi: Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos, quia dum electus quisque et tentatur vitiis, et tamen facere male suggesta renititur, quasi mare clausum tenetur. Quod etsi intus tumultuosis cogitationum fluctibus mentem percutit, statuta tamen bene vivendi littora non excedit.

46. Aquel mar rugiente disipa las virtudes, si no son afirmadas por la caridad.---Pues ¿qué recibimos moralmente por las puertas sino las virtudes; qué por el cerrojo sino el vigor de la caridad? Así pues, estas puertas, a saber, las virtudes de las operaciones, el mar rugiente las disipa, si la caridad opuesta desde lo oculto de la mente no las estrechara. Fácilmente, pues, todo el bien de las virtudes es destruido por la irrupción de la tentación del corazón, si desde lo íntimo no es solidificado por la caridad fija. De donde también Pablo en sus predicaciones, mientras oponía ciertas puertas de las virtudes al mar de la tentación, al punto añadió a esas mismas puertas como el vigor de un cerrojo, diciendo: Sobre todas estas cosas teniendo caridad, que es el vínculo de la perfección (Col. 3, 14). Pues la caridad es llamada vínculo de la perfección, porque todo bien que se hace, sin duda por ella es ligado para que no perezca. Pues por el tentador más pronto es arrancada cualquier obra, si es hallada suelta del vínculo de la caridad; pero si la mente es constreñida por la dilección de Dios y del prójimo, cuando los movimientos de las tentaciones le hayan sugerido cualquier cosa injusta, esa misma dilección se opone como óbice a ellos, y rompe las ondas de la depravada persuasión con las puertas de las virtudes y el cerrojo del amor íntimo. [Ant. XX.] Porque, pues, el Señor por la fortaleza de la caridad inspirada reprime los vicios que nacen en el corazón, reprime el ímpetu del mar insurgente por los cerrojos cerrados. La ira tal vez exaspera en lo oculto; pero para que no se pierda la quietud suprema, se sustrae a la perturbación de la mente el oficio de la lengua, para que no salga hasta la voz lo que suena tumultuosamente en el seno del corazón. La lujuria se enciende en los pensamientos ocultos; pero para que la mente no pierda la limpieza suprema, castiga aquellos miembros que podrían servir a la inmundicia concebida, para que no exhale hasta la corrupción del cuerpo el hedor del corazón. La avaricia estimula; pero para que la mente no carezca del reino celestial, se liga dentro de los cerrojos de la parsimonia, contenta con lo propio, para que no se dilate en la obra depravada, y el calor de la concupiscencia interna sude hasta los actos exteriores. La soberbia infla; pero para que no pierda la verdadera altura, considerando cada uno que es polvo, se humilla de la altura de la elación concebida, luchando sin duda para que lo que tolera en la sugestión del pensamiento no prorrumpa en la ejercitación de la obra. Bien, pues, se dice: Puse mi cerrojo y puertas, y dije: Hasta aquí vendrás, y no procederás más allá, y aquí quebrantarás tus turgentes olas, porque mientras cada electo es tentado por los vicios, y sin embargo se resiste a hacer lo mal sugerido, es tenido como un mar cerrado. El cual, aunque golpee la mente internamente con las olas tumultuosas de los pensamientos, no excede sin embargo las riberas establecidas del bien vivir.

Quod mare quidem in tumore se erigit, sed dum fixa deliberatione cordis illiditur, fractum redit. Beatus igitur Job ne sibi tribuat quod contra procellas cordis fortiter stat, voce divina audiat: Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulva procedens, et caetera. Ac si ei aperte diceretur: Incassum te exterius in bonis operibus pensas, si non me interius, qui in te tentationis undas compesco, consideras. Ut enim tu fluctus ferre possis in opere, meae virtutis est, qui fluctus frango tentationis in corde.

Mar que ciertamente se yergue en turgencia, pero mientras se estrella contra la fija deliberación del corazón, vuelve roto. No se atribuya, pues, el bienaventurado Job el que está firmemente contra las tormentas del corazón, oiga la voz divina: ¿Quién cerró con puertas el mar, cuando brotaba, como saliendo del útero?, y lo demás. Como si se le dijera abiertamente: En vano te pesas exteriormente en las buenas obras, si no me consideras a mí interiormente, que reprimo en ti las ondas de la tentación. Pues para que tú puedas llevar las olas en la obra, es de mi virtud, yo que rompo las olas de la tentación en el corazón.

LIBER VI

GESIMUS NONUS.

Explicantur capitis XXXVIII versus duo supra viginti a 12 ad 33 inclusive; multaque docentur, praesertim de Satanae artibus et insidiis, de gratia, de praedestinatione, reprobatione occultisque Dei judiciis.

CAPUT PRIMUM

1. Dei Filius in aeterna nativitate nobis ignotus, nasci voluit in tempore, ut se imitandum praeberet.---Dominus Deus noster Jesus Christus in eo quod virtus et sapientia Dei est, de Patre ante tempora natus est (I Cor. I, 24); vel potius quia nec coepit nasci, nec desiit, dicamus verius semper natus. Non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus videatur. At vero ut aeternus designari valeat et perfectus, semper dicamus et natus, quatenus et natus ad perfectionem pertineat, et semper ad aeternitatem, ut quocunque modo illa essentia sine tempore temporali valeat designari sermone; quamvis hoc ipso quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus, quia quod factum non est non potest dici perfectum. Et tamen infirmitatis nostrae verbis Dominus condescendens, ait: Estote perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est (Matth. V, 48). In illa itaque nativitate divina ab humano genere cognosci non poterat; proinde in humanitate venit ut videretur, videri voluit ut imitaretur. Quae carnis nativitas despecta visa est sapientibus mundi; contempserunt namque infirma humanitatis ejus, Deo haec indigna judicantes. Cui tanto magis homo debitor fuit, quanto pro illo Deus etiam indigna suscepit. Quia enim non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes (I Cor. I, 21). Ac si diceret: Cum Deum, qui est sapientia, nequaquam per sapientiam suam mundus inveniret, placuit ut Deum hominem factum per humanitatis stultitiam cognosceret, quatenus ejus sapientia ad nostra stulta descenderet, et lucem supernae prudentiae luto suae carnis illuminata nostra caecitas videret. Natus igitur ex Patre sine tempore, ex matre nasci est dignatus in tempore, ut per hoc quod ortum suum inter initium finemque concluderet, humanae mentis oculis ortum, qui nec initio sumitur, nec fine angustatur, aperiret. Unde bene nunc ad beatum Job dicitur:

Libro VI

GÉSIMO NOVENO.

Se explican veintidós versículos del capítulo 38, del 12 al 33 inclusive; y se enseñan muchas cosas, especialmente sobre las artes e insidias de Satán, sobre la gracia, sobre la predestinación, la reprobación y los ocultos juicios de Dios.

CAPÍTULO I

1. El Hijo de Dios en su nacimiento eterno desconocido para nosotros, quiso nacer en el tiempo, para ofrecerse a ser imitado.---El Señor nuestro Dios Jesucristo, en cuanto que es virtud y sabiduría de Dios, nació del Padre antes de los tiempos (1 Cor. 1, 24); o mejor, porque ni comenzó a nacer ni cesó, digamos con más verdad: siempre nacido. No podemos sin embargo decir: siempre nace, para que no parezca imperfecto. Pero para que pueda ser designado como eterno y perfecto, digamos siempre y nacido, en cuanto que nacido pertenezca a la perfección, y siempre a la eternidad, de modo que de cualquier manera aquella esencia sin tiempo pueda ser designada por el lenguaje temporal; aunque por esto mismo que llamamos perfecto, nos desviamos mucho de la expresión de aquella verdad, porque lo que no ha sido hecho no puede decirse perfecto. Y sin embargo el Señor, condescendiendo a las palabras de nuestra enfermedad, dice: Sed perfectos, como vuestro Padre celestial es perfecto (Mat. 5, 48). En aquel nacimiento divino, pues, no podía ser conocido por el género humano; por lo tanto vino en la humanidad para que fuera visto, quiso ser visto para que fuera imitado. Nacimiento de la carne que pareció despreciable a los sabios del mundo; pues despreciaron las cosas débiles de su humanidad, juzgándolas indignas de Dios. Al cual tanto más fue deudor el hombre, cuanto por él Dios asumió incluso cosas indignas. Porque, puesto que en la sabiduría de Dios, el mundo por la sabiduría no conoció a Dios, plugo a Dios por la necedad de la predicación salvar a los que creen (1 Cor. 1, 21). Como si dijera: Como el mundo de ningún modo encontraba a Dios, que es sabiduría, por su propia sabiduría, plugo que conociera a Dios hecho hombre por la necedad de la humanidad, para que su sabiduría descendiera a nuestras cosas necias, y nuestra ceguera iluminada viera la luz de la prudencia suprema por el barro de su carne. Nacido, pues, del Padre sin tiempo, se dignó nacer de madre en el tiempo, para que por esto, que incluyera su nacimiento entre el inicio y el fin, abriera a los ojos de la mente humana el nacimiento que ni se toma del inicio, ni se estrecha por el fin. De donde bien se dice ahora al bienaventurado Job:

Caput II

[Rec. II.]

VERS. 12.---Nunquid post ortum tuum praecepisti diluculo, et ostendisti aurorae locum suum?

2. Orto Domino, Ecclesia tanquam aurora a tenebris in lucem versa.---Subaudis ut ego. Ortus quippe divinitatis ejus ante et post non habet. Cui dum semper esse est per aeternitatem, dum omne quod labitur circumscribit, intra semetipsum temporum discursus claudit. Ortus vera humanitatis ejus, quia et coepit, et desiit, et ante et post habere a tempore accepit. Sed quia, dum ipse umbras nostrae temporalitatis suscepit, lumen nobis suae aeternitatis infudit, recte post hunc ortum quem creator sibi in tempore condidit locum suum sine tempore aurora cognovit. Quia enim diluculum vel aurora a tenebris in lucem vertitur, non immerito diluculi vel aurorae nomino omnis electorum Ecclesia designatur. Ipsa namque dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei ducitur, velut aurorae more in diem post tenebras splendore supernae claritatis aperitur. Unde et bene in Canticis canticorum dicitur: Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens (Cant. VI, 9)? Sancta enim Ecclesia coelestis vitae praemia appetens, aurora vocata est, quia dum peccatorum tenebras deserit, justitiae luce fulgescit.

[Vet. II.] 3. Quandiu vivimus, aurora est, non perfectus dies.---Habemus tamen subtilius aliquid quod considerata qualitate diluculi vel aurorae pensemus. Aurora namque vel diluculum noctem quidem praeteriisse nuntiant, nec tamen diei claritatem integram ostentant; sed dum illam pellunt, hanc suscipiunt, lucem tenebris permistam tenent. Quid itaque in hac vita omnes qui veritatem sequimur, nisi aurora vel diluculum sumus? quia et quaedam jam quae lucis sunt agimus, et tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquiis non caremus. Per Prophetam quippe Deo dicitur: Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (Psal. CXLII, 2). Rursumque scriptum est: In multis offendimus omnes (Jac. III, 2). Paulus quoque ait: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. VII, 23). Ubi ergo lex peccati cum lege mentis contendit, profecto adhuc aurora est, quia lux quae jam emicuit, necdum praetereuntes funditus tenebras pressit.

Capítulo II

[Rec. II.]

VERS. 12.---¿Acaso después de tu nacimiento mandaste al amanecer, y mostraste a la aurora su lugar?

2. Nacido el Señor, la Iglesia como la aurora convertida de las tinieblas a la luz.---Subentiendes: como yo. Pues el nacimiento de su divinidad no tiene antes ni después. Para la cual, mientras el ser es siempre por la eternidad, mientras circunscribe todo lo que se desliza, cierra dentro de sí mismo el discurso de los tiempos. Pero el nacimiento de su humanidad, porque comenzó y cesó, recibió del tiempo el tener antes y después. Pero porque, mientras él mismo asumió las sombras de nuestra temporalidad, nos infundió la luz de su eternidad, rectamente después de este nacimiento que el creador se hizo para sí en el tiempo, la aurora conoció su lugar sin tiempo. Pues porque el amanecer (diluculum) o la aurora (aurora) se convierte de las tinieblas a la luz, no sin mérito con el nombre de amanecer o aurora es designada toda la Iglesia de los electos. Pues ella misma, mientras es conducida de la noche de la infidelidad a la luz de la fe, como al modo de la aurora se abre al día después de las tinieblas por el esplendor de la claridad suprema. De donde también bien se dice en el Cantar de los cantares: ¿Quién es esta que progresa como la aurora naciente? (Cant. 6, 9). Pues la santa Iglesia, apeteciendo los premios de la vida celestial, es llamada aurora, porque mientras deja las tinieblas de los pecados, brilla con la luz de la justicia.

[Ant. II.] 3. Mientras vivimos, es aurora, no día perfecto.---Tenemos sin embargo algo más sutil que considerar pesando la calidad del amanecer o la aurora. Pues la aurora o el amanecer anuncian que la noche ciertamente ha pasado, pero no muestran la claridad íntegra del día; sino que mientras expulsan aquella, reciben esta, tienen la luz mezclada con las tinieblas. ¿Qué somos, pues, en esta vida todos los que seguimos la verdad, sino aurora o amanecer? porque ya hacemos algunas cosas que son de la luz, y sin embargo en algunas todavía no carecemos de los restos de las tinieblas. Pues por el Profeta se dice a Dios: No se justificará en tu presencia ningún viviente (Sal. 142, 2). Y de nuevo está escrito: En muchas cosas ofendemos todos (Sant. 3, 2). Pablo también dice: Veo otra ley en mis miembros que repugna a la ley de mi mente, y que me lleva cautivo en la ley del pecado, que está en mis miembros (Rom. 7, 23). Donde, pues, la ley del pecado contiende con la ley de la mente, profectamente todavía es aurora, porque la luz que ya emitió destellos, aún no ha oprimido totalmente las tinieblas que pasan.

Adhuc aurora est, quia dum lex carnis legem mentis, et lex mentis legem carnis percutit, inter se vicissim lux et umbra confligit. Unde rursum Paulus cum diceret: Nox praecessit (Rom. XIII, 12), nequaquam subdidit, Dies venit, sed Dies autem appropinquavit. Qui enim post discessum noctis jam non venisse sed appropinquasse diem insinuat, esse se procul dubio ante solem post tenebras adhuc in aurora demonstrat.

4. Dies erit, cum nullae peccati tenebrae supererunt.---Tunc autem plene sancta electorum Ecclesia dies erit, cum ei admista peccati umbra jam non erit. Tunc plene dies erit, quando interni luminis perfecto fervore claruerit. Tunc plene dies erit, quando nullam malorum suorum tentantem memoriam tolerans, omnes a se tenebrarum etiam reliquias abscondet. Unde et bene haec aurora quasi adhuc in transitu demonstratur, cum dicitur: Et ostendisti aurorae locum suum. Cui enim locus suus ostenditur, profecto ex alio ad aliud vocatur. Quid est enim locus aurorae, nisi perfecta claritas visionis aeternae? Ad quem cum perducta venerit, jam de transactae noctis tenebris nihil habet. Nunc autem adhuc tentationum molestias sustinens, quia per intentionem cordis ad aliud festinat Ecclesia, ad locum suum tendit aurora. Quem locus si mente non cerneret, in hujus vitae nocte remaneret. Sed cum quotidie contendit perfici, et in lucem quotidie augeri, locum suum jam conspicit, et plene sibi clarescere solem quaerit. Locum suum aurora considerat, quando sancta anima ad contemplandam conditoris sui speciem flagrat. Ad locum suum pertingere aurora satagebat, cum David diceret: Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei (Psal. XLI, 3)? Locum suum veritas aurorae monstrabat, cum per Salomonem diceret: Quid habet amplius sapiens a stulto; et quid pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita (Eccl. VI, 8)? Quem profecto locum etiam praecedentibus incarnationem suam patribus post ortum suum Dominus ostendit, quia nisi per prophetiae spiritum, incarnandum supernae patriae regem cognoscerent, bona ejusdem patriae quam essent desiderabilia non viderent. Locum suum veritas aurorae patefecit, cum Patrem coram discipulis petiit, dicens: Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum et illi sint mecum (Joan. XVII, 24). Locum suum aurorae monstravit, cum diceret: Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilae (Matth. XXIV, 28). Ad hunc locum quem cognoverat pervenire aurora festinabat, cum Paulus desiderium habere se diceret dissolvi, et cum Christo esse.: Et rursum Mihi vivere Christus est, et mori lucrum (Philip. I, 21).

Todavía es aurora, porque mientras la ley de la carne golpea la ley de la mente, y la ley de la mente la ley de la carne, el conflicto entre la luz y la sombra se da alternativamente entre sí. De donde de nuevo Pablo, cuando decía: La noche pasó (Rom. 13, 12), de ningún modo añadió: El día vino, sino El día se ha acercado. Pues el que, después del alejamiento de la noche, insinúa que el día ya no ha venido sino que se ha acercado, demuestra que él está sin duda antes del sol después de las tinieblas todavía en la aurora.

4. Será día, cuando no resten ningunas tinieblas de pecado.---Entonces, pues, plenamente la santa Iglesia de los electos será día, cuando ya no haya en ella mezcla de sombra de pecado. Entonces plenamente será día, cuando haya brillado con el perfecto fervor de la luz interna. Entonces plenamente será día, cuando no tolerando ninguna memoria tentadora de sus males, esconda de sí incluso todos los restos de las tinieblas. De donde también bien esta aurora es demostrada como todavía en tránsito, cuando se dice: Y mostraste a la aurora su lugar. Pues a quien se muestra su lugar, profectamente es llamado de una cosa a otra. ¿Qué es el lugar de la aurora sino la perfecta claridad de la visión eterna? Al cual, cuando haya llegado conducida, ya nada tiene de las tinieblas de la noche pasada. Ahora, pues, todavía sosteniendo las molestias de las tentaciones, porque por la intención del corazón la Iglesia se apresura a otra cosa, hacia su lugar tiende la aurora. Lugar que si no divisara con la mente, permanecería en la noche de esta vida. Pero como diariamente lucha por perfeccionarse, y por aumentar diariamente en la luz, ya contempla su lugar, y busca que el sol le brille plenamente. La aurora considera su lugar cuando el alma santa arde por contemplar la especie de su creador. La aurora se afanaba por alcanzar su lugar cuando David decía: Mi alma tuvo sed del Dios vivo, ¿cuándo vendré y apareceré ante la faz de Dios? (Sal. 41, 3). La verdad mostraba el lugar de la aurora cuando decía por Salomón: ¿Qué tiene el sabio más que el necio; y qué el pobre, sino que camine hacia allá donde está la vida? (Ecl. 6, 8). Profectamente el Señor mostró este lugar también a los padres que precedieron a su encarnación después de su nacimiento, porque si no conocieran por el espíritu de la profecía al rey de la patria suprema que había de encarnar, no verían cuán deseables eran los bienes de esa misma patria. La verdad hizo patente el lugar de la aurora cuando pidió al Padre delante de los discípulos diciendo: Padre, quiero que donde yo estoy, también ellos estén conmigo los que me diste (Juan 17, 24). Mostró a la aurora su lugar cuando decía: Dondequiera que estuviera el cuerpo, allí se congregarán también las águilas (Mat. 24, 28). A este lugar que había conocido se apresuraba a llegar la aurora cuando Pablo decía tener deseo de ser disuelto y de estar con Cristo. Y de nuevo: Para mí vivir es Cristo, y morir es ganancia (Fil. 1, 21).

Et rursum: Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in coelis (II Cor. V, 4). Bene autem post ortum suum locum proprium aurorae ostendisse se perhibet, quia futurae retributionis beatitudinem, priusquam per corpus ipse innotesceret, in paucorum intellectu continuit. Cum vero humanae nativitatis infirma suscepit, venturae claritatis notitiam in multitudinis innumerae amore dilatavit. Sed cum divini operis mysterium sic misericordia peragat, ut tamen et ira comitetur, quatenus occultus arbiter alios respiciens redimat, alios deserens perdat, quia cognovimus quomodo per incarnationem suam electos illuminet, audiamus nunc quomodo reprobos damnet. Sequitur:

Caput III

[Rec. III].

VERS. 13.---Nunquid tenuisti concutiens extrema terrae, et excussisti impios ex ea?

5. Dominus abjectos et humiles elegit.---Extrema terrae Dominus tenuit, quia in fine saeculorum ad destitutam jam et alienigenis regibus subditam synagogam venit; atque ex illa impios excussit, quia spiritalia fidei praedicamenta renuentes, etiam a carnalis sacrificii gloria repulit. Vel certe extrema terrae tenuit, quia ex Judaea paucos abjectos et humiles elegit (Matth. IV, 18, seq.). Extrema terrae tenuit, quia legis doctores deserens, piscatores assumpsit. Dumque ejus extrema tenet, ex ea impios excutit, quia dum infirmos fideles roborat, fortes in illa infideles damnat. Recte vero etiam concutiens addidit, quia per adventum suum immensa formidine etiam reproborum corda commovit. Concussi quippe fuerant qui dicebant: Nihil proficimus, ecce totus mundus post eum abiit (Joan. XII, 19). Res autem quae concutitur huc illucque ducta fatigatur. Concussa ergo Judaea fuerat, quae de Christo per alios dicebat: Quia bonus est (Joan. VII, 12). Et per alios resistebat, dicens: Non, sed seducit turbas (Ibid.). Per alios dicebat: Nisi hic esset a Deo, non poterat facere quidquam (Joan. IX, 33). Atque ad extremum per alios clamat; Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum (Joan. XVIII, 30). Concussi quidem, sed non prostrati sunt reprobi, cum modo miracula obstupescentes cernerent, modo infirmitatis opprobria despicientes irriderent. An non concussi fuerant, qui dicebant: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam (Joan. X, 24). Vel certe extrema terrae concussit et tenuit, quia cum infirma corda humilium pio timore terruit, nequaquam ea judicio districto dereliquit.

Y de nuevo: Sabemos que si nuestra casa terrena de esta habitación se disuelve, tenemos una edificación de Dios, una casa no hecha por manos, eterna en los cielos (2 Cor. 5, 1). Bien, pues, afirma haber mostrado el lugar propio de la aurora después de su nacimiento, porque la bienaventuranza de la futura retribución, antes de que él mismo se diera a conocer por el cuerpo, la contuvo en el intelecto de unos pocos. Pero cuando asumió las flaquezas del nacimiento humano, dilató la noticia de la claridad venidera en el amor de una multitud innumerable. Pero como la misericordia lleva a cabo así el misterio de la obra divina, de modo que sin embargo también le acompañe la ira, en cuanto que el árbitro oculto mirando a unos los redime, y abandonando a otros los pierde, porque hemos conocido cómo por su encarnación ilumina a los electos, oigamos ahora cómo condena a los réprobos. Sigue:

Capítulo III

[Rec. III].

VERS. 13.---¿Acaso tomaste sacudiendo los extremos de la tierra, y sacudiste a los impíos de ella?

5. El Señor eligió a los abyectos y humildes.---El Señor tomó los extremos de la tierra porque al fin de los siglos vino a la sinagoga ya destituida y sometida a reyes extranjeros; y de ella sacudió a los impíos, porque rechazando los predicamentos espirituales de la fe, los repelió incluso de la gloria del sacrificio carnal. O ciertamente tomó los extremos de la tierra porque de Judea eligió a unos pocos abyectos y humildes (Mat. 4, 18, sig.). Tomó los extremos de la tierra porque, abandonando a los doctores de la ley, asumió a pescadores. Y mientras sostiene sus extremos, de ella sacude a los impíos, porque mientras fortalece a los fieles débiles, condena en ella a los infieles fuertes. Rectamente también añadió sacudiendo, porque por su venida con inmenso pavor conmovió también los corazones de los réprobos. Sacudidos habían sido ciertamente quienes decían: Nada aprovechamos, he aquí que todo el mundo se fue tras él (Juan 12, 19). La cosa que es sacudida es fatigada siendo llevada de aquí para allá. Sacudida, pues, había sido Judea, que de Cristo por unos decía: Que es bueno (Juan 7, 12). Y por otros resistía diciendo: No, sino que seduce a las turbas (Ibíd.). Por unos decía: Si este no fuera de Dios, no podría hacer nada (Juan 9, 33). Y al extremo por otros clama: Si este no fuera malhechor, no te lo habríamos entregado (Juan 18, 30). Sacudidos ciertamente, pero no postrados fueron los réprobos, cuando unas veces veían estupefactos los milagros, otras veces despreciando se burlaban de los oprobios de la flaqueza. ¿O no habían sido sacudidos quienes decían: ¿Hasta cuándo nos quitas el alma? si tú eres el Cristo, dínoslo claramente (Juan 10, 24). O ciertamente sacudió y sostuvo los extremos de la tierra, porque cuando aterró con piadoso temor los corazones débiles de los humildes, de ningún modo los abandonó por el juicio estrecho.

Inde enim multitudo credentium in Deum robustius stetit, unde in se humiliata trepidavit. Nam quia eum Deus quem concutit tenet, insinuat per prophetam, dicens: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos (Isai. LXVI, 2, sec. LXX)? Quia eum quem concutit tenet, Salomone attestante intimatur, quia ait: Beatus vir qui semper est pavidus; qui autem mentis est durae, corruit in malum (Prov. XXVIII, 14). Igitur quia extrema Judaeae Dominus in apostolis tenuit, atque ex illa Scribas et Pharisaeos ac pontifices impietatis suae merito exigente reprobavit, quid adhuc de eorum damnatione subdatur audiamus. Sequitur:

CAPUT IV.

VERS. 14.---Restituetur ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum.

6. Judaei ab lateritio opere prius liberati, dum terrena sapiunt, iterum ad lateres redierunt.---Quid aliud Dominus plebem Israeliticam nisi lutum reperit, quam obsequiis gentilium deditam in Aegypto servientem lateribus invenit? Quam dum tot miraculis ad terram repromissionis duxit (Exod. V, seq.), dum perductam cognitionis suae scientia implevit, dum tot arcana secretorum ei per prophetiam contulit; quid eam aliud quam servandi mysterii signaculum fecit? Ipsa quippe divina prophetia clausum continuit quidquid de se Veritas in fine revelavit. Sed dum post tot divina secreta, post tot percepta miracula in Redemptoris sui adventu, plus terram quam veritatem dilexit, per sacerdotes dicens: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem (Joan. XI, 48), quasi ad eos quos in Aegypto reliqueret lateres rediit; et quae facta jam Dei signaculum fuerat, ad hoc se iterum quod deseruerat inflexit; lutumque se post signaculum in oculis veritatis exhibuit, cum per impietatis malitiam accepti verbi mysteria perdidit, et sola terrena sapere quae inquinant elegit.

7. Soli litterae servientes Deo per charitatem adhaerere noluerunt.---Ubi apte subjungitur: Et stabit sicut vestimentum. Impolita namque et grossiora vestimenta etiam cum induta fuerint, quia induentis membris bene applicata non inhaerent, stare feruntur. Judaea igitur circa veritatis notitiam etiam cum servire videretur, sicut vestimentum stetit, quia per exteriora mandata servire se Domino ostendit, sed adhaerere ei per charitatis intelligentiam noluit. Dum solam in praeceptis Dei litteram tenuit, et nequaquam se per spiritum sensibus intimis junxit, quasi ei qui se induerat non adhaesit. Ubi et apte subjungitur:

Pues de donde la multitud de los creyentes en Dios estuvo más robustamente, de allí humillada en sí misma tembló. Pues que Dios sostiene a aquel a quien sacude, lo insinúa por el profeta diciendo: ¿Sobre quién descansará mi espíritu, sino sobre el humilde y el quieto, y el que tiembla ante mis palabras? (Is. 66, 2). Que sostiene a aquel a quien sacude, se intima por atestación de Salomón, pues dice: Bienaventurado el hombre que siempre es pavoroso; el que es de mente dura, cae en el mal (Prov. 28, 14). Por tanto, porque el Señor sostuvo los extremos de Judea en los apóstoles, y de ella reprobó a los escribas y fariseos y pontífices, exigiéndolo el mérito de su impiedad, oigamos lo que todavía se añade sobre su condenación. Sigue:

CAPÍTULO IV.

VERS. 14.---Se restituirá como el barro el sello, y estará como una vestidura.

6. Los judíos primero liberados de la obra de ladrillos, mientras saborean cosas terrenas, de nuevo volvieron a los ladrillos.---¿Qué otra cosa encontró el Señor al pueblo israelita sino barro, al cual encontró sirviendo con ladrillos en Egipto, entregado a los servicios de los gentiles? Al cual, mientras lo condujo a la tierra de la promesa por tantos milagros (Éx. 5, sig.), mientras lo llenó, una vez conducido, con la ciencia de su conocimiento, mientras le confirió tantos arcanos de secretos por la profecía; ¿qué otra cosa hizo de él sino el sello de un misterio que debía guardarse? Pues la misma divina profecía contuvo cerrado cuanto la Verdad reveló de sí al fin. Pero mientras, después de tantos secretos divinos, después de tantos milagros percibidos en el advenimiento de su Redentor, amó más la tierra que la verdad, diciendo por los sacerdotes: Si lo dejamos así, todos creerán en él, y vendrán los romanos, y quitarán nuestro lugar y la nación (Juan 11, 48), volvió como a aquellos ladrillos que había dejado en Egipto; y la que ya había sido hecha sello de Dios, se inclinó de nuevo a aquello que había desertado; y se exhibió como barro después del sello ante los ojos de la verdad, cuando por la malicia de la impiedad perdió los misterios de la palabra recibida, y eligió saborear solo las cosas terrenas que manchan.

7. Sirviendo solo a la letra, no quisieron adherirse a Dios por la caridad.---Donde aptamente se añade: Y estará como una vestidura. Pues las vestiduras no pulidas y más gruesas, incluso cuando han sido vestidas, porque no se adhieren bien aplicadas a los miembros del que las viste, se dice que están de pie. Judea, pues, en torno al conocimiento de la verdad, incluso cuando parecía servir, estuvo como una vestidura, porque por los mandatos exteriores mostró servir al Señor, pero no quiso adherirse a él por el intelecto de la caridad. Mientras sostuvo solo la letra en los preceptos de Dios, y de ningún modo se unió por el espíritu a los sentidos íntimos, no se adhirió como a aquel que la había vestido. Donde también aptamente se añade:

CAPUT V.

VERS. 15.---Auferetur ab impiis lux sua.

8. Cognitionem legis amiserunt, quod credere veritati renuerint.---Quia dum credere veritati renuunt, cognitionem legis in perpetuum amittunt; et dum de accepta lege superbiunt, nimirum de scientiae suae gloria caecantur. Scriptum quippe est: Obscurentur oculi eorum, ne videant (Psal. LXVIII, 24). Rursumque scriptum est: Excaeca cor populi hujus, et aures ejus aggrava (Isai. VI, 10). Rursumque scriptum est: In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant (Joan. IX, 39). Et quia semetipsos de legis operibus contra conditorem legis extulerunt, apte subditur:

CAPUT VI.

IBID.---Et brachium excelsum conteretur.

9. Superba legis observatio reprobata.---Excelsum quippe brachium conteritur, quando, praedicata fidei gratia, superba legis operatio reprobatur, cum dicitur: Ex operibus legis non justificabitur omnis caro (Rom. III, 20).

10. Extrema Ecclesiae qui Deus et teneat et concutiat.---Cuncta tamen haec intelligi et aliter possunt. Terram quippe Scriptura sacra vocare consuevit Ecclesiam. Extrema igitur terrae Dominus tenet et concutit, quia Ecclesiae suae ultima per adventum Antichristi persecutione immanissima turbari permittit, nec tamen permittendo deserit. Hanc terram aliquando Dominus tenet, et non concutit; aliquando tenet et concutit, quia modo eam tranquilla pace fidei possidet, modo commoveri impetu persecutionis jubet.

11. In Ecclesiae persecutionibus falsi Christiani excutiuntur sicut paleae.---Bene autem cum diceret: Nunquid tenuisti concutiens extrema terrae, illico adjunxit: Et excussisti impios ex ea? Attestante enim Paulo, plerique in ea sunt qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. I, 16). Impios ergo ex ea Dominus excutit, quia hi quos nunc intima vitia possident, tunc in voraginem apertae infidelitatis cadent; atque in acervum palearum transeunt, cum tentationis illius aura commoventur. Et quamvis se nunc sub specie fidei intra areae sinum tegant, tunc nimirum extra granorum cumulum districti examinis ventilabro resilient.

CAPÍTULO V.

VERS. 15.---A los impíos se les quitará su luz.

8. Perdieron el conocimiento de la ley porque rehusaron creer en la verdad.---Porque mientras rehúsan creer en la verdad, pierden el conocimiento de la ley para siempre; y mientras se enorgullecen de la ley recibida, sin duda se ciegan sobre la gloria de su ciencia. Pues está escrito: Oscurézcanse sus ojos para que no vean (Sal. 68, 24). Y de nuevo está escrito: Ciega el corazón de este pueblo, y agrava sus oídos (Is. 6, 10). Y de nuevo está escrito: Para juicio yo vine a este mundo, para que los que no ven, vean; y los que ven, se vuelvan ciegos (Juan 9, 39). Y porque se ensalzaron a sí mismos sobre las obras de la ley contra el fundador de la ley, aptamente se añade:

CAPÍTULO VI.

IBÍD.---Y el brazo excelso será quebrantado.

9. La soberba observancia de la ley reprobada.---Pues el brazo excelso es quebrantado cuando, predicada la gracia de la fe, la soberba operación de la ley es reprobada, al decirse: Por las obras de la ley no se justificará toda carne (Rom. 3, 20).

10. Qué extremos de la Iglesia Dios sostiene y sacude.---Sin embargo, todas estas cosas pueden entenderse también de otro modo. Pues la sagrada Escritura suele llamar a la Iglesia "la tierra". Por tanto, el Señor sostiene y sacude los extremos de la tierra, porque permite que los últimos tiempos de su Iglesia sean turbados por la más cruel persecución mediante el advenimiento del Anticristo, y sin embargo, al permitirlo, no la abandona. A veces el Señor sostiene esta tierra y no la sacude; a veces la sostiene y la sacude, porque a veces la posee en la tranquila paz de la fe, y a veces manda que sea conmovida por el ímpetu de la persecución.

11. En las persecuciones de la Iglesia los falsos cristianos son sacudidos como paja.---Con razón, pues, habiendo dicho: ¿Acaso has sostenido sacudiendo los extremos de la tierra?, añadió inmediatamente: ¿Y has sacudido a los impíos de ella? Pues, atestiguándolo Pablo, muchos hay en ella que confiesan conocer a Dios, pero con sus hechos lo niegan (Tito 1, 16). A los impíos, pues, el Señor los sacude de ella, porque aquellos a quienes ahora poseen vicios íntimos, caerán entonces en el abismo de la abierta infidelidad; y pasan al montón de la paja cuando son movidos por el aura de aquella tentación. Y aunque ahora se cubran bajo la especie de la fe dentro del seno de la era, entonces sin duda saltarán fuera del cúmulo de los granos por el bieldo del estrecho examen.

12. In illis signaculum fidei vertitur in lutum.---Unde et apte subjungitur: Restituetur ut lutum signaculum. Ac si aperte diceret: Hi qui nunc videntur in Ecclesiae sinu signaculum, tunc ante oculos omnium restituentur ut lutum, id est, nequaquam judicia hominum de professione religionis fallunt, sed quod terrena sapiant, demonstrantur. Solet enim Scriptura sacra pro fide appellare signaculum, pro iniquitate lutum. Nam filius junior qui, consumpta substantia, ad patrem rediit (Luc. XV, 22), in munere annulum accepit. Gentilis enim populus, qui, immortalitate perdita, ad Deum poenitendo revertitur, per fidei signaculum munitur. Unde et a sponso suo Ecclesiae dicitur: Pone me ut signaculum super cor tuum (Cant. VIII, 6). Idcirco namque signaculum rebus ponitur, ne qua diripientium praesumptione temerentur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur quando fidei ejus mysterium in custodia nostrae cogitationis imprimitur, ut ille infidelis servus, nimirum noster adversarius, cum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere non praesumat. Per lutum vero terrena contagia demonstrantur, attestante Psalmista qui ait: Eduxisti me de lacu miseriae, et de luto faecis (Psal. XXXIX, 3). Quia igitur multi in terrenis contagiis inventi, perducti ad Ecclesiam, coelestis fidei sacramento signantur, et tamen ab iniquis operibus non recedunt, seque nunc fidei velamine contegunt, sed cum tempus invenerint, quid sint veraciter ostendunt, recte dicitur: Restituetur ut lutum signaculum. Quos enim nunc fideles credimus, ipsos tunc fidei hostes inveniemus; et quamvis appareant non tentati signaculum, erunt procul dubio tentati lutum. Unde et recte dicitur, Restituetur, quia qualis eorum conscientia esse ante fidem potuit, tales eos post modum reproba vita convincit. De quibus apte subjungitur: Et stabit sicut vestimentum.

13. Multis nunc quasi vestimentis ornatur Ecclesia, quibus, flagrante persecutione, nudabitur.---Tot nunc quasi vestibus sancta Ecclesia induitur, quot fidelium veneratione decoratur. Unde et ei ostensis gentilibus, a Domino per prophetam dicitur: Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris (Isai. XLIX, 18). Multis tamen quasi fidelibus nunc specie tenus induitur, sed pulsante persecutionis impetu, tunc eis exuta nudabitur; de quorum sorte hic dicitur: Et stabit sicut vestimentum. Stare vero hoc loco ponitur in peccato persistere.

12. En ellos el sello de la fe se convierte en barro.---De donde también se añade aptamente: Se restituirá como barro el sello. Como si dijera abiertamente: Estos que ahora parecen un sello en el seno de la Iglesia, entonces ante los ojos de todos se restituirán como barro, es decir, ya no engañan los juicios de los hombres con la profesión de la religión, sino que se demuestra que saborean lo terreno. Pues la sagrada Escritura suele llamar a la fe "sello" (*signaculum*), y a la iniquidad "barro" (*lutum*). Pues el hijo menor que, consumida su sustancia, volvió al padre (Luc. 15, 22), recibió un anillo como don. Pues el pueblo gentil, que, perdida la inmortalidad, vuelve a Dios por la penitencia, es fortalecido por el sello de la fe. De donde también se dice a la Iglesia por su esposo: Ponme como sello sobre tu corazón (Cant. 8, 6). Pues por eso se pone el sello a las cosas, para que no sean profanadas por ninguna presunción de los que roban. El esposo, pues, se pone como sello en el corazón cuando el misterio de su fe se imprime en la custodia de nuestro pensamiento, para que aquel siervo infiel, a saber, nuestro adversario, cuando considera los corazones sellados con la fe, no presuma irrumpir en ellos tentando. Por el barro, en verdad, se demuestran los contagios terrenales, atestiguándolo el Salmista que dice: Me sacaste del lago de la miseria y del barro de la hez (Sal. 39, 3). Porque, pues, muchos hallados en los contagios terrenales, llevados a la Iglesia, son sellados con el sacramento de la fe celestial, y sin embargo no se apartan de las obras inicuas, y ahora se cubren con el velo de la fe, pero cuando encuentran el tiempo, muestran verdaderamente lo que son, con razón se dice: Se restituirá como barro el sello. Pues a los que ahora creemos fieles, a esos mismos los hallaremos entonces enemigos de la fe; y aunque parezcan, no siendo tentados, un sello, serán sin duda, siendo tentados, barro. De donde también con razón se dice: "Se restituirá", porque tal como pudo ser su conciencia antes de la fe, tales los convence de ser después su vida réproba. De los cuales se añade aptamente: Y estará como vestidura.

13. La Iglesia se adorna ahora con muchas cosas como con vestiduras, de las cuales será despojada al arder la persecución.---Con tantos vestidos se viste ahora la santa Iglesia, con cuantos se decora por la veneración de los fieles. De donde también, habiéndole mostrado los gentiles, se le dice por el Señor a través del profeta: Vivo yo, dice el Señor, que de todos estos te vestirás como de un ornamento (Is. 49, 18). Sin embargo, de muchos casi fieles se viste ahora solo en apariencia, pero al golpear el ímpetu de la persecución, entonces despojada de ellos quedará desnuda; de cuya suerte se dice aquí: Y estará como vestidura. "Estar" (o permanecer), en verdad, se pone en este lugar por "persistir en el pecado".

Unde scriptum est: Et in via peccatorum non stetit (Psal. I, 1). Vel certe reprobus quisque sicut vestimentum stare dicitur, ut non posse stare monstretur, quia sicut induta vestis in visionis suae specie per corpus tenditur, exuta autem fracta complicatur, ita unusquisque qui a sanctae Ecclesiae tunc statu recesserit, tensus ac decorus quasi dum indueretur fuit, sed exutus postmodum, confractus atque abjectus jacebit. Si vero stare intelligimus perdurare, sicut vestimentum stat quisque reprobus qui in hac vita quam diligit breviter durat. Unde et per Prophetam dicitur: Omnia sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium mutabis ea, et mutabuntur (Psal. CI, 28). Haec itaque, quae allegoriarum nube recta intulit, nunc verbis apertioribus innotescit, subdens:

CAPUT VII.

VERS. 15.---Auferetur ab impiis lux sua.

14. Credentibus et male viventibus fidei lumen auferetur, maxime persecutionis Antichristi tempore.---Neque enim eos nunc Dei lumen illustrat, qui iniquitatis suae malitiam fidei nomine palliant. Nam dum juxta praedicationem fidei vivere negligunt, et tamen eamdem fidem specie tenus venerantur, honorem vitae praesentis ex nomine religionis quaerunt, hocque eis ex fide lucet, quod eos fides coram hominibus refovet. Sunt vero nonnulli, qui aeterna quae audiunt veraciter credunt, et tamen eidem quam tenent fidei male vivendo contradicunt. Habent hi quoque in tenebris lucem suam, quia dum perversa agunt, et tamen de Deo recta sentiunt, ne tenebrescant funditus, ex quadam parte fulgore luminis illustrantur. Qui dum plus terrena quam coelestia, plus quae vident quam quae audiunt, diligunt, pulsante persecutionis articulo, quod rectum credere videbantur amittunt. Quod illo maxime tempore multiplicius agitur, quando, surgente ipso iniquorum capite, in sanctam Ecclesiam persecutione ultima, liberis suis viribus ejus fortitudo grassatur. Ibi tunc cor uniuscujusque ostenditur, ubi quidquid in occultis latebat aperitur; et qui nunc ore sunt pii, et corde sunt impii, publicata malitia corruunt, et lucem fidei quam specie tenus tenuerant perdunt. Sed inter haec necesse est ut unusquisque nostrum ad cordis sui secretum redeat, et actionis suae damna pertimescat, ne, exigentibus meritis, per districtam justitiam judiciorum Dei in talium hominum numerum incurrat.

De donde está escrito: Y en el camino de los pecadores no estuvo (Sal. 1, 1). O ciertamente cada réprobo se dice que está como vestidura para que se muestre que no puede estar en pie, porque así como la vestidura puesta se extiende por el cuerpo en la especie de su visión, pero despojada se pliega quebrada, así cada uno que entonces se aparte del estado de la santa Iglesia, estuvo tenso y decoroso mientras se vestía, pero después despojado, yacerá quebrantado y abyecto. Si en verdad entendemos "estar" como "perdurar", cada réprobo está como vestidura que dura brevemente en esta vida que ama. De donde también se dice por el Profeta: Todos envejecerán como vestidura, y como cobertura los cambiarás, y se cambiarán (Sal. 101, 28). Estas cosas, pues, que introdujo rectamente bajo la nube de las alegorías, ahora las da a conocer con palabras más claras, añadiendo:

CAPÍTULO VII.

VERS. 15.---A los impíos se les quitará su luz.

14. A los que creen y viven mal se les quitará la luz de la fe, especialmente en el tiempo de la persecución del Anticristo.---Pues no los ilustra ahora la luz de Dios a los que encubren (*palliant*) la malicia de su iniquidad con el nombre de la fe. Pues mientras descuidan vivir según la predicación de la fe, y sin embargo veneran esa misma fe solo en apariencia, buscan el honor de la vida presente por el nombre de la religión, y esto les brilla desde la fe: que la fe los favorece ante los hombres. Hay en verdad algunos que creen verdaderamente las cosas eternas que oyen, y sin embargo contradicen con su mala vida esa misma fe que tienen. Estos tienen también su luz en las tinieblas, porque mientras obran cosas perversas y, sin embargo, sienten rectamente acerca de Dios, para que no se oscurezcan totalmente, son ilustrados en cierta parte por el fulgor de la luz. Los cuales, mientras aman más lo terreno que lo celestial, más lo que ven que lo que oyen, al golpear el momento de la persecución, pierden lo que parecían creer rectamente. Lo cual se hace más múltiplemente en aquel tiempo sobre todo, cuando, surgiendo la misma cabeza de los inicuos, en la última persecución contra la santa Iglesia, su fortaleza se ensaña con sus libres fuerzas. Allí entonces se muestra el corazón de cada uno, donde se abre todo lo que latía en los secretos; y los que ahora son piadosos de boca y son impíos de corazón, publicada su malicia, caen, y pierden la luz de la fe que habían tenido en apariencia. Pero entre estas cosas es necesario que cada uno de nosotros vuelva al secreto de su corazón, y tema los daños de su acción, no sea que, exigiéndolo sus méritos, por la estrecha justicia de los juicios de Dios, incurra en el número de tales hombres.

15. Jam in membris suis vivit et saevit Antichristus.---Nemo autem sibi incaute blandiatur, et idcirco se a tali casu extraneum credat, quia ad illius tempestatis procellam pervenire se non existimat. O quanti illius tentationis tempora non viderunt, et tamen in ejus tentationis procella versantur. Cain tempus Antichristi non vidit, et tamen membrum Antichristi per meritum fuit (Genes. IV). Judas saevitiam persecutionis illius ignoravit, et tamen viribus crudelitatis ejus, avaritia suadente, succubuit (Matth. XXVI, 15). Simon divisus longe ab Antichristi temporibus exstitit, et tamen ejus se superbiae, miraculorum potentiam perverse appetendo, conjunxit (Act. VIII, 19). Sic iniquum corpus suo capiti, sic membris membra junguntur, cum et cognitione se nesciunt, et tamen prava sibi actione copulantur. Neque enim Pergamus Balaam libros aut verba cognoverat, et tamen ejus nequitiam sequens, voce supernae increpationis audiebat: Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere et fornicari (Apoc. II, 14). Thyatirae quoque ecclesiam a Jezabel notitia et tempora et loca dividebant; sed quia eam par vitae reatus astrinxerat, inesse ei Jezabel dicitur, atque operibus perversis insistere, angelo attestante, qui ait: Habeo adversus te aliqua; quia permittis mulierem Jezabel, quae se dicit propheten, docere et seducere servos meos, fornicari et manducare de idolothytis (Ibid., 20). Ecce quia reperiri potuerunt, qui Jezabel vitam reproba actione secuti sunt, Jezabel illic inventa memoratur, quia videlicet pravum corpus conjuncti mores unum faciunt, etiam si hoc loca vel tempora scindunt. Unde fit ut in perversis suis imitatoribus et iniquus quisque maneat qui jam praeteriit, et in suis operatoribus ipse iniquorum auctor jam appareat, qui necdum venit. Hinc Joannes ait: Nunc Antichristi multi facti sunt (I Joan. II, 18), quia iniqui omnes jam ejus membra sunt, quae scilicet perverse edita caput suum male vivendo praevenerunt. Hinc Paulus ait: Ut reveletur in suo tempore; nam mysterium jam operatur iniquitatis (II Thess. II, 6). Ac si diceret: Tunc Antichristus manifestus videbitur; nam in cordibus iniquorum secreta sua jam nunc occultus operatur. Ut enim de apertioribus criminibus taceam, ecce alius fratri in corde suo tacitus invidet, et si occasionem reperiat, eum supplantare contendit; cujus alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum (Sap. II, 24)? Alius magni meriti esse se aestimans, per tumorem cordis cunctis se praeferens, omnes semetipso inferiores credit; cujus alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbiae (Job. XLI, 25)?

15. Ya vive y se ensaña el Anticristo en sus miembros.---Pero nadie se lisonjee incautamente, y por eso se crea ajeno a tal caso, porque no cree que llegará a la borrasca de aquella tempestad. ¡Oh, cuántos no vieron los tiempos de aquella tentación, y sin embargo se ven envueltos en la borrasca de su tentación! Caín no vio el tiempo del Anticristo y, sin embargo, fue miembro del Anticristo por su mérito (Gén. 4). Judas ignoró la crueldad de aquella persecución y, sin embargo, sucumbió a las fuerzas de su crueldad, persuadiéndole la avaricia (Mat. 26, 15). Simón existió muy dividido de los tiempos del Anticristo y, sin embargo, se unió a su soberbia, deseando perversamente el poder de los milagros (Hech. 8, 19). Así el cuerpo inicuo se une a su cabeza, así los miembros a los miembros, cuando no se conocen por trato, y sin embargo se acoplan entre sí por la acción depravada. Pues ni Pérgamo había conocido los libros o las palabras de Balaam y, sin embargo, siguiendo su maldad, oía la voz de la reprensión celestial: Tienes ahí a los que retienen la doctrina de Balaam, que enseñaba a Balac a poner escándalo ante los hijos de Israel, a comer y a fornicar (Apoc. 2, 14). También el conocimiento de Jezabel y sus tiempos y lugares la dividían de la iglesia de Tiatira; pero porque un reato de vida semejante la había ligado, se dice que Jezabel está en ella, y que insiste en las obras perversas, atestiguándolo el ángel, que dice: Tengo contra ti algunas cosas; porque permites a la mujer Jezabel, que se dice profetisa, enseñar y seducir a mis siervos, a fornicar y a comer de lo sacrificado a los ídolos (Ibíd. 20). He aquí que, porque pudieron hallarse quienes siguieron la vida de Jezabel con acción réproba, Jezabel se recuerda como hallada allí, porque a saber, un cuerpo depravado y unas costumbres conjuntas hacen uno solo, aunque los lugares o los tiempos los dividan. De donde resulta que en sus perversos imitadores permanece cada inicuo que ya pasó, y en sus operarios aparece ya el mismo autor de los inicuos, que aún no ha venido. De aquí dice Juan: Ahora se han hecho muchos Anticristos (1 Juan 2, 18), porque todos los inicuos son ya sus miembros, los cuales, producidos perversamente, precedieron a su cabeza viviendo mal. De aquí dice Pablo: Para que sea revelado en su tiempo; porque el misterio de la iniquidad ya obra (2 Tes. 2, 6). Como si dijera: Entonces el Anticristo se verá manifiesto; pues en los corazones de los inicuos ya ahora obra oculto sus secretos. Pues, para que calle acerca de crímenes más abiertos, he aquí que otro envidia tácitamente a su hermano en su corazón, y si encuentra ocasión, se esfuerza por suplantarlo; ¿de quién otro es miembro sino de aquel de quien está escrito: Por envidia del diablo entró la muerte en el mundo (Sab. 2, 24)? Otro, estimando ser de gran mérito, prefiriéndose a todos por la hinchazón de su corazón, cree a todos inferiores a sí mismo; ¿de quién otro es miembro sino de aquel de quien está escrito: Todo lo sublime ve, y él es rey sobre todos los hijos de la soberbia (Job 41, 25)?

Alius mundi hujus potentiam quaerit, non quo aliis prosit, sed quo ipse alteri subditus non sit; cujus alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: Qui dixit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis; ascendam super altitudinem nubium; similis ero Altissimo (Isai. XIV, 18)? Solus quippe Altissimus ita dominatur super omnia, ut alteri subesse non possit. Quem diabolus imitari perverse voluit, cum suum dominium quaerens, ei subesse recusavit. Imitatur ergo diabolum quisquis idcirco potestatem suam appetit, quia ei qui sibi est superna ordinatione praepositus subesse fastidit.

[Vet. IV.] 16. Infidelitatis rei sunt, qui veritatem negant. ---Sunt praeterea plurima quae quosdam in ipsa pace Ecclesiae constitutos infideles esse renuntient. Video namque nonnullos ita personam potentis accipere, ut requisiti ab eo, pro favore ejus non dubitent in causa proximi veritatem negare. Et quis est veritas, nisi ille qui dixit: Ego sum via, veritas, et vita (Joan. XIV, 6)? Neque enim Joannes Baptista de confessione Christi, sed de justitiae veritate requisitus occubuit (Marc. VI, 28); sed quia Christus est veritas, ad mortem usque idcirco pro Christo, quia videlicet pro veritate, pervenit. Ponamus ergo ante oculos quod aliquis percunctatus personam potentis accepit, et ne verbi saltem injuriam pateretur, veritatem negavit. Quid rogo iste faceret in dolore poenarum, qui Christum erubuit inter flagella verborum? Ecce et post haec ante oculos hominum adhuc Christianus est, et tamen si eum Dominus districte disposuit judicare, jam non est.

17. Et qui corrigere, cum teneantur, negligunt. Non desunt in pace Ecclesiae Antichristi tentamenta. ---Video autem alios, quibus per locum magisterii exhortandi sunt officia arguendique commissa, qui vident aliquid illicitum admitti, et tamen dum quorumdam potentum offendere gratiam metuunt, arguere non praesumunt. Quisquis iste est, quid aliud facit, nisi videt lupum venientem, et fugit (Joan. X, 12)? Fugit, quia tacuit; tacuit, quia, despecta aeterna gratia, temporalem gloriam plus amavit. Ecce ante potentis faciem intra sui se latebras silentii abscondit, et sicut persecutioni publicae, sic occulto locum dedit timori. Bene de talibus dicitur: Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei (Joan. XII, 43). Quisquis igitur talis est, si haec districte judicantur, etsi persecutio publica defuit, tamen tacendo 925 Christum negavit. Non ergo desunt vel in pace Ecclesiae Antichristi tentamenta. Nemo itaque illa persecutionis extremae tempora quasi sola perhorrescat. Apud iniquos namque quotidie res Antichristi agitur, quia in eorum cordibus mysterium suum jam nunc, occultus operatur.

Otro busca la potencia de este mundo, no para que aproveche a otros, sino para que él mismo no esté sometido a otro; ¿de quién otro es miembro sino de aquel de quien está escrito: Que dijo: Sentaréme en el monte del testamento, en los costados del Aquilón; subiré sobre la altura de las nubes; seré semejante al Altísimo (Is. 14, 13)? Pues solo el Altísimo domina así sobre todas las cosas, que no puede estar sometido a otro. A quien el diablo quiso imitar perversamente cuando, buscando su propio dominio, rehusó estarle sometido. Imita, pues, al diablo cualquiera que por eso apetece su propia potestad, porque le hastía estar sometido a quien le ha sido prepuesto por ordenación suprema.

[Vet. IV.] 16. Reos de infidelidad son quienes niegan la verdad. ---Hay, además, muchísimas cosas que denuncian que algunos, constituidos en la misma paz de la Iglesia, son infieles. Pues veo a algunos aceptar de tal modo la persona del potente que, al ser requeridos por él, por su favor no dudan en negar la verdad en la causa del prójimo. ¿Y quién es la verdad, sino aquel que dijo: Yo soy el camino, la verdad y la vida (Juan XIV, 6)? Pues tampoco Juan el Bautista murió por ser requerido sobre la confesión de Cristo, sino sobre la verdad de la justicia (Mar. VI, 28); pero porque Cristo es la verdad, llegó por eso hasta la muerte por Cristo, porque a saber, llegó por la verdad. Pongamos, pues, ante los ojos que alguien, al ser preguntado, aceptó la persona del potente, y para no padecer siquiera la injuria de una palabra, negó la verdad. ¿Qué, ruego, haría éste en el dolor de las penas, quien se avergonzó de Cristo entre los flagelos de las palabras? He aquí que después de esto todavía es cristiano ante los ojos de los hombres, y sin embargo, si el Señor dispuso juzgarlo estrechamente, ya no lo es.

17. Y los que descuidan corregir, estando obligados a ello. No faltan en la paz de la Iglesia las tentaciones del Anticristo. ---Veo en cambio a otros, a quienes por el lugar del magisterio les han sido encomendados los oficios de exhortar y de argüir, que ven admitirse algo ilícito, y sin embargo, mientras temen ofender la gracia de algunos potentes, no presumen argüir. Quienquiera que sea éste, ¿qué otra cosa hace, sino que ve al lobo venir, y huye (Juan X, 12)? Huye, porque calló; calló, porque, despreciada la gracia eterna, amó más la gloria temporal. He aquí que ante la faz del potente se esconde dentro de las latíbulos de su silencio, y así como a la persecución pública, así dio lugar al temor oculto. Bien se dice de tales: Amaron la gloria de los hombres más que la de Dios (Juan XII, 43). Quienquiera, pues, que sea tal, si estas cosas se juzgan estrechamente, aunque faltó la persecución pública, sin embargo al callar negó a Cristo. No faltan, por tanto, incluso en la paz de la Iglesia, las tentaciones del Anticristo. Nadie, por tanto, horrorice aquellos tiempos de la persecución extrema como si fueran los únicos. Pues entre los inicuos diariamente se trata el asunto del Anticristo, porque en sus corazones su misterio ya ahora, oculto, opera.

Et si multi nunc specie tenus intra Ecclesiam constituti simulant se esse quod non sunt, in adventu tamen judicis prodentur quod sunt: de quibus bene Salomon ait: Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate, quasi justorum operum (Eccle. VIII, 10). Igitur postquam de iniquis dictum est, Restituetur ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum, et auferetur ab impiis lux sua, quod utique in illa est Antichristi persecutione faciendum, mox, de ejusdem Antichristi perditione nos consolans, ait.

CAPUT VIII.

VERS. 15.---Et brachium excelsum conteretur.

18. Antichristi superbia et casus. Angelus et homo lapsi, quia Deo similes esse per potentiam, non per justitiam, voluerunt.---Quid namque aliud excelsum brachium accipitur, nisi superba Antichristi celsitudo, quae super reprobas mentes hominum fastu gloriae saecularis erigitur, ita ut homo peccator, et tamen aestimari homo despiciens, Deum se super homines mentiatur? Unde et Paulus apostolus dicit: Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus (II Thess. II, 4). Cujus ut tumorem plenius ostenderet, praemisit: Qui adversatur et extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur (Ibid.). Deus enim dici aliquando et homo potest, juxta quod ad Moysen dicitur: Ecce constitui te Deum Pharaonis (Exod. VII, 1). Deus vero coli purus homo non potest. Quia vero se Antichristus et super sanctos quosque homines, et super ipsius potentiam divinitatis extollit, per exactum sibi nomen gloriae, et hoc quod Deus dicitur, et hoc quod Deus colitur, transire conatur. Notandum vero est in quantam superbiae foveam cecidit, qui in mensura ruinae qua lapsus est non permansit. Diabolus quippe vel homo a statu conditionis propriae elata mente corruerunt, ut vel ille diceret: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo (Isai. XIV, 13); vel iste audiens crederet: Aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii (Genes. III, 5). Idcirco ergo uterque cecidit, quia esse Deo similis non per justitiam, sed per potentiam concupivit. Sed homo per gratiam liberatus, qui Dei similitudinem perverse appetendo ceciderat, in reatu criminis sui longe Deo imparem se esse cognoscens clamat: Domine, quis similis tibi (Psal. LXXXVIII, 8)? Diabolus vero in lapsu sui criminis justi dimissus, in mensura ruinae suae minime permansit; sed quanto diutius ab omnipotentis gratia defuit, tanto magis reatum criminis cumulavit.

Y si muchos ahora constituidos dentro de la Iglesia según la especie simulan ser lo que no son, en el advenimiento del juez sin embargo se descubrirá lo que son: de los cuales bien dice Salomón: Vi a los impíos sepultados, que aun cuando todavía vivían, estaban en el lugar santo, y eran alabados en la ciudad, como de obras justas (Ecle. VIII, 10). Por tanto, después de que se ha dicho de los inicuos: Se restaurará como lodo el sello, y estará como vestidura, y se quitará a los impíos su luz, lo cual ciertamente ha de hacerse en aquella persecución del Anticristo, pronto, consolándonos sobre la perdición del mismo Anticristo, añade.

CAPÍTULO VIII.

VERS. 15.---Y el brazo excelso será quebrantado.

18. La soberbia y la caída del Anticristo. El ángel y el hombre cayeron porque quisieron ser semejantes a Dios por la potencia, no por la justicia.---Pues ¿qué otra cosa se entiende por "brazo excelso" sino la soberbia altura del Anticristo, que se levanta sobre las mentes réprobas de los hombres por el fausto de la gloria secular, de modo que un hombre pecador, y sin embargo un hombre que desprecia ser estimado como tal, mienta ser Dios sobre los hombres? De donde también el apóstol Pablo dice: De modo que se sienta en el templo de Dios, mostrándose como si fuera Dios (2 Tes. 2, 4). Para mostrar más plenamente su hinchazón, antepuso: El cual se opone y se levanta sobre todo lo que se llama Dios, o lo que se adora (ibíd.). Pues a veces un hombre también puede ser llamado Dios, según lo que se dice a Moisés: He aquí que te he constituido Dios de Faraón (Éx. 7, 1). Pero un puro hombre no puede ser adorado como Dios. Pero porque el Anticristo se levanta tanto sobre todos los hombres santos como sobre la potencia de la misma divinidad, por el nombre de gloria que se arroga, intenta sobrepasar tanto lo que se llama Dios como lo que se adora como Dios. Pero debe notarse en qué fosa de soberbia cayó quien no permaneció en la medida de la ruina por la que cayó. Pues el diablo o el hombre cayeron del estado de su propia condición con mente elada, de modo que o aquel decía: Ascenderé sobre la altura de las nubes, seré semejante al Altísimo (Is. 14, 13); o este, al oírlo, creía: Se abrirán vuestros ojos y seréis como dioses (Gén. 3, 5). Por tanto, ambos cayeron porque codiciaron ser semejantes a Dios no por la justicia, sino por la potencia. Pero el hombre, liberado por la gracia, que al apetecer perversamente la semejanza de Dios había caído, reconociéndose en el reato de su crimen muy desigual a Dios, clama: Señor, ¿quién semejante a ti (Sal. 88, 8)? Pero el diablo, abandonado en la caída de su crimen por un justo juicio, de ningún modo permaneció en la medida de su ruina; sino que cuanto más tiempo careció de la gracia del Omnipotente, tanto más acumuló el reato de su crimen.

Nam qui ideo cecidit, quia perverso ordine Deo esse similis voluit, eo usque perductus est, ut in Antichristum veniens, videri Deo similis dedignetur, atque eum quem habere non potuit superbus aequalem, damnatus inferiorem putet. Nam cum de illo hoc quod jam praemisimus dicitur: Extollens se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur (II Thess. II, 4), aperte monstratur quia appetendo dudum Dei similitudinem, quasi juxta Deum erigere se voluit, sed in superbiae culpa crescendo, jam se supra omne quod Deus dicitur et colitur extollit. Quia ergo haec ejus superbia districti judicis erit adventu ferienda, sicut scriptum est: Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui (Ibid., 8), recte dicitur: Et brachium excelsum conteretur.

9. Verbi divini, quo plus teritur, virtus magis augetur.---Cuncta tamen haec, quae bis discussa sunt, adhuc intelligi et aliter possunt. Verba enim Dei quasi pigmenta quaedam nostri sunt adjutorii. Et sicut pigmentum quanto plus teritur, tanto plus in poculo ejus virtus augetur, ita divina eloquia quo magis exponendo conterimus, eo audientes amplius quasi bibentes juvamus. Quia igitur misericors Deus diu peccata hominum tolerat, et cum jam vicinum finem respicit, plerumque mentes peccantium immutat, recte de se, vim tantae pietatis insinuans, ait:

CAPUT IX.

VERS. 13.---Nunquid tenuisti concutiens extrema terrae, et excussisti impios ex ea?

20. Deus hominem non deserit, et in extremis electos sollicitius purgat.---Per terram quippe homo infima sapiens designatur, cui peccanti dictum est: Terra es, et in terram ibis (Genes. III, 19). Sed quia pius conditor facturam suam non deserit, mala hominum et per suam sapientiam tolerat, et per eorum quandoque conversionem relaxat. Cum autem duras atque insensibiles mentes respicit, modo eas minis, modo verberibus, modo revelationibus terret, ut quae pessima securitate duruerant, salubri timore molescant, quatenus vel sero redeant, et hoc ipsum saltem, quod diu exspectati sunt erubescant.

Pues el que por eso cayó porque quiso ser semejante a Dios en orden perverso, ha sido llevado hasta tal punto que, viniendo en el Anticristo, se digna no ser visto como semejante a Dios, y, condenado, piensa que es inferior aquel a quien como soberbio no pudo tener por igual. Pues cuando se dice de él lo que ya antepusimos: Levantándose sobre todo lo que se llama Dios, o lo que se adora (2 Tes. 2, 4), se muestra abiertamente que, al apetecer hace tiempo la semejanza de Dios, quiso como erigirse junto a Dios, pero al crecer en la culpa de la soberbia, ya se levanta sobre todo lo que se llama Dios y se adora. Porque, pues, esta soberbia suya ha de ser herida por el advenimiento del Juez estrecho, como está escrito: A quien el Señor Jesús matará con el espíritu de su boca, y destruirá con la ilustración de su advenimiento (ibíd., 8), rectamente se dice: Y el brazo excelso será quebrantado.

9. La virtud de la palabra divina, por la cual cuanto más se tritura, más se aumenta.---Sin embargo, todas estas cosas que se han discutido dos veces todavía pueden entenderse de otro modo. Pues las palabras de Dios son como ciertos pigmentos de nuestro auxilio. Y así como el pigmento, cuanto más se tritura, tanto más aumenta su virtud en la copa, así los elocuio divinos, cuanto más los trituramos exponiéndolos, tanto más ayudamos a los oyentes como si bebieran. Puesto que, pues, Dios misericordioso tolera largo tiempo los pecados de los hombres, y cuando ya mira el fin cercano, la mayoría de las veces cambia las mentes de los que pecan, rectamente dice de sí mismo, insinuando la fuerza de tan gran piedad:.

CAPÍTULO IX.

VERS. 13.---¿Acaso has sostenido sacudiendo los extremos de la tierra, y has sacudido a los impíos de ella?

20. Dios no desampara al hombre, y en los extremos purga a los electos más solícitamente.---Por "tierra", en efecto, se designa al hombre que saborea las cosas ínfimas, a quien en su pecado se dijo: Tierra eres, y a la tierra irás (Gén. 3, 19). Pero porque el piadoso Creador no desampara a su hechura, tolera los males de los hombres por su sabiduría y, a veces, los relaja por su conversión. Pero cuando mira las mentes duras e insensibles, a veces las aterroriza con amenazas, otras con azotes, otras con revelaciones, para que las que se habían endurecido por una pésima seguridad, se ablanden por un saludable temor, a fin de que vuelvan aunque sea tarde, y al menos se avergüencen de esto mismo: de que han sido esperados largo tiempo.

Sic enim Dominus quia extrema vitae nostrae plus judicat, et idcirco electos suos in fine sollicitius purgat. Scriptum quippe est: Deus judicabit fines terrae (I Reg. II, 10). Tanto ergo impensius ultimis nostris invigilat, quanto in ipsis pendere initia vitae sequentis pensat. Quod quia misericorditer facit, pietate sua in medium deducta, qua etiam sero conversos peccatores recipit, beati Job justitiam erudit, dicens: Nunquid tenuisti concutiens extrema terrae, et excussisti impios ex ea? Subaudis ut ergo, qui in suis ultimis saepe peccatores terrendo concutio, convertendo teneo, atque ab eorum cordibus impios cogitationum motus evello. Et recte beato Job Dominus quomodo juxta finem peccatores convertat insinuat. Ac si aperte dicat: Misericordiae meae potentiam respice, et tuae justitiae elationem preme. Quae extrema hominis quia, etiam cum convertitur per carnis mortem, illa antiquae culpae vindicta comitatur, protinus insinuat, cum dicit.

CAPUT X.

VERS. 14.---Restituetur ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum.

21. Homo Dei signaculum et imago, in poenam superbiae, per mortem fit terra et cinis.---Hominem quippe Dominus, quem ad suam similitudinem condidit, quasi quoddam suae potentiae signaculum fecit. Quod tamen ut lutum restituetur, quia licet aeterna supplicia per conversionem fugiat, in ultione tamen perpetratae superbiae carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus, et mentis accepta ratione, similitudine divinae imaginis decoratus, elatione cordis intumescens, quod de infimis formatus esset oblitus est. Unde mira conditoris justitia actum est ut quia per sensum intumuit, quem rationabilem accepit, rursus terra per mortem fieret, quam esse se considerare humiliter noluit; et quia peccando Dei similitudinem perdidit, moriendo vero ad limi sui materiam redit, recte dicitur: Restituetur ut lutum signaculum. Et quia de corpore dum spiritus vocatur, quodam quasi involucro suae carnis exuitur, apte de eodem luto subjungitur: Et stabit sicut vestimentum. Lutum namque nostrum sicut vestimentum stare est usque ad resurrectionis tempus inane exutumque perdurare. Sed quia hanc poenam superbiae nec illi transeunt, qui et eamdem superbiam vivendo humiliter vincunt; quae sit superbientium specialis poena, subjungit dicens:

Pues así el Señor, porque juzga más los extremos de nuestra vida, y por eso purga a sus electos más solícitamente al fin. Escrito está, en efecto: El Señor juzgará los fines de la tierra (1 Sam. 2, 10). Tanto más intensamente vigila nuestros últimos momentos cuanto más considera que de ellos dependen los inicios de la vida siguiente. Porque hace esto misericordiosamente, puesta en medio su piedad, por la cual recibe incluso a los pecadores convertidos tarde, instruye la justicia del bienaventurado Job, diciendo: ¿Acaso has sostenido sacudiendo los extremos de la tierra, y has sacudido a los impíos de ella? Sobrentiendes "que", por tanto, yo, que en sus últimos momentos a menudo sacudo a los pecadores aterrorizándolos, los sostengo convirtiéndolos, y arranco de sus corazones los impíos movimientos de los pensamientos. Y rectamente el Señor insinúa al bienaventurado Job cómo convierte a los pecadores cerca del fin. Como si dijera abiertamente: Mira la potencia de mi misericordia, y reprime la elación de tu justicia. Cuyos extremos del hombre porque, incluso cuando se convierte por la muerte de la carne, los acompaña aquella vindicta de la antigua culpa, inmediatamente lo insinúa cuando dice:.

CAPÍTULO X.

VERS. 14.---Se restituirá como barro el sello, y estará como vestidura.

21. El hombre es el sello e imagen de Dios; en castigo de la soberbia, por la muerte se convierte en tierra y ceniza.---Pues el Señor hizo al hombre, a quien creó a su semejanza, como un cierto sello de su potencia. El cual, sin embargo, se restituirá como barro, porque aunque evite los suplicios eternos por la conversión, sin embargo, en venganza de la soberbia perpetrada, es condenado por la muerte de la carne. En efecto, el hombre creado del barro, y recibida la razón de la mente, decorado con la semejanza de la imagen divina, hinchándose por la elación del corazón, olvidó que había sido formado de lo más ínfimo. De donde, por la admirable justicia del Creador se hizo que, porque se hinchó por el sentido que recibió racional, de nuevo se hiciera tierra por la muerte, la cual no quiso considerar humildemente que era; y porque pecando perdió la semejanza de Dios, pero muriendo vuelve a la materia de su limo, rectamente se dice: Se restituirá como barro el sello. Y porque del cuerpo, mientras el espíritu es llamado, se despoja como de un cierto envoltorio de su carne, aptamente se añade sobre el mismo barro: Y estará como vestidura. Pues nuestro barro estar como vestidura es permanecer vacío y despojado hasta el tiempo de la resurrección. Pero porque este castigo de la soberbia tampoco lo pasan por alto aquellos que también vencen la misma soberbia viviendo humildemente; qué sea el castigo especial de los soberbios, lo añade diciendo:.

CAPUT XI.

VERS. 15.---Auferetur ab impiis lux sua, et brachium excelsum confringetur.

22. Mors quae electos luci restituit, reprobis lucem, nimirum praesentis vitae gloriam tollit.---Mors enim carnis, quae electos luci suae restituit, lucem suam reprobis tollit. Lux namque superbientis est gloria vitae praesentis. Quae ei lux tunc subtrahitur, cum per carnis interitum ad retributionum suarum tenebras vocatur. Ibi tunc excelsum brachium confringetur, quia celsitudo cordis ultra naturae ordinem violenter arrepta opprimentis se divinae justitiae mole dissipatur, ut quia se perverse in brevi erexerat, per pondus judicii in aeternum fracta cognoscat. Nullus autem nostrum quid post mortem sequeretur agnosceret, nisi vitae nostrae conditor ad poenam usque mortis nostrae veniret. Nisi enim ipse misericorditer infima peteret, nequaquam nos post suam imaginem perditos juste ad summa revocaret. Unde et recte subjungitur:

Caput XII

[Rec. VII].

VERS. 16.---Nunquid ingressus es profundum maris, et in novissimis abyssi deambulasti?

23. Dominus non solum in mundum, sed etiam in infernum pro nobis descendit.---Ac si dicat: Ut ego, qui non solum mare, id est saeculum, per assumptam humanam carnem atque animam petii, sed etiam per eam sponte in morte positam, usque ad ultima inferni, quasi ad maris profunda descendi. Si enim mare, more divini eloquii, saeculum debet intelligi, nihil prohibet profunda maris inferni claustra sentiri. Quod profundum maris Dominus petiit, cum inferni novissima, electorum suorum animas erepturus, intravit. Unde et per prophetam dicitur: Posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati (Isai. LI, 10). Hoc namque profundum maris ante Redemptoris adventum non via, sed carcer fuit, quia in se etiam bonorum animas, quamvis non in locis poenalibus, clausit. Quod tamen profundum viam Dominus posuit, quia illuc veniens, electos suos a claustris inferni ad coelestia transire concessit. Unde et apte illic dicitur: Ut transirent libertati (Ibid., 10).

CAPÍTULO XI.

VERS. 15.---Se quitará a los impíos su luz, y el brazo excelso será quebrantado.

22. La muerte, que restituye a los electos a la luz, quita a los réprobos la luz, a saber, la gloria de la presente vida.---Pues la muerte de la carne, que restituye a los electos a su luz, quita su luz a los réprobos. Pues la luz del soberbio es la gloria de la vida presente. La cual luz se le sustrae entonces, cuando por la destrucción de la carne es llamado a las tinieblas de sus retribuciones. Allí entonces el brazo excelso es quebrantado, porque la altura del corazón, arrebatada violentamente más allá del orden de la naturaleza, es disipada por el peso de la divina justicia que lo oprime, para que, porque se había erigido perversamente por breve tiempo, se reconozca fracturado para siempre por el peso del juicio. Pero ninguno de nosotros conocería qué seguiría después de la muerte, si el Creador de nuestra vida no viniera hasta la pena de nuestra muerte. Pues si él no buscara misericordiosamente lo más ínfimo, de ningún modo nos revocaría justamente a lo más alto a nosotros, perdidos después de su imagen. De donde también rectamente se añade:.

CAPÍTULO XII.

VERS. 16.---¿Acaso has entrado en lo profundo del mar, y has caminado en lo último del abismo?

23. El Señor descendió por nosotros no solo al mundo, sino también al infierno.---Como si dijera: Como yo, que no solo busqué el mar, esto es, el siglo, por la asunta carne humana y el alma, sino que también por ella, puesta espontáneamente en la muerte, descendí hasta lo último del infierno, como a lo profundo del mar. Pues si el mar, según el modo de la divina elocuencia, debe entenderse como el siglo, nada prohíbe que lo profundo del mar se sienta como los cerrojos del infierno. Lo cual profundo del mar buscó el Señor cuando entró en lo último del infierno para rescatar las almas de sus elegidos. De donde también se dice por el profeta: Pusiste lo profundo del mar como camino, para que pasaran los liberados (Is. 51, 10). Pues este profundo del mar, antes del advenimiento del Redentor, no fue camino, sino cárcel, porque cerraba en sí incluso las almas de los buenos, aunque no en lugares penales. Lo cual profundo, sin embargo, el Señor lo puso como camino porque, viniendo allí, concedió a sus elegidos pasar de los cerrojos del infierno a las cosas celestiales. De donde también aptamente se dice allí: Para que pasaran los liberados (ibíd., 10).

Quod vero profundum maris dixerat, hoc, aliis verbis replicans, abyssi novissimum vocat, quia sicut aquarum abyssus nulla nostra visione comprehenditur, ita occulta inferni nullo a nobis cognitionis sensu penetrantur. Qui enim hinc subtrahantur cernimus, sed quae illos juxta meritum retributio suppliciorum maneat, non videmus.

24. In inferno deambulavit, quia liber ad ligatos venit.---Vigilanti vero est cura pensandum quod in novissimo abyssi deambulasse se perhibet. Deambulare quippe non constricti, sed liberi est. Quem enim vincula stringunt, ejus nihilominus gressus impediunt. Quia igitur Dominus nulla peccati vincula pertulit, in inferno deambulavit. Liber quippe ad ligatos venit. Unde scriptum est: Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber (Psal. LXXXVII, 5). In novissimis ergo abyssi Domino deambulare est in loco damnationis nihil suae retentionis invenire, attestante Petro, qui ait: Solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo (Act. II, 24). Vel certe quia deambulando nos cum de loco ad locum ducimur, hic illicque praesentes invenimur; deambulasse in inferno Dominus dicitur, ut electis animabus in locis singulis per divinitatis potentiam praesens fuisse monstraretur. Unde et spiritus sapientiae mobilis describitur (Sap. VII, 4), ut per hoc quod nusquam deest, ubique nobis occurrere designetur. Quam descensionem suam Dominus tanto mirabilem respicit, quanto eam redempto homini crebrius infundit. Eam namque adhuc replicans subdit:

CAPUT XIII.

VERS. 17.---Nunquid apertae sunt tibi portae mortis, et ostia tenebrosa vidisti?

25. Portas mortis, hoc est potestates adversas superavit.---Portae enim mortis sunt potestates adversae. Quas descendens Dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriendo superavit. Quae appellatione quoque alia tenebrosa ostia vocantur, quia dum per occultationis suae insidias non videntur, deceptis mentibus viam mortis aperiunt. Quae tenebrosa ostia Dominus videt, quia immundorum spirituum fraudulentam malitiam et respicit et premit. Quos nisi ipse nobis nescientibus videndo prohiberet, et nil de insidiis eorum mens nostra cognosceret, et eisdem insidiis capta deperiret.

Pero lo que había llamado lo profundo del mar, esto, replicándolo con otras palabras, lo llama lo último del abismo, porque así como el abismo de las aguas no es comprendido por ninguna visión nuestra, así los secretos del infierno no son penetrados por ningún sentido de nuestro conocimiento. Pues vemos quiénes son sustraídos de aquí, pero no vemos qué retribución de suplicios les espera según su mérito.

24. Caminó en el infierno porque vino libre a los ligados.---Pero con vigilante cuidado debe pensarse que afirma haber caminado en lo último del abismo. Pues caminar no es propio del constreñido, sino del libre. Pues a quien las cadenas atan, sus pasos no obstante impiden. Porque, pues, el Señor no padeció ningunas cadenas de pecado, caminó en el infierno. Pues vino libre a los ligados. De donde está escrito: He sido hecho como hombre sin auxilio, libre entre los muertos (Sal. 87, 5). Caminar, pues, el Señor en lo último del abismo es no encontrar nada de su retención en el lugar de la condenación, atestiguándolo Pedro, quien dice: Soltados los dolores del infierno, según lo cual era imposible que fuera retenido por él (Hech. 2, 24). O ciertamente porque caminando nosotros cuando somos llevados de lugar a lugar, somos encontrados presentes aquí y allá; se dice que el Señor caminó en el infierno para que se mostrara haber estado presente a las almas elegidas en cada lugar por la potencia de la divinidad. De donde también el espíritu de la sabiduría se describe como móvil (Sab. 7, 24), para que por esto de que en ninguna parte falta, se designe que nos sale al encuentro en todas partes. Cuya descensión suya el Señor la mira como tanto más admirable, cuanto más frecuentemente la infunde al hombre redimido. Pues replicándola todavía, añade:.

CAPÍTULO XIII.

VERS. 17.---¿Acaso se te han abierto las puertas de la muerte, y has visto las puertas tenebrosas?

25. Superó las puertas de la muerte, esto es, las potestades adversas.---Pues las puertas de la muerte son las potestades adversas. Las cuales el Señor, descendiendo, abrió, porque muriendo superó la fortaleza de ellas. Las cuales también se llaman con otra apelación puertas tenebrosas, porque mientras por las insidias de su ocultamiento no se ven, abren el camino de la muerte a las mentes engañadas. Las cuales puertas tenebrosas el Señor ve, porque tanto mira como reprime la fraudulenta malicia de los espíritus inmundos. A los cuales, si él mismo no los prohibiera viéndolos mientras nosotros lo ignoramos, nuestra mente nada conocería de sus insidias, y capturada por las mismas insidias perecería.

Quae tenebrosa etiam nos ostia cernimus, quando supernae lucis radiis illustramur. Unde et per prophetam dicitur: Dominus mihi adjutor est, et ego videbo inimicos meos (Psal. CXVII, 7). Hostes igitur nostros ipse videt, qui suo eos munere nobis visibiles facit. Vel certe tenebrosa tunc ostia Dominus vidit, cum claustra inferni penetrans, crudeles spiritus perculit, et mortis praepositos moriendo damnavit. Quod idcirco hic non adhuc de futuro, sed jam de praeterito dicitur, quia hoc quod facturus erat in opere, nimirum jam fecerat in praedestinatione. Quia vero post mortem resurrectionemque ejus crevit Ecclesia, atque in cunctis est gentibus dilatata, apte subjungitur:

Caput XIV

[Vet. VII].

VERS. 18.---Nunquid considerasti latitudinem terrae?

26. Morte Christi crevit Ecclesia. Tanquam Samson, plures hostium moriens exstinxit quam vivens.---Dum enim Dominus angustias mortis petiit, fidem suam in gentibus dilatavit, atque ad innumera corda credentium sanctam Ecclesiam extendit. Cui per prophetam dicitur: Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida; ad dexteram enim et ad laevam penetrabis, et semen tuum gentes haereditabit (Isai. LIV, 2). Quae latitudo terrae profecto non fieret, nisi ipse prius et vitam quam novimus moriendo despiceret, et vitam quam non novimus resurgendo monstraret. In morte quippe sua nostrae oculos mentis aperuit, et quae esset vita quae sequeretur ostendit. Unde et hunc in Evangelio ordinem tenens, discipulis dicit: Sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine ejus poenitentiam, et remissionem peccatorum per omnes gentes (Luc. XXIV, 46). Pauci enim ex plebe Israelitica ipso praedicante crediderunt; innumeri vero gentium populi viam vitae moriente illo secuti sunt. Superbos namque dum adhuc passibilis viveret pertulit, a passibili vero vita mortuus stravit. Quod bene Samson in semetipso dudum figuraliter expressit (Judic. XVI, 30), qui paucos quidem dum viveret interemit; destructo autem templo, hostes innumeros cum moreretur occidit, quia nimirum Dominus ab elatione superbiae paucos cum viveret, plures vero cum templum sui corporis solveretur exstinxit (Joan. II, 19); atque electos ex gentibus quos vivendo sustinuit, simul omnes moriendo prostravit. Recte itaque postquam inferna penetrasse se docuit, considerandam mox terrae latitudinem subjunxit: Nunquid considerasti latitudinem terrae?

Las cuales puertas tenebrosas también nosotros discernimos cuando somos ilustrados por los rayos de la luz suprema. De donde también se dice por el profeta: El Señor es mi ayudante, y yo veré a mis enemigos (Sal. 117, 7). Él mismo, pues, ve a nuestros enemigos, quien por su don los hace visibles a nosotros. O ciertamente el Señor vio entonces las puertas tenebrosas cuando, penetrando los cerrojos del infierno, hirió a los espíritus crueles y, muriendo, condenó a los prepósitos de la muerte. Lo cual se dice aquí, por tanto, no todavía sobre el futuro, sino ya sobre el pasado, porque esto que iba a hacer en la obra, sin duda ya lo había hecho en la predestinación. Pero porque después de su muerte y resurrección la Iglesia creció y se dilató en todas las naciones, aptamente se añade:.

CAPÍTULO XIV.

VERS. 18.---¿Acaso has considerado la latitud de la tierra?

26. Por la muerte de Cristo creció la Iglesia. Como Sansón, muriendo extinguió a más enemigos que viviendo.---Pues mientras el Señor buscó las angosturas de la muerte, dilató su fe en las naciones y extendió la santa Iglesia a los innumerables corazones de los creyentes. A la cual se dice por el profeta: Ensancha el lugar de tu tienda, y extiende las pieles de tus tabernáculos, no escatimes, alarga tus cuerdas y consolida tus clavos; porque penetrarás a la derecha y a la izquierda, y tu simiente heredará las naciones (Is. 54, 2-3). La cual latitud de la tierra ciertamente no se haría si él antes no despreciara muriendo la vida que conocemos, y mostrara resurgiendo la vida que no conocemos. Pues en su muerte abrió los ojos de nuestra mente y mostró cuál sería la vida que seguiría. De donde también, manteniendo este orden en el Evangelio, dice a los discípulos: Así convenía que Cristo padeciera, y resurgiera de los muertos al tercer día, y que se predicara en su nombre la penitencia y la remisión de los pecados por todas las naciones (Luc. 24, 46-47). Pues pocos de la plebe israelítica creyeron predicando él mismo; pero innumerables pueblos de las naciones siguieron el camino de la vida muriendo él. Pues a los soberbios, mientras todavía vivía pasible, los toleró; pero muerto de la vida pasible, los derribó. Lo cual bien expresó Sansón en sí mismo hace tiempo figuralmente (Juec. 16, 30), quien ciertamente mató a pocos mientras vivía; pero destruido el templo, mató a innumerables enemigos cuando moría, porque sin duda el Señor extinguió a pocos de la elación de la soberbia cuando vivía, pero a más cuando el templo de su cuerpo se disolvía (Juan 2, 19); y a los elegidos de las naciones a los cuales sustentó viviendo, a todos juntos los derribó muriendo. Rectamente, pues, después de que enseñó haber penetrado los infiernos, añadió pronto la latitud de la tierra para ser considerada: ¿Acaso has considerado la latitud de la tierra?

Ac si flagellato homini diceret: Perpende quid pertuli, et pensa quod emi; nec queraris ipse de verbere, dum nescis quae te praemia maneant in retributione. Inter haec itaque verba creatoris operae pretium puto, si a bono communi ac publico parumper oculos flectimus, et quid in singulis nobis latenter agat intuemur. Dicit enim:

Caput XV

[Rec. VIII].

VERS. 16.---Nunquid ingressus es profundum maris?

27. Maris profundum Deus ingreditur, cum peccatoris mentem visitat.---Mare quippe est mens humana, cujus profunda Deus ingreditur quando per cognitionem suam ad lamenta poenitentiae ab intimis cogitationibus perturbatur, quando prioris vitae nequitias ad memoriam reducit, et fluctuantem in confusione sua animum concutit. Profundum maris Deus penetrat, quando etiam desperata corda permutat. Ipse enim mare intrat quando cor saeculare humiliat, profundum maris ingreditur quando visitare mentes etiam pressas sceleribus non dedignatur. Unde et recte percunctando subjungitur: Et in novissimis abyssi deambulasti? Quae enim est abyssus, nisi mens humana, quae dum semetipsam comprehendere non valet, sese in omne quod est, velut obscura abyssus, latet? Unde bene per prophetam dicitur: Dedit abyssus vocem suam, ab altitudine phantasiae suae (Habac. III, 10), quia dum semetipsam mens humana non penetrat, ex comparatione sui, divinae naturae potentiam quam comprehendere non sufficit humilius laudat.

28. In novissimis abyssi deambulat, cum nequissimorum corda convertit.---In novissimis ergo abyssi Deo deambulare est etiam nequissimorum corda hominum convertere, et desperatas mentes visitationis suae vestigiis tangendo mirabiliter reformare. Cum enim post immensa scelera, unusquisque compungitur, quid aliud quam in novissimis abyssi Deus deambulans videtur? Quasi in abysso namque Deus deambulat, cum obscurum cor penetrans, fluctus invisibiles vitiorum calcat. Plerumque enim praeterita alia plangimus, et aliis praesentibus urgemur, ut modo superbia, modo ira, modo luxuria, modo avaritia tentante fatigemur. Sed cum cuncta haec in corde nostro Dominus occultae visitationis suae timore reprimit, quid aliud quam in abysso gressus ponit? Quos gressus mente conspicimus, quando contra insurgentia vitia quomodo timoris ejus obvient dona pensamus. Hos namque gressus Propheta conspexerat, cum dicebat: Visi sunt ingressus tui, Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto ipsius (Psal. LXVII, 25).

Como si dijera al hombre azotado: Pondera lo que he padecido y piensa lo que he comprado; y no te quejes tú del azote mientras no sabes qué premios te esperan en la retribución. Entre estas palabras del Creador, juzgo que vale la pena si desviamos por un momento los ojos del bien común y público e intuimos qué hace latente en cada uno de nosotros. Pues dice:.

CAPÍTULO XV.

VERS. 16.---¿Acaso has entrado en lo profundo del mar?

27. Dios entra en lo profundo del mar cuando visita la mente del pecador.---Pues el mar es la mente humana, en cuyos profundos entra Dios cuando, por el conocimiento de sí mismo, es perturbada hasta los lamentos de la penitencia desde los íntimos pensamientos, cuando reduce a la memoria las nequicias de la vida anterior y sacude el ánimo fluctuante en su confusión. Dios penetra lo profundo del mar cuando también cambia los corazones desesperados. Pues él mismo entra en el mar cuando humilla el corazón secular, entra en lo profundo del mar cuando no se digna dejar de visitar las mentes incluso oprimidas por los crímenes. De donde también rectamente se añade preguntando: ¿Andaste en lo último del abismo? Pues ¿qué es el abismo sino la mente humana, la cual, mientras no vale comprenderse a sí misma, se oculta a sí misma en todo lo que es, como un oscuro abismo? De donde bien se dice por el profeta: El abismo dio su voz, desde la altura de su fantasía (Hab. 3, 10), porque mientras la mente humana no se penetra a sí misma, por la comparación de sí, alaba más humildemente la potencia de la naturaleza divina, la cual no es suficiente para comprender.

28. Camina en lo último del abismo cuando convierte los corazones de los más inicuos.---Caminar, pues, Dios en lo último del abismo es convertir los corazones incluso de los hombres más inicuos, y reformar admirablemente las mentes desesperadas tocándolas con los vestigios de su visitación. Pues cuando después de inmensos crímenes cada uno es compungido, ¿qué otra cosa se ve sino a Dios caminando en lo último del abismo? Pues como en un abismo camina Dios cuando, penetrando el oscuro corazón, pisa los flujos invisibles de los vicios. Pues la mayoría de las veces deploramos unas cosas pasadas y somos urgidos por otras presentes, de modo que somos fatigados ahora por la soberbia, ahora por la ira, ahora por la lujuria, ahora por la avaricia que nos tienta. Pero cuando el Señor reprime todo esto en nuestro corazón por el temor de su visitación oculta, ¿qué otra cosa hace sino poner sus pasos en el abismo? Los cuales pasos con la mente contemplamos cuando pensamos cómo los dones de su temor se oponen a los vicios insurgentes. Pues estos pasos el Profeta los había contemplado cuando decía: Vistas fueron tus entradas, Dios, las entradas de mi Dios, de mi rey, que está en su santuario (Sal. 67, 25).

Qui enim inordinatos motus animi divinorum judiciorum memoria in se reprimi conspicit, quasi deambulantis in se gressus Domini videt. Dicatur ergo beato Job: Nunquid ingressus es profundum maris, et in novissimis abyssi deambulasti? Subaudis ut ego, qui mira misericordia in peccatorum cordibus modo iram, modo luxuriam, modo avaritiam, modo surgentem superbiam calco. Ac si ei aperte diceretur: Si latentia cordis vitia me solum reprimere conspicis, tu extolli de propria justificatione cessabis. Et quia cum divinitus visitamur etiam de occultis et illicitis motibus mentis ad confessionem ducimur, recte subjungitur:

CAPUT XVI.

VERS. 17.---Nunquid apertae sunt tibi portae mortis?

29. Portae mortis sunt cogitationes pravae, quas Deo per confessionem pandimus.---Portae enim mortis sunt cogitationes pravae, quas Deo pandimus, quando eas in poenitentia flendo confitemur. Quas etiam non confessas intuetur, sed confessas ingreditur. Tunc quippe viam sibi in portis mortis aperit, quando, solutis pravis cogitationibus, ad nos post confessionem venit. Quae portae mortis idcirco vocatae sunt, quia profecto via ad interitum per iniquas semper cogitationes aperitur. Quod adhuc replicatur, cum subditur:

IBID.---Et ostia tenebrosa vidisti?

30. Tenebrosa namque ostia sunt latentia mentis mala.---Tenebrosa namque ostia sunt latentia mentis mala, quae et haberi intrinsecus possunt, et tamen ab altero videri non possunt. Quae tamen Dominus cernit, quando ea occulto respectu gratiae destruit. Scriptum quippe est: Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo (Prov. XX, 8). Et quia omne vitium angustat, omnis vero virtus animum dilatat, post destructa vitia recte subjungitur: Nunquid considerasti latitudinem terrae? Nisi enim virtus animum dilataret, nequaquam Paulus Corinthiis diceret: Dilatamini et vos, et nolite jugum ducere cum infidelibus (II Cor. VI, 13). Solerter vero intuendum est quod dicitur:

CAPUT XVII.

VERS. 18.---Considerasti latitudinem terrae?

Pues quien contempla los movimientos inordinados del ánimo reprimirse en sí por la memoria de los divinos juicios, ve como los pasos del Señor que camina en él. Dígase, pues, al bienaventurado Job: ¿Acaso has entrado en lo profundo del mar, y has caminado en lo último del abismo? Sobrentiendes "que", por tanto, yo, que por admirable misericordia piso en los corazones de los pecadores ahora la ira, ahora la lujuria, ahora la avaricia, ahora la soberbia que surge. Como si se le dijera abiertamente: Si contemplas que yo solo reprimo los vicios latentes del corazón, tú cesarás de elevarte por tu propia justificación. Y porque cuando somos visitados divinamente somos llevados a la confesión incluso sobre los movimientos ocultos e ilícitos de la mente, rectamente se añade:.

CAPÍTULO XVI.

VERS. 17.---¿Acaso se te han abierto las puertas de la muerte?

29. Las puertas de la muerte son las cogitaciones depravadas, las cuales abrimos a Dios por la confesión.---Pues las puertas de la muerte son las cogitaciones depravadas, las cuales abrimos a Dios cuando las confesamos llorando en la penitencia. A las cuales también contempla cuando no son confesadas, pero entra cuando son confesadas. Pues entonces se abre camino en las puertas de la muerte cuando, soltadas las cogitaciones depravadas, viene a nosotros después de la confesión. Las cuales fueron llamadas puertas de la muerte porque, sin duda, el camino hacia la perdición siempre se abre por las cogitaciones inicuas. Lo cual todavía se replica cuando se añade:.

IBÍD.---¿Y has visto las puertas tenebrosas?

30. Las puertas tenebrosas son los males latentes de la mente.---Pues las puertas tenebrosas son los males latentes de la mente, los cuales pueden tenerse intrínsecamente y, sin embargo, no pueden ser vistos por otro. Los cuales, sin embargo, el Señor discierne cuando los destruye por el oculto respeto de la gracia. Escrito está, en efecto: El rey que se sienta en el solio del juicio, disipa todo mal con su mirada (Prov. 20, 8). Y porque todo vicio angosta, pero toda virtud dilata el ánimo, después de destruidos los vicios, rectamente se añade: ¿Acaso has considerado la latitud de la tierra? Pues si la virtud no dilatara el ánimo, de ningún modo Pablo diría a los corintios: Dilataos también vosotros, y no llevéis yugo con los infieles (2 Cor. 6, 13-14). Pero solícitamente debe contemplarse lo que se dice:.

CAPÍTULO XVII.

VERS. 18.---¿Has considerado la latitud de la tierra?

31. Sancti dum exterius angustiis premuntur, intus dilatantur.---Latitudo namque bonorum interiorum nequaquam comprehenditur, nisi caute consideretur. Nam plerumque eos exterius inopia humiliat, poenae cruciatus angustat; sed tamen inter haec semper interior fortitudo se usque ad speranda coelestia dilatat. Angustati apostoli exterius fuerant, quando flagella sustinebant; sed in magna stabant intus latitudine liberi, qui apud se haec eadem flagella in gaudium verterant. Scriptum namque est: Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati (Act. V, 41). Hanc latitudinem inter angustias Paulus invenerat, qui dicebat: Scire autem vos volo, fratres, quia quae circa me sunt magis ad profectum venerunt Evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in omni praetorio (Philip. I, 12). Hanc latitudinem David inter angustias obtinebat, dicens: In tribulatione dilatasti me (Psal. IV, 2). Tunc itaque haec terra, id est sanctorum conscientia, dilatatur, cum mundi hujus adversitatibus; exterius premitur. Nam cum a praesentis vitae securitate repellitur, intus ad se impingitur, ut ad speranda superna tendatur. Cumque evagari exterius non permittitur, quasi in sinum suum revocata dilatatur. Nos autem quae boni viri adversa tolerent cernimus, sed intus quantum gaudeant non videmus. Mentis eorum latitudinem modo in verbis, modo in operibus considerando cognoscimus, sed tamen quanta in eis amplitudo sit ejusdem latitudinis ignoramus. Audiat ergo humana sapientia, et se insipientem discat: Nunquid considerasti latitudinem terrae? Ac si dicat: ut ego, qui flagellis cinctam, occultam justorum laetitiam solus plene considero, quia solus misericorder formo. Vel certe idcirco beatus Job utrum terrae latitudinem consideraverit inquiritur, ut exemplo alienae latitudinis humilietur. Ac si ei aperte diceretur: Eos quos innumera mala praesentis vitae nequeunt angustare considera, et de statu cordis tui inter verbera gloriari cessa. Sequitur:

Caput XVII

[Vet. et Rec. IX].

VERS. 18-20.---Indica mihi, si nosti omnia, in qua via habitet lux, et tenebrarum quis locus sit, ut ducas unumquodque ad terminos suos, et intelligas semitas domus ejus.

31. Los santos, mientras son oprimidos exteriormente por las angosturas, son dilatados interiormente.---Pues la latitud de los bienes interiores de ningún modo se comprende si no se considera cautamente. Pues la mayoría de las veces la penuria los humilla exteriormente, el tormento de la pena los angosta; pero, sin embargo, entre estas cosas la fortaleza interior siempre se dilata hasta la esperanza de las cosas celestiales. Angostados habían sido los apóstoles exteriormente cuando sostenían los azotes; pero permanecían libres en gran latitud interiormente, los cuales habían convertido estos mismos azotes en gozo entre sí. Escrito está, en efecto: Iban los apóstoles gozosos de la presencia del concilio, porque fueron tenidos por dignos de padecer contumelia por el nombre de Jesús (Hech. 5, 41). Esta latitud había encontrado Pablo entre las angosturas, el cual decía: Pero quiero que sepáis, hermanos, que las cosas que me han sucedido han redundado más bien en provecho del Evangelio, de modo que mis prisiones se han hecho manifiestas en todo el pretorio (Fil. 1, 12-13). Esta latitud David la obtenía entre las angosturas, diciendo: En la tribulación me dilataste (Sal. 4, 1). Entonces, por tanto, esta tierra, esto es, la conciencia de los santos, se dilata cuando es oprimida exteriormente por las adversidades de este mundo. Pues cuando es repelida de la seguridad de la presente vida, es impulsada hacia sí en su interior, para que se tienda a la esperanza de las cosas supernas. Y cuando no se le permite vagar exteriormente, como revocada a su propio seno, se dilata. Pero nosotros vemos qué adversidades toleran los hombres buenos, pero no vemos interiormente cuánto se gozan. Conocemos la latitud de su mente considerándola ahora en las palabras, ahora en las obras, pero sin embargo ignoramos cuánta amplitud de la misma latitud haya en ellos. Oiga, pues, la sabiduría humana y aprenda que es insipiente: ¿Acaso has considerado la latitud de la tierra? Como si dijera: como yo, que solo considero plenamente el gozo oculto de los justos rodeado de azotes, porque solo yo misericordiosamente lo formo. Or ciertamente por eso se pregunta al bienaventurado Job si ha considerado la latitud de la tierra, para que sea humillado por el ejemplo de la latitud ajena. Como si se le dijera abiertamente: Considera a aquellos a quienes los innumerables males de la vida presente no pueden angostar, y cesa de gloriarte sobre el estado de tu corazón entre los azotes. Sigue:.

Capítulo XVII

[Vet. et Rec. IX].

VERS. 18-20.---Indícame, si lo conoces todo, ¿en qué camino habita la luz, y cuál es el lugar de las tinieblas, para que lleves cada cosa a sus términos, y entiendas las sendas de su casa?

32. Per lucem justitia, per tenebras iniquitas designatur. Qui in justitia perseveraturi sint, aut in peccato morituri, nos latet. Beatus Job gravi quaestione discutitur, ut et de via lucis, et tenebrarum loco requiratur; ut unumquodque ad suos terminos ducat, ac semitas domus ejus intelligat. Quid enim lucis nomine, nisi justitia accipitur? et quid per tenebras, nisi iniquitas designatur? Unde quibusdam conversis a peccatorum nequitia dicitur: Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Ephes. V, 8). Et de quibusdam in peccato manentibus memoratur: Qui dormiunt, nocte dormiunt (I Thess. V, 7). Beato itaque Job dicitur: Indica mihi si nosti omnia, in qua via habitet lux, et tenebrarum quis locus sit? Ac si dicatur ei: Si plenam te habere scientiam suspicaris, dic vel in cujus cor ea quae nunc deest, innocentia veniat, vel in cujus corde ea quae nunc est malitia perseveret. In qua via habitet lux, id est cujus mentem veniens justitia impleat: Et tenebrarum quis locus sit, id est, in quo iniquitas caeca perduret: Ut ducas unumquodque ad terminos suos, id est, ut dijudices si vel is qui nunc iniquus cernitur, in iniquitate vitam finiat; vel is qui justus cernitur extremitatem vitae suae cum justitiae perfectione concludat: Et intelligas semitas domus ejus, id est, consideres atque discernas, vel cui bona actione perseverans aeternam mansionem praestet in regno, vel quem usque ad terminum suum actio prava constringens in aeternum damnet supplicium. Domus quippe pro mansione ponitur, semita pro actione. Semita igitur ad domum ducit, quia actio ad mansionem pertrahit. Sed quis hominum ista discussus dicat? quis ista saltem imperterritus audiat? Multos enim videmus quotidie, qui justitiae luce resplendent, et tamen ad finem suum nequitiae obscuritate tenebrantur; et multos cernimus peccatorum tenebris obvolutos, et tamen juxta vitae suae terminum repente reddi luci justitiae liberos. Multos etiam novimus semel inventam viam justitiae illibate usque ad mortem tenuisse, et plerosque conspeximus usque ad exitum coepta semel crimina sine cessatione cumulasse.

33. Judiciorum Dei nubila, mentis nostrae radiis impervia.---Quis vero inter ista occultorum judiciorum nubila mentis suae radium mittat, ut aliqua consideratione discernat, vel quis perduret in malo, vel quis perseveret in bono, vel quis ab infimis convertatur ad summa, vel quis a summis revertatur ad infima? Latent haec sensus hominum, nec quidquam de cujuslibet fine cognoscitur, quia divinorum judiciorum abyssus humanae mentis oculo nullatenus penetratur. Videmus namque quod illa adversa Deo gentilitas justitiae luce perfusa est, et Judaea dudum dilecta perfidiae est nocte caecata.

32. Por la luz se designa la justicia, por las tinieblas la iniquidad. Quiénes han de perseverar en la justicia, o morirán en el pecado, se nos oculta. Al bienaventurado Job se le discute con una grave cuestión, para que se le pregunte tanto por el camino de la luz como por el lugar de las tinieblas; para que lleve cada cosa a sus términos y entienda las sendas de su casa. Pues, ¿qué se recibe con el nombre de luz sino la justicia? ¿y qué se designa por las tinieblas sino la iniquidad? De donde se dice a algunos convertidos de la maldad de los pecados: Erais en otro tiempo tinieblas, mas ahora luz en el Señor (Ef. 5, 8). Y de algunos que permanecen en el pecado se menciona: Los que duermen, de noche duermen (1 Tes. 5, 7). Se dice, pues, al bienaventurado Job: Indícame, si lo conoces todo, ¿en qué camino habita la luz, y cuál es el lugar de las tinieblas? Como si se le dijera: Si sospechas que tienes pleno conocimiento, dime o en qué corazón vendrá aquella inocencia que ahora falta, o en qué corazón perseverará aquella malicia que ahora está. En qué camino habita la luz, esto es, la mente de quién llenará la justicia al venir: Y cuál es el lugar de las tinieblas, esto es, en quién perdurará la ciega iniquidad: Para que lleves cada cosa a sus términos, esto es, para que juzgues si aquel que ahora se ve inicuo, terminará su vida en la iniquidad; o si aquel que se ve justo concluirá el extremo de su vida con la perfección de la justicia: Y entiendas las sendas de su casa, esto es, consideres y disciernas, o a quién una buena acción perseverante le proporcionará una mansión eterna en el reino, o a quién una acción depravada, constriñéndolo hasta su término, lo condenará al suplicio eterno. Pues la casa se pone por la mansión, la senda por la acción. La senda, por tanto, conduce a la casa, porque la acción arrastra hacia la mansión. Pero, ¿quién de los hombres, al ser discutido, diría estas cosas? ¿quién al menos oiría estas cosas sin terror? Pues vemos a muchos cada día que resplandecen con la luz de la justicia y, sin embargo, en su fin son entenebrecidos por la oscuridad de la maldad; y vemos a muchos envueltos en las tinieblas de los pecados y, sin embargo, cerca del término de su vida son repentinamente devueltos libres a la luz de la justicia. También conocimos a muchos que, habiendo encontrado una vez el camino de la justicia, lo mantuvieron de forma irreprochable hasta la muerte, y vimos a muchísimos que hasta la salida acumularon sin cesar los crímenes una vez comenzados.

33. Las nubes de los juicios de Dios son impenetrables a los rayos de nuestra mente.---Pero, ¿quién podrá enviar el rayo de su mente entre estas nubes de juicios ocultos, para discernir con alguna consideración quién perdura en el mal, o quién persevera en el bien, o quién se convierte de lo más bajo a lo más alto, o quién vuelve de lo más alto a lo más bajo? Estas cosas están ocultas a los sentidos de los hombres, y nada se conoce sobre el fin de nadie, porque el abismo de los juicios divinos no es penetrado de ningún modo por el ojo de la mente humana. Pues vemos que aquella gentilidad adversa a Dios ha sido inundada por la luz de la justicia, y Judea, antes amada, está cegada por la noche de la perfidia.

Scimus etiam quod latro de patibulo transivit ad regnum (Luc. XXIII, 43), Judas de apostolatus gloria est lapsus in tartarum (Matth. XXVII, 5). Rursumque quia aliquando sortes quae coeperint non mutantur, et latronem novimus alium pervenisse ad supplicium, et apostolos scimus percepisse propositum quod desideraverant regnum. Quis ergo discutiat in qua via habitet lux, et tenebrarum quis locus sit, ut ducat unumquodque ad terminos suos, et intelligat semitas domus ejus? Video Paulum ex illa persecutionis saevitia ad gratiam apostolatus vocatum (Act. IX, 1, seq.), et tamen sic inter judicia occulta formidat, ut reprobari se, etiam postquam vocatus est, timeat. Ait enim: Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte aliis praedicans, ipse reprobus efficiar (I Cor. IX, 27). Et rursum: Ego me non arbitror comprehendisse; unum autem, quae quidem retro sunt oblitus, ad ea quae sunt priora extendens meipsum, ad destinatum sequor, ad palmam supernae vocationis Dei, in Christo Jesu. Sequor autem si comprehendam, in quo et comprehensus sum (Philip. III, 13). Et certe jam de illo voce dominica dictum fuerat: Vas electionis mihi est (Act. IX, 15); et tamen adhuc castigans corpus suum metuit ne reprobetur.

34. Spem nostram potius comitetur timor quam securitas. Vae laudabili etiam vitae, si remota pietate judicetur.---Vae miseris nobis, qui de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognovimus, et jam in otio quasi de securitate torpemus. Debet profecto, debet in spe esse non solum securitas, sed etiam timor in conversatione, ut et illa certantes foveat, et iste torpentes pungat. Unde recte per prophetam dicitur: Qui timent Dominum, sperent in Domino (Psal. CXIII, 11). Ac si aperte diceret: De spe incassum praesumit, qui timere Deum in suis operibus renuit. Sed cur beatus Job de tam valida quaestione requiritur, quae omnino ab hominibus ignoratur, ut justorum iniquorumque terminum comprehendat, nisi ut aliorum finem cognoscere non valens, ad suum recurrat, quia sicut aliorum, sic etiam suum nesciat, et nesciens timeat, timens humilietur, humiliatus jam de operibus suis extolli non debeat, et non elatus in gratiae arce persistat? Dicatur ergo ei: Indica mihi, si habes intelligentiam, in qua via habitet lux, et tenebrarum quis locus sit; ut ducas unumquodque ad terminos suos. Ac si diceretur: Sicut qui de malis convertantur ad bona, vel qui de bonis ad mala redeant, nescis, ita etiam nec de te quid tuis meritis exigentibus agatur intelligis. Et sicut alienum nullatenus comprehendis, ita etiam tuum terminum praenoscere non vales. Jam enim quantum ipse profeceris scis, sed quid adhuc de te ego in occulto sentiam nescis. Jam justitiae tuae acta consideras, sed quam districte apud me pensentur ignoras. Vae etiam laudabili vitae hominum, si remota pietate judicetur, quia districte discussa inde ante oculos judicis unde se placere suspicatur obruitur.

Sabemos también que el ladrón pasó del patíbulo al reino (Lc. 23, 43), y que Judas, de la gloria del apostolado, cayó al tártaro (Mt. 27, 5). Y de nuevo, porque a veces las suertes que han comenzado no cambian, conocimos a otro ladrón que llegó al suplicio, y sabemos que los apóstoles recibieron el reino que habían deseado. ¿Quién, pues, discutirá en qué camino habita la luz, y cuál es el lugar de las tinieblas, para que lleve cada cosa a sus términos y entienda las sendas de su casa? Veo a Pablo llamado de aquella saña de persecución a la gracia del apostolado (Hech. 9, 1 ss.), y sin embargo así teme entre los juicios ocultos, que teme ser reprobado incluso después de haber sido llamado. Pues dice: *Castigo mi cuerpo y lo reduzco a servidumbre, no sea que predicando a otros, yo mismo sea reprobado* (1 Cor. 9, 27). Y de nuevo: Yo no considero haberlo alcanzado; pero una cosa hago: olvidando lo que queda atrás y extendiéndome a lo que está delante, sigo hacia la meta, hacia el premio de la soberana vocación de Dios en Cristo Jesús. Sigo, sin embargo, por si alcanzo aquello para lo que también fui alcanzado (Fil. 3, 13). Y ciertamente ya se había dicho de él por voz dominica: Vaso de elección es para mí (Hech. 9, 15); y sin embargo, todavía castigando su cuerpo, teme ser reprobado.

34. Que el temor más bien que la seguridad acompañe nuestra esperanza. Ay incluso de la vida loable, si se juzga apartada la piedad.---¡Ay de nosotros, miserables!, que aún no hemos conocido ninguna voz de Dios sobre nuestra elección, y ya nos entorpecemos en el ocio como por seguridad. Debe ciertamente, debe haber no solo seguridad en la esperanza, sino también temor en la conducta, para que aquella fomente a los que luchan, y este aguijonee a los que se entorpecen. Por lo cual rectamente se dice por el profeta: *Los que teméis al Señor, esperad en el Señor* (Sal. 113, 11). Como si dijera abiertamente: En vano presume de esperanza el que rehúsa temer a Dios en sus obras. Pero, ¿por qué se le pregunta al bienaventurado Job sobre una cuestión tan poderosa, que es totalmente ignorada por los hombres, para que comprenda el término de los justos y de los inicuos, sino para que, no pudiendo conocer el fin de los otros, recurra al suyo, porque así como no conoce el de los otros, así tampoco conoce el suyo, y desconociéndolo tema, temiendo se humille, humillado ya no deba enorgullecerse de sus obras, y no siendo elado persista en el alcázar de la gracia? Dígasele, pues: *Indícame, si tienes inteligencia, ¿en qué camino habita la luz, y cuál es el lugar de las tinieblas; para que lleves cada cosa a sus términos?* Como si se dijera: Así como no sabes quiénes se convertirán de lo malo a lo bueno, o quiénes vuelvan de lo bueno a lo malo, así tampoco entiendes de ti mismo qué se hace según lo exigen tus méritos. Y así como de ningún modo comprendes lo ajeno, así tampoco puedes preconocer tu propio término. Pues ya sabes cuánto has progresado, pero qué siento yo todavía de ti en lo oculto no lo sabes. Ya consideras los actos de tu justicia, pero cuán estrictamente se pesan ante mí lo ignoras. ¡Ay incluso de la loable vida de los hombres, si se juzga apartada la piedad!, porque discutida estrictamente, se ve abrumada ante los ojos del juez por aquello mismo por lo que sospecha agradar.

Unde recte Deo per Prophetam dicitur: Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (Psal. CXLII, 2). Unde bene per Salomonem dicitur: Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei, et tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta (Eccle. IX, 1). Hinc rursum per eumdem Salomonem dicitur: Quis hominum intelligere poterit viam suam (Prov. XX, 24)? Et nimirum bona malave quis faciens conscientia attestante cognoscitur. Sed idcirco dicitur quod via sua ab hominibus nesciatur, quia etiam si recta se quisque opera agere intelligat, sub districto tamen examine quo tendat, ignorat.

Igitur postquam illum de ista finis sui consideratione perterruit, ad examinandum ejus exordium redit; ac ne conqueratur cur finem suum nesciat, commemoratur etiam quia nec quo huc initio accessit intelligat. Nam sequitur:

CAPUT XIX.

VERS. 21.---Sciebas tunc quod nasciturus esses, et numerum dierum tuorum noveras?

35. Nullus hominum suum initium novit aut finem.---Ac si aperte diceret: Quid mirum si terminum tuum non intelligis, qui nec initium comprehendis? Et qui ignoras quo huc initio veneris, quid mirum si nescias quo fine subtraharis? Si ergo meum fuit te per initium ex occultis ad prompta producere, meum quoque erit etiam te ex promptis ad occulta revocare. Cur de vitae tuae dispensatione aliquid quereris, qui in manu artificis temetipsum nesciens teneris? Extolli itaque tanto magis non debes in eo quod agis, quanto intra sinum aeternitatis clausus, nec quo huc ordine veneris, nec quando vel quomodo hinc educaris agnoscis.

36. Ab hac lege Christus eximitur.---Haec tamen intelligi et aliter possunt: Sciebas tunc quod nasciturus esses, et numerum dierum tuorum noveras? Subaudis ut ego, qui me nasciturum novi, quia et ante humanitatis ortum in divinitate semper substantialiter vixi. Homines quippe tunc esse incipiunt, cum in matrum suarum ventre nascuntur. Nam ipsa quoque conceptio nativitas dicitur, juxta hoc quod scriptum est: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est (Matth. I, 20). Et idcirco se nascituros nesciunt, quia nec priusquam creentur existunt.

Por lo cual rectamente se dice a Dios por el Profeta: *No entres en juicio con tu siervo, porque no se justificará en tu presencia ningún viviente* (Sal. 142, 2). Por lo cual bien se dice por Salomón: *Hay justos y sabios, y sus obras están en la mano de Dios, y sin embargo el hombre no sabe si es digno de amor o de odio, sino que todas las cosas se guardan inciertas para el futuro* (Ecl. 9, 1). De aquí de nuevo se dice por el mismo Salomón: *¿Quién de los hombres podrá entender su camino?* (Prov. 20, 24). Y sin duda el que hace cosas buenas o malas se conoce por el testimonio de la conciencia. Pero por eso se dice que su camino es ignorado por los hombres, porque aunque cada uno entienda que realiza obras rectas, sin embargo, bajo un examen estricto, hacia dónde tiende, lo ignora.

Por lo tanto, después de que lo aterró con esta consideración de su fin, vuelve a examinar su exordio; y para que no se queje de por qué no conoce su fin, se le recuerda también que tampoco entiende por qué inicio llegó aquí. Pues sigue:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 21.---¿Sabías entonces que habías de nacer, y conocías el número de tus días?

35. Ningún hombre conoce su inicio o su fin.---Como si dijera abiertamente: ¿Qué maravilla es si no entiendes tu término, tú que ni siquiera comprendes tu inicio? Y tú, que ignoras por qué inicio viniste aquí, ¿qué maravilla es si no sabes con qué fin serás retirado? Si, pues, fue mío producirte mediante un inicio de lo oculto a lo manifiesto, mío será también recordarte de lo manifiesto a lo oculto. ¿Por qué te quejas de algo sobre la dispensación de tu vida, tú que te mantienes sin saberlo en la mano del Artífice? Por tanto, tanto más no debes enorgullecerse en lo que haces, cuanto que, encerrado dentro del seno de la eternidad, ni reconoces con qué orden viniste aquí, ni cuándo o cómo serás sacado de aquí.

36. Cristo es exceptuado de esta ley.---Estas cosas, sin embargo, pueden entenderse también de otro modo: *¿Sabías entonces que habías de nacer, y conocías el número de tus días?* Se subentiende "como yo", que supe que habría de nacer, porque incluso antes del nacimiento de la humanidad siempre viví sustancialmente en la divinidad. Pues los hombres comienzan a ser entonces, cuando nacen en el vientre de sus madres. Pues la misma concepción también se llama nacimiento, según aquello que está escrito: *Lo que en ella ha nacido, del Espíritu Santo es* (Mt. 1, 20). Y por eso no saben que han de nacer, porque no existen antes de ser creados.

Deus vero qui sine initio semper exstitit praescivit de se hoc quod in utero Virginis initium sumpsit; et quia praescivit, disposuit; quia disposuit, nihil profecto in humana forma sine sua voluntate toleravit. Convincatur ergo cur de flagellis suis homo queritur, qui ortum suum praescire non potuit, si ipse etiam qui ortum suum praesciendo disposuit se inter homines ad flagella praeparavit. Sequitur:

Caput XX

[Rec. XI].

VERS. 22, 23.---Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quae praeparavi in tempus hostis, in diem pugnae et belli?

37. Improbi ad justorum probationem servantur.---Quid aliud nive vel grandine, nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda pravorum? Sicut enim fervore charitas, sic solet in sacro eloquio frigore malitia designari. Scriptum namque est: Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit animam malitia sua (Ierem. VI, 7). Et rursum: Abundabit iniquitas, et refrigescet charitas multorum (Matth. XXIV, 12). In frigore ergo nivis, vel in duritia grandinis, quid accipi aptius potest quam vita pravorum, quae et per torporem frigescet, et per duritiae malitiam percutit? Quorum tamen vitam Dominus tolerat, quia eos ad justorum suorum probationem servat. Unde et recte subjunxit: Quae praeparavi in tempus hostis, in diem pugnae et belli. Ut cum adversarius noster diabolus tentare nos nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis utatur. Per ipsos quippe nos saeviens cruciat, sed nesciens purgat. Peccatis namque nostris ipsi flagella fiunt, de quorum tali vita dum percutimur, ab aeterna morte liberamur. Unde agitur ut electorum vitae proficiat etiam perdita vita reproborum, et utilitati nostrae dum illorum perditio militat, mira dispensatione fiat quatenus electis Dei non pereat etiam omne quod perit.

[Vet. XI.] 38. Aliqui ex illis electi sunt, et ad maxima vocati.---Intelligi hoc quoque aliter potest, ut quia verbis praecedentibus videtur annexum, a superioris versus expositione non discrepet. Nam quia indicaverat vel bonos ad malum, vel malos ad bonum posse converti, illico secutus adjunxit: Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quae praeparavi in tempus hostis, in diem pugnae et belli? In nive vel grandine frigida, vel dura, ut dictum est, accipimus corda pravorum.

Pero Dios, que siempre existió sin inicio, conoció de antemano sobre sí esto que tomó inicio en el útero de la Virgen; y porque lo conoció de antemano, lo dispuso; porque lo dispuso, nada ciertamente toleró en la forma humana sin su voluntad. Convénzase, pues, el hombre de por qué se queja de sus azotes, él que no pudo preconocer su nacimiento, si aquel mismo que dispuso su nacimiento conociéndolo de antemano se preparó para los azotes entre los hombres. Sigue:

Capítulo XX

[Rec. XI].

VERS. 22, 23.---¿Acaso has entrado en los tesoros de la nieve, o has visto los tesoros del granizo, que he preparado para el tiempo del enemigo, para el día de la lucha y de la guerra?

37. Los impíos son reservados para la prueba de los justos.---¿Qué otra cosa ha de entenderse por nieve o granizo, sino los corazones fríos y duros de los perversos? Pues así como la caridad suele ser designada en el sagrado elocuio por el calor, así la malicia por el frío. Pues está escrito: *Como una cisterna hace fría su agua, así la malicia hace fría su alma* (Jer. 6, 7). Y de nuevo: *Abundará la iniquidad, y se enfriará la caridad de muchos* (Mt. 24, 12). En el frío, pues, de la nieve, o en la dureza del granizo, ¿qué puede aceptarse más aptamente que la vida de los malvados, que se enfría por el torpor y golpea por la malicia de su dureza? Cuya vida, sin embargo, el Señor tolera, porque los reserva para la prueba de sus justos. Por lo cual también añadió rectamente: *Que he preparado para el tiempo del enemigo, para el día de la lucha y de la guerra.* Para que cuando nuestro adversario el diablo intente tentarnos, use las costumbres de ellos como armas propias contra nosotros. Pues a través de ellos, ensañándose, nos tortura, pero, sin saberlo, nos purifica. Pues se convierten en azotes para nuestros pecados, por cuya vida, mientras somos golpeados, somos librados de la muerte eterna. De donde resulta que incluso la vida perdida de los réprobos aprovecha a la vida de los electos, y mientras la perdición de aquellos sirve a nuestra utilidad, se hace por una maravillosa dispensación que no perezca para los electos de Dios todo lo que perece.

[Vet. XI.] 38. Algunos de entre ellos son electos, y llamados a las cosas más grandes.---Esto también puede entenderse de otro modo, para que, pareciendo anexo a las palabras precedentes, no difiera de la exposición del verso superior. Pues porque había indicado que o los buenos pueden convertirse al mal, o los malos al bien, añadió enseguida a continuación: *¿Acaso has entrado en los tesoros de la nieve, o has visto los tesoros del granizo, que he preparado para el tiempo del enemigo, para el día de la lucha y de la guerra?* En la nieve o el granizo, como se ha dicho, aceptamos los corazones fríos o duros de los perversos.

Sed quia omnipotens Deus sanctos suos de talibus elegit, et quam multos electos adhuc inter pravorum vitam repositos habeat novit, apte in nive, vel grandine thesauros habere se perhibet. Thesaurus quippe ἀπὸ τῆς θέσεως, id est a positione nominatur. Et plerosque in vita frigida diu latentes respicit, quos ad medium cum jubet producit, et justitiae nitore candidos per supernam gratiam ostendit. Scriptum quippe est: Lavabis me, et super nivem dealbabor (Psal. L, 9). Quos ad diem belli pugnaeque praeparatos diu intra suae praescientiae sinum tegit; sed cum repente eos eduxerit, resistentia adversariorum pectora illorum verbis ac redargutionibus quasi quibusdam grandinibus percutit. Unde alias scriptum est: Prae fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, grando et carbones ignis (Psal. XVII, 13). Prae fulgore enim nubes transeunt, quia praedicatores sancti universa mundi spatia miraculorum claritate percurrunt. Qui etiam grando et carbones ignis vocati sunt, quia et per correptionem feriunt, et per flammam charitatis accendunt. Ipsa quoque libera sanctorum increpatio natura grandinis convenienter exprimitur. Grando enim veniens percutit, liquata rigat. Sancti autem viri corda audientium et terrentes feriunt, et blandientes infundunt. Nam quemadmodum feriant Propheta testatur, dicens: Virtutem terribilium tuorum dicent, et magnitudinem tuam narrabunt (Psal. CXLIV, 6). Et quemadmodum blandientes rigent secutus adjunxit: Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt, et justitia tua exsultabunt (Ibid., 7). In nive ergo vel grandine habentur thesauri, quia plerique iniquitatis torpore frigidi, assumpti ad supernam gratiam, in sancta Ecclesia justitiae luce fulgescunt, et pravam adversariorum scientiam doctrinae suae ictibus tundunt. Unde et apte subditum est: Quae praeparavi in tempus hostis, in diem pugnae et belli. Nix quippe vel grando fuerat Saulus per frigidam insensibilitatem; sed nix et grando contra adversariorum pectora factus est, vel candore justitiae, vel districti eloquii correptione. O qualem hunc thesaurum in nive et grandine habuit, quando illum inter pravorum vitam positum jam tunc electum suum Dominus latenter vidit! O ad quanta adversariorum pectora ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentia corda prostravit.

Pero porque el Dios omnipotente eligió a sus santos de entre tales, y sabe cuántos electos tiene todavía depositados entre la vida de los perversos, aptamente afirma tener tesoros en la nieve o en el granizo. Pues tesoro se nombra de *thesis*, esto es, de la posición. Y mira a muchísimos que yacen ocultos largo tiempo en una vida fría, a los cuales produce al medio cuando manda, y los muestra blancos con el brillo de la justicia por la gracia soberana. Pues está escrito: *Me lavarás, y seré blanqueado más que la nieve* (Sal. 50, 9). A los cuales cubre largo tiempo dentro del seno de su presciencia, preparados para el día de la guerra y de la lucha; pero cuando de repente los saca, golpea los pechos resistentes de los adversarios con las palabras y refutaciones de ellos como con granizos. De donde en otro lugar está escrito: *Ante el resplandor en su presencia pasaron las nubes, granizo y carbones de fuego* (Sal. 17, 13). Pues ante el resplandor pasan las nubes, porque los santos predicadores recorren todos los espacios del mundo con la claridad de los milagros. Los cuales también fueron llamados granizo y carbones de fuego, porque golpean por la corrección e inflaman por la llama de la caridad. También la libre increpación de los santos se expresa convenientemente por la naturaleza del granizo. Pues el granizo al venir golpea, licuado riega. Los varones santos tanto golpean los corazones de los oyentes aterrándolos, como los infunden halagándolos. Pues de qué modo golpean lo atestigua el Profeta, diciendo: *Dirán la virtud de tus cosas terribles, y narrarán tu magnitud* (Sal. 144, 6). Y de qué modo halagando riegan añadió a continuación: *Eructarán la memoria de la abundancia de tu suavidad, y de tu justicia se regocijarán* (Ibid., 7). En la nieve, pues, o en el granizo se tienen tesoros, porque muchísimos, fríos por el torpor de la iniquidad, asumidos a la gracia soberana, brillan con la luz de la justicia en la santa Iglesia, y baten la depravada ciencia de los adversarios con los golpes de su doctrina. Por lo cual también aptamente se añade: *Que he preparado para el tiempo del enemigo, para el día de la lucha y de la guerra.* Pues nieve o granizo había sido Saulo por su fría insensibilidad; pero se convirtió en nieve y granizo contra los pechos de los adversarios, o por la blancura de la justicia, o por la corrección de su elocuio estricto. ¡Oh qué tesoro tuvo en esta nieve y granizo, cuando el Señor ya entonces veía latente a este, puesto entre la vida de los perversos, como su electo! ¡Oh contra cuántos pechos de adversarios tomó este granizo en su mano, por el cual postró a tantos corazones que se le resistían!

39. Nemo extollatur, nemo desperet.---Nemo itaque de suis operibus extollatur, nemo desperet eos quos adhuc frigidos videt, quia thesauros Dei in nive et grandine non videt. Quis enim crederet quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet qui in morte ejus omnium lapidantium vestimenta servavit (Act. VII, 57)? Si ergo ad ista dona vel judicia occulta recurrimus, nullos omnino desperantes, nec illis nos in corde nostro praeferimus, quibus pro tempore praelati sumus, quia etsi jam videmus quantum praecessimus, nescimus quantum cum currere coeperint praecedamur. Bene ergo ad beatum Job dicitur: Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quae praeparavi in tempus hostis, in diem pugnae et belli? Ac si aperte diceretur: Nulli te de operibus tuis praeferas, quia de his quos intueris adhuc per culpam frigidos, quantos operatores justitiae et defensores rectae fidei sim facturus ignoras. Quod quia per adventum Mediatoris agitur, recte subjungitur:

Caput XXI

[Rec. XII].

VERS. 24.---Per quam viam spargitur lux?

40. Per adventum Mediatoris lux sparsa.---Ipse quippe via est, qui ait: Ego sum via, veritas et vita (Joan. XIV, 6). Per hanc ergo viam lux spargitur, quia per ejus praesentiam cuncta gentilitas illustratur. Spargitur autem convenienter dixit, quia per apostolorum voces non angustata atque coarctata, sed late fulgens lux praedicationis emicuit. Quia vero, accepta luce conversionis, inardescit intrinsecus vis amoris, ut vel transacta mala anxie lugeantur, vel ventura bona flagrantissime requirantur, competenter adjungitur:

CAPUT XXII.

IBID.---Dividitur aestus super terram.

41. Ex hac luce flagrat ardor charitatis et persecutionis aestus.---Sparsa enim luce aestus super terram dividitur, quia, per apertum justitia praedicata, ad requirendum Deum cordis anxietas in virtutem exercitatione dilatatur, ut iste in sermone sapientiae, ille in sermone scientiae fulgeat; hic in curationum gratia, ille in virtutum operatione convalescat; et dona sancti Spiritus dum dispariliter singuli accipiunt, necessario sibimet juncti omnes unanimiter accendantur (I Cor. XII, 8).

39. Nadie se enorgullezca, nadie desespere.---Nadie, pues, se enorgullezca de sus obras, nadie desespere de aquellos a quienes todavía ve fríos, porque no ve los tesoros de Dios en la nieve y en el granizo. Pues, ¿quién creería que precedería por la gracia del apostolado a Esteban lapidado, aquel que en su muerte guardó los vestidos de todos los lapidadores (Hech. 7, 57)? Si, pues, recurrimos a estos dones o juicios ocultos, no desesperando de nadie en absoluto, ni nos preferimos en nuestro corazón a aquellos a quienes temporalmente estamos antepuestos, porque aunque ya vemos cuánto los hemos precedido, no sabemos cuánto seremos precedidos cuando ellos comiencen a correr. Bien, pues, se dice al bienaventurado Job: *¿Acaso has entrado en los tesoros de la nieve, o has visto los tesoros del granizo, que he preparado para el tiempo del enemigo, para el día de la lucha y de la guerra?* Como si se dijera abiertamente: A nadie te prefieras por tus obras, porque de estos que contemplas todavía fríos por la culpa, ignoras cuántos operarios de la justicia y defensores de la recta fe he de hacer. Lo cual, porque se realiza por el advenimiento del Mediador, rectamente se añade:

Capítulo XXI

[Rec. XII].

VERS. 24.---¿Por qué camino se esparce la luz?

40. Por el advenimiento del Mediador la luz fue esparcida.---Él mismo es el camino, que dice: *Yo soy el camino, la verdad y la vida* (Jn. 14, 6). Por este camino, pues, se esparce la luz, porque por su presencia toda la gentilidad es ilustrada. *Se esparce*, sin embargo, dijo convenientemente, porque por las voces de los apóstoles, no angustiada ni coartada, sino brillando ampliamente, emitió la luz de la predicación. Porque, en verdad, recibida la luz de la conversión, arde intrínsecamente la fuerza del amor, para que o los males pasados sean llorados ansiosamente, o los bienes futuros sean buscados ardientemente, competentemente se añade:

CAPÍTULO XXII.

IBID.---Se divide el calor sobre la tierra.

41. De esta luz flamea el ardor de la caridad y el calor de la persecución.---Esparcida, pues, la luz, el calor sobre la tierra se divide, porque, predicada abiertamente la justicia, la ansiedad del corazón para buscar a Dios se dilata en el ejercicio de las virtudes, de modo que este brille en el sermón de la sabiduría, aquel en el sermón de la ciencia; este convalezca en la gracia de las curaciones, aquel en la operación de las virtudes; y mientras cada uno recibe los dones del Espíritu Santo desigualmente, todos, unidos unánimemente, necesariamente se encienden (1 Cor. 12, 8).

[Vet. XIII.] Sed postquam spargi lux dicitur, potest convenienter intelligi quod per aestum persecutio designatur, quia ut lux praedicationis inclaruit, mox a perfidorum cordibus ardor persecutionis exarsit. Nam quod per aestum persecutio exprimitur, dominicus sermo testatur, de jactatis seminibus super petrosam terram dicens: Sole orto aestuaverunt omnia, et quia non habebant radicem, aruerunt (Matth. XIII, 6). Quod paulo post cum exposuit, aestum persecutionem vocavit. Sparsa igitur luce aestus super terram divisus est, quia clarescente vita fidelium, accensa est crudelitas perfidorum. Divisus namque aestus erat, quando nunc Jerosolymis, nunc Damasci, nunc in aliis longe regionibus persecutio saeviebat. Scriptum quippe est: Facta est in illa die persecutio magna in Ecclesia, quae erat Jerosolymis, et omnes dispersi sunt per regionem Judaeae et Samariae (Act. VIII, 1). Rursumque scriptum est: Saulus adhuc spirans minarum et caedis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas, quas deferret in Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset hujus vitae viros ac mulieres, vinctos deduceret in Jerusalem (Act. IX, 1, seq.). Quia ergo nunc hic, nunc illic persecutio excreverat, hi qui lucem veritatis agnoverant, quasi sub ardore divisi aestus anhelabant.

42. Lux est justitia, quae non nisi successive spargitur.---Sed quia beatum Job de occultis judiciis requisitum superioribus dictis audivimus, oportet ut hoc quod de sparsa luce vel diviso aestu dictum est subtilius perscrutemur. Adhuc enim alta interrogatione discutitur, ut saltem quia nesciat doceatur, eique dicatur: Per quam viam spargitur lux, dividitur aestus super terram? Quid enim lucis nomine, nisi justitia designatur? De qua scriptum est: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam (Isai. IX, 2). Omne autem quod spargitur, non continue, sed sub quadam intermissione jactatur. Et idcirco spargi lux dicitur, quia etsi jam quaedam ut sunt perspicimus, quaedam tamen ita ut videnda sunt non videmus. Cor namque Petri lux sparsa tenuerat, qui tanto fidei, tanto miraculorum fulgore claruerat, et tamen conversis gentibus dum circumcisionis pondus imponeret, quid rectum diceret nesciebat. Lux ergo in hac vita spargitur, quia ad omnis rei intelligentiam continua non habetur. Dum enim aliud sicut est comprehendimus, et aliud ignoramus, quasi sparsa luce et ex parte cernimus, et in obscuritate ex parte remanemus. Tunc vero lux nobis sparsa jam non erit, quando mens nostra ad Deum funditus rapta fulgescet.

[Vet. XIII.] Pero después de que se dice que se esparce la luz, puede entenderse convenientemente que por el calor se designa la persecución, porque en cuanto se aclaró la luz de la predicación, pronto de los corazones de los pérfidos ardió el ardor de la persecución. Pues que por el calor se expresa la persecución, el sermón dominical lo atestigua, de las semillas arrojadas sobre tierra pedregosa diciendo: *Salió el sol, se quemaron todas, y porque no tenían raíz, se secaron* (Mt. 13, 6). Lo cual, cuando lo expuso poco después, llamó al calor persecución. Esparcida, pues, la luz, el calor sobre la tierra fue dividido, porque al aclararse la vida de los fieles, se encendió la crueldad de los pérfidos. Pues dividido estaba el calor cuando ahora en Jerusalén, ahora en Damasco, ahora en otras regiones lejanas la persecución se ensañaba. Pues está escrito: *Se hizo en aquel día una gran persecución en la Iglesia que estaba en Jerusalén, y todos fueron dispersados por la región de Judea y Samaria* (Hech. 8, 1). Y de nuevo está escrito: *Saulo, respirando todavía amenazas y muerte contra los discípulos del Señor, fue al príncipe de los sacerdotes y le pidió cartas para Damasco a las sinagogas, para que si encontraba a algunos hombres y mujeres de esta vida, los llevara atados a Jerusalén* (Hech. 9, 1 ss.). Porque, por tanto, ahora aquí, ahora allí la persecución había crecido, aquellos que habían reconocido la luz de la verdad anhelaban como bajo el ardor de un calor dividido.

42. La luz es la justicia, que no se esparce sino sucesivamente.---Pero porque hemos oído al bienaventurado Job interrogado sobre juicios ocultos en las palabras superiores, es oportuno que escudriñemos más sutilmente esto que se ha dicho sobre la luz esparcida o el calor dividido. Pues todavía se le discute con una alta interrogación, para que al menos porque no sabe sea enseñado, y se le diga: *¿Por qué camino se esparce la luz, se divide el calor sobre la tierra?* Pues, ¿qué se designa con el nombre de luz sino la justicia? De la cual está escrito: *El pueblo que se sentaba en tinieblas vio una gran luz* (Is. 9, 2). Pero todo lo que se esparce no se lanza de forma continua, sino bajo una cierta intermisión. Y por esto se dice que la luz se esparce, porque aunque ya percibimos algunas cosas como son, sin embargo algunas cosas no las vemos como han de ser vistas. Pues la luz esparcida había poseído el corazón de Pedro, que había brillado con tanto fulgor de fe y de milagros, y sin embargo, cuando imponía el peso de la circuncisión a los gentiles convertidos, no sabía qué decía de recto. La luz, por tanto, se esparce en esta vida, porque para la inteligencia de toda cosa no se tiene de forma continua. Pues mientras comprendemos una cosa como es e ignoramos otra, tanto vemos en parte por la luz esparcida, como permanecemos en parte en la oscuridad. Entonces, en verdad, la luz ya no será para nosotros esparcida, cuando nuestra mente, arrebatada totalmente hacia Dios, resplandezca.

43. Quibus modis humano cordi insinuetur, ignoramus.---Et quia haec eadem lux quibus modis humano cordi insinuetur ignoratur, recte in percunctatione dicitur: Per quam viam spargitur lux? Ac si aperte diceretur: Dic quo ordine justitiam meam occultis sinibus cordium infundo, cum et per accessum non videor, et tamen visibilia opera hominum invisibiliter immuto, cum unam eamdemque mentem modo hac, modo illa virtute irradio, et tamen per sparsam lux adhuc ex parte aliqua eam in tentationis tenebris remanere permitto. Requiratur homo nesciens per quam viam spargitur lux, ac si patenter dicatur: Dum dura corda emollio, dum rigida inflecto, dum aspera mitigo, dum frigida accendo, dum debilia roboro, dum vaga stabilio, dum nutantia confirmo, intuere, si vales, incorporaliter veniens quibus ea meatibus illustro. Haec quippe omnia nos facta cernimus, nam qualiter intrinsecus efficiantur ignoramus. Hanc viam lucis esse nobis invisibilem, in Evangelio Veritas ostendit, dicens: Spiritus ubi vult spirat; et vocem ejus audis, et nescis unde veniat et quo vadat (Joan. III, 8).

[Vet. XIV.] 44. Hac luce crescente, tentationes succrescunt.---Sed quia cum lux spargitur mox ab occulto adversario contra fulgentem mentem tentamenta succrescunt, recte subjungitur: Dividitur aestus super terram. Hostis namque callidus quos justitiae luce enitescere conspicit, eorum mentes illicitis desideriis inflammare contendit, ut plerumque plus se urgeri tentationibus sentiant, quam tunc cum lucis internae radios non videbant. Unde et Israelitae postquam vocati sunt, contra Moysen et Aaron de excrescente labore conqueruntur, dicentes: Videat Dominus et judicet, quoniam fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis ejus, et praebuistis ei gladium, ut interficeret nos (Exod. V, 21). Volentibus quippe ex Aegypto discedere, Pharao paleas subtraxerat, et tamen ejusdem mensurae opera requirebat. Quasi ergo contra legem mens submurmurat, post cujus cognitionem tentationum stimulos acriores portat; et cum sibi labores crescere conspicit, in eo quod adversario displicet, quasi fetere se in oculis Pharaonis dolet. Post lucem ergo aestus sequitur, quia post illuminationem divini muneris tentationis certamen augetur.

43. De qué modos se insinúa en el corazón humano, lo ignoramos.---Y porque se ignora de qué modos esta misma luz se insinúa en el corazón humano, rectamente se dice en la interrogación: *¿Por qué camino se esparce la luz?* Como si se dijera abiertamente: Di con qué orden infundo mi justicia en los senos ocultos de los corazones, cuando ni por el acceso parezco venir, y sin embargo cambio invisiblemente las obras visibles de los hombres, cuando irradio una misma mente ahora con esta virtud, ahora con aquella, y sin embargo permito que, por la luz esparcida, todavía permanezca en alguna parte en las tinieblas de la tentación. Pregúntese al hombre que ignora por qué camino se esparce la luz, como si se dijera patentemente: Mientras ablando los corazones duros, mientras inclino los rígidos, mientras mitigo los ásperos, mientras enciendo los fríos, mientras robustezco los débiles, mientras estabilizo los vagos, mientras confirmo los vacilantes, contempla, si puedes, por qué conductos los ilustro viniendo incorpóreamente. Pues todas estas cosas vemos que se hacen, pero cómo se efectúan intrínsecamente, lo ignoramos. Que este camino de la luz es para nosotros invisible, la Verdad lo muestra en el Evangelio, diciendo: *El Espíritu sopla donde quiere; y oyes su voz, y no sabes de dónde viene ni a dónde va* (Jn. 3, 8).

[Vet. XIV.] 44. Al crecer esta luz, las tentaciones crecen.---Pero porque cuando se esparce la luz pronto del oculto adversario contra la mente resplandeciente crecen las tentaciones, rectamente se añade: *Se divide el calor sobre la tierra.* Pues el enemigo astuto se esfuerza por inflamar con deseos ilícitos las mentes de aquellos a quienes ve brillar con la luz de la justicia, de modo que la mayoría de las veces se sientan más urgidos por las tentaciones que entonces cuando no veían los rayos de la luz interna. Por lo cual también los israelitas, después de ser llamados, se quejan contra Moisés y Aarón por el trabajo creciente, diciendo: *Vea el Señor y juzgue, porque habéis hecho heder nuestro olor ante Faraón y sus siervos, y le habéis dado una espada para que nos matara* (Éx. 5, 21). Pues a los que querían partir de Egipto, Faraón les había quitado la paja y, sin embargo, exigía obras de la misma medida. Como si contra la ley murmurara la mente, tras cuyo conocimiento porta aguijones de tentaciones más agudos; y cuando ve que los trabajos crecen para sí en aquello que disgusta al adversario, se duele como si hediera a los ojos de Faraón. Tras la luz, pues, sigue el calor, porque tras la iluminación del don divino se aumenta la lucha de la tentación.

45. Pro unius cujusque indole hostis ad malum nos sollicitat.---Recte vero etiam dividi aestus dicitur, quia nimirum non singuli omnibus, sed quibusdam vicinis ac juxta positis vitiis fatigantur. Prius enim conspersionem uniuscujusque antiquus adversarius perspicit, et tunc tentationis laqueos apponit. Alius namque laetis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quo ergo occultus adversarius facile capiat, vicinas conspersionibus deceptiones parat. Quia etenim laetitiae voluptas juxta est, laetis moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus poculum discordiae porrigit. Quia timidi supplicia formidant, paventibus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudibus conspicit, eos ad quaeque voluerit blandis favoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiis convenientibus insidiatur. Neque enim facile captivaret, si aut luxuriosis praemia, aut avaris scorta proponeret, si aut voraces de abstinentiae gloria, aut abstinentes de gulae imbecillitate pulsaret, si aut mites per studium certaminis aut iracundos capere per pavorem formidinis quaereret. Quia ergo in tentationis ardore callide singulis insidians vicinos moribus laqueos abscondit, recte dicitur: Dividitur aestus super terram.

46. Deus tentationis moderatur, ne aut multae sint, aut nimiae.---Sed cum praemittitur: Per quam viam spargitur lux. Statimque subjungitur: Dividitur aestus super terram. Nimirum per eamdem viam per quam lux spargitur etiam dividi aestus indicatur. Alta quippe atque incomprehensibilis Spiritus sancti gratia cum luce sua nostras mentes irradiat, etiam tentationes adversarii dispensando modificat, ut simul multae non veniant, aut ipsae tantummodo quae ferri possunt illustratam jam a Deo animam tangant, ut cum tactus sui ardore nos cruciant, perfectionis incendio non exurant; Paulo attestante qui ait: Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere (II Cor. X, 13). Hunc ergo aestum aliter dividit callidus supplantator, aliter misericors conditor. Ille dividit ut per illum citius interimat, iste ut eum tolerabilem reddat. Et quia cum tentatione fatigamur, non solum interno Dei spiritu instruimur, sed etiam exterioribus praedicantium verbis adjuvamur, recte post divisum aestum subditur:

Caput XXIII.

[Vet. XV, Rec. XIII].

VERS. 25.---Quis dedit vehementissimo imbri cursum?

45. Según la índole de cada uno el enemigo nos solicita al mal.---Pero rectamente también se dice que se divide el calor, porque sin duda no cada uno es fatigado por todos los vicios, sino por algunos vecinos y puestos al lado. Pues primero el antiguo adversario percibe la complexión de cada uno, y entonces aplica los lazos de la tentación. Pues uno es de costumbres alegres, otro tristes, otro temerosos, otro elados. Por donde, pues, el adversario oculto pueda captar fácilmente, prepara engaños cercanos a las complexiones. Porque, en efecto, el placer de la alegría está cerca, propone la lujuria a las costumbres alegres. Y porque la tristeza cae fácilmente en la ira, ofrece el cáliz de la discordia a los tristes. Porque los temerosos temen los suplicios, intenta terrores a los pavidos. Y porque ve que los elados se enorgullecen con las alabanzas, los atrae a lo que quiere con halagos blandos. Acecha, pues, a cada uno de los hombres con los vicios convenientes. Ni capturaría fácilmente si propusiera o premios a los lujuriosos, o prostitutas a los avaros; si pulsara a los voraces sobre la gloria de la abstinencia, o a los abstinentes sobre la debilidad de la gula; si buscara captar a los mansos por el afán de la lucha o a los iracundos por el pavor del miedo. Porque, por tanto, en el ardor de la tentación acechando astutamente a cada uno esconde lazos cercanos a sus costumbres, rectamente se dice: *Se divide el calor sobre la tierra.*

46. Dios modera las tentaciones, para que no sean ni muchas ni excesivas.---Pero cuando se antepone: *¿Por qué camino se esparce la luz?* Y enseguida se añade: *Se divide el calor sobre la tierra.* Sin duda, por el mismo camino por el que se esparce la luz se indica también que se divide el calor. Pues la alta e incomprensible gracia del Espíritu Santo, cuando irradia nuestras mentes con su luz, también modifica las tentaciones del adversario dispensándolas, para que no vengan muchas a la vez, o que solo aquellas que puedan ser soportadas toquen el alma ya ilustrada por Dios, para que cuando nos atormenten con el ardor de su tacto, no nos abrasen con el incendio de la perfección; como atestigua Pablo que dice: *Fiel es Dios, que no permitirá que seáis tentados sobre lo que podéis, sino que dará con la tentación también la salida, para que podáis soportarla* (1 Cor. 10, 13). Este calor, pues, de un modo lo divide el astuto suplantador, y de otro el misericordioso Creador. Aquel divide para matar más rápido a través de él, este para hacerlo tolerable. Y porque cuando somos fatigados por la tentación, no solo somos instruidos por el espíritu interno de Dios, sino que también somos ayudados por las palabras exteriores de los que predican, rectamente tras el calor dividido se añade:

Capítulo XXIII.

[Vet. XV, Rec. XIII].

VERS. 25.---¿Quién dio curso a la lluvia valentísima?

47. Crescente persecutione, crevit apostolorum et sanctorum praedicatorum ardor. Praedicatio, cessante gratia, ad cor non transit.---Si vero, ut superius diximus (Num. 41), divisi aestus nomine illa in Judaeae regionibus persecutio designatur, quia ipsa persecutionis asperitas praedicatores sanctos superno munere adjutos a praedicationis suae ministerio nullo timore compescuit, apte subjungit: Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Ac si diceret: nisi ego. Diviso enim aestu, cursum vehementissimo imbri dedisse est inter ipsas persecutionis angustias praedicationis impetum roborasse, ut tanto magis virtus praedicantium cresceret, quanto magis persequentium crudelitas obviaret, quatenus arentia corda audientium pluviae guttis infunderent, et siccitatem perfidiae uberius irrigarent, ut quamvis contra eos saevitiae aestus candesceret, per eos tamen vox gratiae non taceret. Hunc persecutionis aestum Paulus et tolerabat et irrigabat, cum diceret: Laboro usque ad vincula, quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum (II Tim. II, 9). De hoc imbre alias dicitur: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem (Isai. V, 6). De hoc cursu imbris qui in electorum cordibus agitur Psalmista testatur, dicens: Velociter currit sermo ejus (Psal. CXLVII, 15). Plerumque vero imber est, et cursum non habet, quia praedicatio ad aures venit, sed, cessante interna gratia, ad corda audientium non pertransit. De cujus praedicationis verbis propter electos dicitur: Etenim sagittae tuae pertransierunt (Psal. LXXVI, 19). Sagittae quippe Dei pertranseunt quando verba praedicationis ejus ab auribus ad corda descendunt. Quod quia solo divino munere agitur, imbri cursum Dominus se dedisse testatur.

48. Verbi divini efficacia persuadentis omnia relinquere, omnia tolerare. Sed notandum video quod eumdem imbrem non vehementem, sed vehementissimum vocat. Imber vehemens est vis magna, imber vero vehementissimus vis immensa praedicationis. Vehemens namque imber erat cum praedicatores sancti credere gaudia aeterna suadebant. Imber autem vehementissimus, quando propter spem admonebant rem deseri, cuncta visibilia propter invisibilia contemni, et propter audita gaudia praesentis saeculi poenas cruciatusque tolerari. Sed cum, fide cognita, saeviente aestu persecutionis, tot electi possessa reliquerunt, carnalis affectus obliti sunt, et prae gaudio spiritus in cruciatibus membra posuerunt, quid aliud Dominus fecit, nisi etiam vehementissimo imbri cursum praebuit, qui usque ad exsequenda summa praecepta per verba corporis invisibilia cordis irrigavit? Ubi et apte subjungitur:

47. Al crecer la persecución, creció el ardor de los apóstoles y de los santos predicadores. La predicación, cesando la gracia, no pasa al corazón.---Si de hecho, como dijimos arriba (Núm. 41), bajo el nombre de "calor dividido" se designa aquella persecución en las regiones de Judea, porque la misma aspereza de la persecución no contuvo a los santos predicadores, ayudados por el don celestial, del ministerio de su predicación por ningún temor, añade aptamente: *¿Quién dio curso a la lluvia valentísima?* Como si dijera: "sino Yo". Pues haber dado curso a la lluvia valentísima cuando el calor estaba dividido, es haber fortalecido el ímpetu de la predicación entre las mismas angustias de la persecución, para que tanto más creciera la virtud de los predicadores cuanto más se opusiera la crueldad de los perseguidores, a fin de que infundieran en los corazones áridos de los oyentes las gotas de la lluvia, e irrigaran más abundantemente la sequedad de la perfidia, para que aunque contra ellos se encendiera el calor de la crueldad, a través de ellos, sin embargo, la voz de la gracia no callara. Pablo toleraba e irrigaba este calor de la persecución, cuando decía: *Trabajo hasta las prisiones, como malhechor, pero la palabra de Dios no está atada* (2 Tim. 2, 9). De esta lluvia se dice en otro lugar: *Mandaré a las nubes que no lluevan sobre ella lluvia* (Isai. 5, 6). De este curso de la lluvia que se realiza en los corazones de los elegidos, el Salmista da testimonio, diciendo: *Velozmente corre su palabra* (Sal. 147, 15). Frecuentemente, de hecho, hay lluvia y no tiene curso, porque la predicación llega a los oídos, pero, cesando la gracia interna, no pasa a los corazones de los oyentes. De las palabras de esta predicación se dice por causa de los elegidos: *Pues tus saetas pasaron de parte a parte* (Sal. 76, 19). Pues las saetas de Dios pasan de parte a parte cuando las palabras de su predicación descienden de los oídos a los corazones. Porque esto se hace solo por el don divino, el Señor atestigua que Él ha dado curso a la lluvia.

48. Eficacia de la palabra divina que persuade a dejarlo todo, a tolerarlo todo. Pero veo que debe notarse que a esa misma lluvia no la llama "vehemente", sino "valentísima". Una lluvia vehemente es una fuerza grande, pero una lluvia valentísima es una fuerza inmensa de predicación. Pues era lluvia vehemente cuando los santos predicadores persuadían a creer en los goces eternos. Pero lluvia valentísima, cuando por causa de la esperanza amonestaban a que se abandonara todo, que se despreciaran todas las cosas visibles por las invisibles, y que por los goces escuchados se toleraran las penas y tormentos del presente siglo. Pero cuando, conocida la fe, ardiendo el calor de la persecución, tantos elegidos dejaron lo poseído, se olvidaron del afecto carnal, y por el gozo del espíritu entregaron sus miembros a los tormentos, ¿qué otra cosa hizo el Señor, sino dar curso incluso a la lluvia valentísima, que hasta el cumplimiento de los más altos preceptos irrigó por las palabras del cuerpo las partes invisibles del corazón? Donde también se añade aptamente:

Caput XXIV

[Vet. XVI].

IBID.---Et viam sonanti tonitrui.

49. Tonitruo hinc simile dicitur. Solus Deus corda per gratiam aperit. Quid enim per tonitruum, nisi praedicatio superni terroris accipitur? Quem terrorem dum percipiunt humana corda quatiuntur. Aliquando vero in tonitruo ipse incarnatus Dominus figuratur, qui ex antiquorum patrum conveniente prophetia ad notitiam nostram quasi ex nubium concursione prolatus est. Qui inter nos visibiliter apparens, ea quae super nos erant terribiliter sonuit. Unde et ipsi sancti apostoli de ejus gratia generati, Boanerges, id est filii tonitrui sunt vocati (Marc. III, 17). Aliquando autem, sicut dictum est, tonitruus ipsa ejus praedicatio accipitur, per quam supernorum judiciorum terror auditur. Sed quia quilibet praedicator verba dare auribus potest, corda vero aperire non potest; et nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus praedicantium verbis ad corda audientium invisibiliter aditum praestet, incassum praedicatio aure audientis percipitur, quae pervenire ad intima corde surdo prohibetur, se Dominus viam sonanti tonitrui dare asserit, qui cum praedicationis verba tribuit, per terrorem corda compungit. Hanc viam Paulus praedicator egregius, dum superna mysteria terribiliter insonaret, se a se habere non posse conspiciens, discipulos admonebat, dicens: Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi, ad loquendum mysterium Christi (Colos. IV, 3). Qui ergo loquebatur mysteria, sed in corde audientium eisdem mysteriis a Domino aperiri ostium precabatur, habebat quidem jam tonitruum, sed dari ei desuper viam quaerebat. Hanc viam nequaquam se Joannes dare posse cognoverat, qui dicebat: Non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus (I Joan. II, 27). Hanc viam rursum Paulus quis daret intimabat, dicens: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (I Cor. III, 7). Accepta igitur via quid iste imber ac tonitruus agat audiamus. Sequitur:

Caput XXV

[Rec. XIV].

VERS. 26.---Ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur.

Capítulo XXIV

[Vet. XVI].

IBID.---Y camino al trueno sonante.

49. Se dice que el trueno es semejante a esto. Solo Dios abre los corazones por la gracia. ¿Pues qué se entiende por el trueno, sino la predicación del terror celestial? Mientras los corazones humanos perciben este terror, se conmueven. A veces, de hecho, en el trueno se figura el mismo Señor encarnado, quien por la conveniente profecía de los antiguos padres fue llevado a nuestro conocimiento como por el choque de las nubes. Quien apareciendo visiblemente entre nosotros, hizo sonar terriblemente las cosas que estaban sobre nosotros. Por lo cual también los mismos santos apóstoles, engendrados de su gracia, fueron llamados *Boanerges*, esto es, "hijos del trueno" (Mar. 3, 17). A veces, sin embargo, como se ha dicho, el trueno se entiende como su misma predicación, a través de la cual se escucha el terror de los juicios celestiales. Pero porque cualquier predicador puede dar palabras a los oídos, pero no puede abrir los corazones; y a menos que a través de la gracia interna el solo Dios omnipotente proporcione invisiblemente el acceso a las palabras de los que predican a los corazones de los oyentes, en vano se percibe por el oído del oyente la predicación, a la cual se le prohíbe llegar a lo íntimo por el corazón sordo, el Señor afirma que Él da "camino al trueno sonante", quien cuando otorga las palabras de la predicación, compunge los corazones por el terror. Este camino el egregio predicador Pablo, mientras hacía sonar terriblemente los misterios celestiales, viendo que no podía tenerlo por sí mismo, amonestaba a sus discípulos diciendo: *Orando juntamente también por nosotros, para que Dios nos abra puerta de la palabra, para hablar el misterio de Cristo* (Col. 4, 3). Aquel, pues, que hablaba misterios, pero pedía que por el Señor se abriera la puerta a esos mismos misterios en el corazón de los oyentes, tenía de hecho ya el trueno, pero buscaba que se le diera el camino desde lo alto. Juan había conocido que de ninguna manera podía él dar este camino, pues decía: *No tenéis necesidad de que nadie os enseñe, sino como su unción os enseña de todas las cosas* (1 Juan 2, 27). Este camino de nuevo Pablo indicaba quién lo daba, diciendo: *Ni el que planta es algo, ni el que riega, sino Dios que da el incremento* (1 Cor. 3, 7). Recibido, pues, el camino, oigamos qué hacen esta lluvia y este trueno. Sigue:

Capítulo XXV

[Rec. XIV].

VERS. 26.---Para que lloviera sobre la tierra sin hombre en el desierto, donde ninguno de los mortales mora.

50. Gentilitas desertum est, coelesti gratia tanquam imbre irroratum. Super terram absque homine in deserto pluere est verbum Dei gentilitati praedicare. Quae dum nullum cultum Divinitatis tenuit, nullamque in se speciem boni operis ostendit, videlicet desertum fuit. In qua quia legislator non fuit, et qui rationabiliter Deum quaereret non fuit, quasi hominum nullus fuit, et velut solis bestiis occupata, vacua a mortalibus exstitit. De hac deserti terra alias dicitur: Posuit in deserto viam (Isai. XLIII, 19). De hac praedicatione gentilitati concessa Psalmista testatur, dicens: Posuit flumina in deserto (Ps. CVI, 33). [Vet. XVII.] Notandum vero est quod postquam aestus super terram divisus est, cursum vehementissimus imber accepit, ut in deserto plueret, quia postquam in Judaea asperitas persecutionis inhorruit, ut not solum fidem minime reciperet, sed etiam eam gladiis impugnaret, ad Israel missus quisque praedicator ad evocandas gentes deflexit. Unde sancti apostoli Hebraeis persequentibus, quos deserunt, dicunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quia repellitis illud, et indignos vos judicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes (Act. XIII, 46). Diviso igitur aestu, deserta et absque homine terra compluitur, quia dispersa in Judaeae regionibus persecutione fidelium, derelicta dudum et quasi ab infusione rationis aliena, praedicationis guttis gentilitas irroratur. Quae gentilitas quasi adhuc a praedicatoribus sit inventa ostenditur, cum subditur:

VERS. 27.---Ut impleret inviam et desolatam. Quid vero compluta reddidit, monstratur, cum illico adjungitur:

CAPUT XXVI.

IBID.---Et produceret herbas virentes.

51. Prius invia prophetiae, patuit gratiae.---Invia namque dudum gentilitas fuit, ad quam via Dei verbo non patuit. Redemptore quippe nostro veniente, sic accepit vocationem gratiae, ut non in ea prius fuerit via prophetiae. Desolata etiam recte vocata est, vel ratione videlicet consilii, vel fructu boni operis destituta. Dedit ergo Dominus vehementissimo imbri cursum, et viam sonanti tonitrui, ut in deserto plueret, et impleret inviam et desolatam, et produceret herbas virentes; id est, exteriori praedicationi internam aspirationem contulit, ut corda gentilium arentia virescerent, clausa patescerent, inania complerentur, infecunda germinarent.

50. La gentilidad es el desierto, rociado por la gracia celestial como por una lluvia. Llover sobre la tierra sin hombre en el desierto es predicar la palabra de Dios a la gentilidad. La cual, mientras no mantuvo ningún culto a la Divinidad, ni mostró en sí ninguna forma de buena obra, fue evidentemente un desierto. En la cual, porque no hubo legislador, y no hubo quien razonablemente buscara a Dios, fue como si no hubiera ningún hombre, y como si estuviera ocupada solo por las bestias, existió vacía de mortales. De esta tierra del desierto se dice en otro lugar: *Puso camino en el desierto* (Isai. 43, 19). De esta predicación concedida a la gentilidad da testimonio el Salmista, diciendo: *Puso ríos en el desierto* (Sal. 106, 33). [Vet. XVII.] Pero debe notarse que después de que el calor fue dividido sobre la tierra, la lluvia valentísima recibió su curso, para que lloviera en el desierto, porque después de que la aspereza de la persecución se hizo terrible en Judea, de modo que no solo no recibió la fe en absoluto, sino que incluso la impugnó con espadas, todo predicador enviado a Israel se desvió para llamar a las naciones. Por lo cual los santos apóstoles dicen a los hebreos perseguidores a quienes abandonan: *A vosotros convenía hablaros primero la palabra de Dios; pero porque la rechazáis, y os juzgáis indignos de la vida eterna, he aquí que nos volvemos a los gentiles* (Hech. 13, 46). Dividido, pues, el calor, la tierra desierta y sin hombre es regada por la lluvia, porque dispersa la persecución de los fieles en las regiones de Judea, la gentilidad, abandonada desde hace tiempo y como ajena a la infusión de la razón, es rociada con las gotas de la predicación. La cual gentilidad se muestra como si todavía fuera encontrada por los predicadores, cuando se añade:

VERS. 27.---Para llenar la invía y desolada. Pero qué devolvió una vez regada, se muestra cuando enseguida se añade:

CAPÍTULO XXVI.

IBID.---Y produjera hierbas verdes.

51. Antes invía a la profecía, se abrió a la gracia.---Pues la gentilidad fue antes invía, para la cual no estaba abierto el camino de Dios por la palabra. Pues al venir nuestro Redentor, recibió de tal modo la vocación de la gracia, que no hubo en ella antes el camino de la profecía. Rectamente también fue llamada "desolada", o bien por estar destituida de la razón del consejo, o del fruto de la buena obra. Dio, pues, el Señor curso a la lluvia valentísima, y camino al trueno sonante, para que lloviera en el desierto, y llenara la invía y desolada, y produjera hierbas verdes; esto es, otorgó la aspiración interna a la predicación externa, para que los corazones áridos de los gentiles reverdecieran, lo cerrado se abriera, lo vacío se llenara, lo infecundo germinara.

52. Aeternae vitae opera doctrinamque germinavit.---In Scriptura enim sacra aliquando herba viror gloriae temporalis accipitur, aliquando refectio diaboli, aliquando sustentatio praedicatorum, aliquando bona operatio, aliquando aeternae vitae scientia atque doctrina. Viror namque gloria temporalis accipitur, sicut Propheta ait: Mane sicut herba transeat, mane floreat et pertranseat (Psal. LXXXIX, 6). Mane namque sicut herba florere atque transire est in prosperitate hujus saeculi temporalis gloriae decus velociter arescere. Herba refectio diaboli accipitur, sicut de illo a Domino dicitur: Huic montes herbas ferunt (Job. XL, 15). Ac si diceret: Superbi ac tumidi dum se illicitis cogitationibus atque actionibus efferunt, suis illum iniquitatibus pascunt. Herba sustentatio praedicantium demonstratur, cum dicitur: Producit in montibus fenum, et herbam servituti hominum (Psal. CXL, 8). In montibus quippe fenum et servituti hominum herba producitur, cum sublimes hujus saeculi, ad fidei cognitionem vocati, sanctis praedicatoribus in hujus vitae itinere transitoria alimenta largiuntur. Herba bona operatio ponitur, sicut scriptum est: Germinet terra herbam virentem (Genes. I, 11). Quod licet in conditione mundi ita historice factum teneamus, terram tamen Ecclesiam figurasse non inconvenienter accipimus, quae in eo germinavit herbam virentem, in quo ad verbum Dei fecunda misericordiae opera protulit. Herbam aliquando scientiam atque doctrinam aeternae viriditatis accipimus, sicut per Jeremiam dicitur: Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventos quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba (Jerem. XIV, 5). Quo dicto superba ac nequissima Judaeorum est persecutio prophetata. Ipsi quippe onagri pro mentis elatione, ipsi dracones pro virulenta cogitatione vocati sunt. Qui steterunt in rupibus, quia non in Deo, sed in summis potestatibus hujus mundi confisi sunt dicentes: Regem non habemus nisi Caesarem (Joan. XIX, 15). Traxerunt ventos quasi dracones, quia spiritu elationis inflati superbia malitiosa tumuerunt. Defecerunt oculi eorum, quia scilicet spes eorum ab eo quod intendebat corruit. Quae temporalia diligens, praestolari aeterna neglexit, et terrena ideo quia Deo praeposuit amisit. Dixerunt enim: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem (Joan. XI, 48). Timuerunt ne locum non occiso Domino perderent, et tamen occiso perdiderunt. Sed cur ista miseris evenerint, subdit: Quia non erat herba; id est, quia eorum cordibus defuit aeternitatis scientia, et nullo eos refecit pabulo viriditatis internae doctrinae. Hoc igitur loco quid aliud virentes herbas nisi sanctae doctrinae scientiam vel congruas operationes accipimus?

52. Germinó las obras y la doctrina de la vida eterna.---En la Sagrada Escritura, en efecto, a veces la "hierba" se entiende como el verdor de la gloria temporal, a veces como el refresco del diablo, a veces como el sustento de los predicadores, a veces como la buena operación, a veces como la ciencia y doctrina de la vida eterna. Pues el verdor de la gloria temporal se entiende como dice el Profeta: *Por la mañana pase como hierba, por la mañana florezca y pase* (Sal. 89, 6). Pues florecer y pasar por la mañana como hierba es marchitarse velozmente el decoro de la gloria temporal en la prosperidad de este siglo. La "hierba" se entiende como refresco del diablo, como se dice de él por el Señor: *A este los montes le producen hierbas* (Job 40, 15). Como si dijera: los soberbios e hinchados, mientras se exaltan en pensamientos y acciones ilícitas, lo alimentan con sus iniquidades. La "hierba" se demuestra como sustento de los predicadores, cuando se dice: *Produce en los montes heno, y hierba para el servicio de los hombres* (Sal. 146, 8). Pues en los montes se produce el heno y la hierba para el servicio de los hombres, cuando los sublimes de este siglo, llamados al conocimiento de la fe, otorgan alimentos transitorios a los santos predicadores en el camino de esta vida. La "hierba" se pone por la buena operación, como está escrito: *Germine la tierra hierba verde* (Gén. 1, 11). Lo cual, aunque sostenemos que se hizo así históricamente en la condición del mundo, aceptamos sin inconveniente que la tierra figuró a la Iglesia, la cual en aquello germinó la hierba verde, en cuanto que ante la palabra de Dios produjo fecundas obras de misericordia. A veces entendemos por "hierba" la ciencia y doctrina de la eterna lozanía, como se dice por Jeremías: *Los onagros estuvieron en las rocas, atrajeron los vientos como dragones, desfallecieron sus ojos porque no había hierba* (Jer. 14, 6). Con cuyo dicho fue profetizada la soberbia y malvada persecución de los judíos. Ellos mismos, de hecho, fueron llamados "onagros" por la elación de la mente, y "dragones" por el pensamiento virulento. Los cuales "estuvieron en las rocas", porque no confiaron en Dios, sino en las supremas potestades de este mundo, diciendo: *No tenemos más rey que al César* (Juan 19, 15). "Atrajeron los vientos como dragones", porque hinchados por el espíritu de elación se inflaron con soberbia maliciosa. "Desfallecieron sus ojos", porque evidentemente su esperanza cayó de aquello a lo que aspiraba. La cual, amando lo temporal, descuidó esperar lo eterno, y por tanto perdió lo terreno porque lo antepuso a Dios. Dijeron, en efecto: *Si lo dejamos así, todos creerán en él, y vendrán los romanos y quitarán nuestro lugar y nuestra nación* (Juan 11, 48). Temieron perder su lugar si no mataban al Señor, y sin embargo, habiéndolo matado, lo perdieron. Pero por qué sucedieron estas cosas a los miserables, lo añade: *Porque no había hierba;* esto es, porque a sus corazones les faltó la ciencia de la eternidad, y con ningún alimento de lozanía de la doctrina interna los refrescó. En este lugar, pues, ¿qué otra cosa entendemos por "hierbas verdes" sino la ciencia de la santa doctrina o las operaciones congruentes?

Deserta igitur terra compluitur, ut ab ea virentes herbae producantur, quia dum sanctae praedicationis imbrem gentilitas percepit, et vitae opera et doctrinae herbam germinavit. Ista viriditas voce prophetica desertae terrae pollicetur, cum dicitur: In cubilibus in quibus prius dracones habitabant orietur viror calami et junci (Isai. XXXV, 7). Quid enim per calamum nisi praedicatores, quid per juncum qui juxta aquae humorem semper nascitur nisi pusilli ac teneri auditores sacri eloquii designantur? In draconum ergo cubilibus viror calami et junci oritur, quia in eis populis quos antiqui hostis malitia possidebat, et doctorum scientia, et auditorum obedientia coacervatur.

[Vet. XIX.] 53. Singulorum corda sunt velut desertum, antequam imbre gratiae fecundentur.---Haec tamen quae generaliter de gentilitate dicta sunt si solerter inspicimus, intra sinum sanctae Ecclesiae agi in singulis videmus. Sunt enim plerique ad verba Dei valde insensibiles, qui fidei quidem nomine censentur, verba vitae auribus audiunt, sed ea transire usque ad interna cordis minime permittunt. Hi quid aliud quam deserta terra sunt? Quae scilicet terra hominem non habet, quia eorum mens sensu rationis caret. Et nullus mortalium in hac terra commoratur, quia et si quando in eorum conscientia rationabilium sensuum cogitationes veniunt, non persistunt. Prava enim desideria in eorum cordibus sedem inveniunt, recta vero si quando venerint, ac si impellantur, decurrunt. Sed cum misericors Deus imbri suo cursum et sonanti tonitrui viam dare dignatur, compuncti per internam gratiam verbis vitae aures cordis aperiunt. Et impletur terra invia, quia dum praebet auditum verbo, cumulatur mysterio. Et producit herbas virentes, quia per gratiam compunctionis infusa, praedicationis verba non solum libenter recipit, sed etiam ubertim reddit, ut quod audire non poterat jam loqui concupiscat; et quae non audiendo etiam intrinsecus aruerat, jam loquendo quae sancta sunt viriditate sua quoslibet esurientes pascat. Unde bene per prophetam dicitur: Emitte spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terrae (Psal. CIII, 30). Sic enim sic facies terrae virtute renovationis immutatur, dum sicca dudum mens gratia veniente compluitur, et post ariditatem pristinam, quasi productis herbis, scientiae viriditate vestitur. Quae conditoris nostri gratia adhuc nobis altius commendatur, cum subditur:

Caput XXVII

[Vet. XX, Rec. XV]. VERS. 28.---Quis est pulviae pater? vel quis genuit stillas roris?

La tierra desierta, pues, es regada, para que de ella se produzcan hierbas verdes, porque cuando la gentilidad percibió la lluvia de la santa predicación, germinó tanto las obras de la vida como la hierba de la doctrina. Esta lozanía se promete a la tierra desierta por la voz profética, cuando se dice: *En los cubiles en los que antes habitaban los dragones, nacerá el verdor de la caña y del junco* (Isai. 35, 7). ¿Pues qué se designa por la "caña" (*calamus*) sino los predicadores, y qué por el "junco" (*juncus*), que siempre nace junto a la humedad del agua, sino los pequeños y tiernos oyentes de la sagrada elocuencia? En los cubiles de los dragones, pues, nace el verdor de la caña y del junco, porque en aquellos pueblos que poseía la malicia del antiguo enemigo, se congrega tanto la ciencia de los doctores como la obediencia de los oyentes.

[Vet. XIX.] 53. Los corazones de cada uno son como un desierto, antes de que sean fecundados por la lluvia de la gracia.---Si inspeccionamos hábilmente estas cosas que se han dicho generalmente sobre la gentilidad, vemos que se realizan en cada uno dentro del seno de la santa Iglesia. Pues hay muchos muy insensibles a las palabras de Dios, que aunque son contados con el nombre de la fe y oyen con sus oídos las palabras de vida, de ningún modo permiten que estas pasen hasta lo íntimo del corazón. ¿Qué son estos sino una tierra desierta? La cual tierra, evidentemente, no tiene hombre, porque su mente carece del sentido de la razón. Y ningún mortal habita en esta tierra, porque aunque alguna vez lleguen a su conciencia pensamientos de sentidos racionales, no persisten. Pues los deseos depravados encuentran asiento en sus corazones, pero los rectos, si alguna vez llegan, se escurren como si fueran repelidos. Pero cuando el Dios misericordioso se digna dar curso a su lluvia y camino al trueno sonante, los compungidos por la gracia interna abren los oídos del corazón a las palabras de vida. Y se llena la tierra invía, porque mientras presta oído a la palabra, se colma con el misterio. Y produce hierbas verdes, porque infundida por la gracia de la compunción, no sólo recibe de buena gana las palabras de la predicación, sino que también las devuelve con abundancia, de modo que lo que no podía oír ya desea hablarlo; y lo que por no oír también se había secado intrínsecamente, ya hablando lo que es santo alimente con su lozanía a cualesquiera hambrientos. De donde bien se dice por el profeta: *Enviarás tu espíritu y serán creados, y renovarás la faz de la tierra* (Sal. 103, 30). Pues así, así se muda la faz de la tierra por la virtud de la renovación, mientras la mente, hace poco seca, es regada por la gracia que llega, y después de la aridez pristina, como si se hubieran producido hierbas, se viste con la lozanía de la ciencia. Cuya gracia de nuestro Creador se nos encomienda todavía más profundamente, cuando se añade:

Caput XXVII

[Vet. XX, Rec. XV]. VERS. 28.---¿Quién es el padre de la lluvia? ¿O quién engendró las gotas del rocío?

54. Imber hic voluntarius, non pro nostris meritis datur. Aliquando tanquam ros stillat, aliquando ut pluvia ubertim manat.---Ac si diceret nisi ego, qui siccam terram humani cordis guttis scientiae gratuito aspergo. De hac enim pluvia alias dicitur: Pluviam voluntariam segregabis, Deus, haereditati tuae (Psal. LXVII, 10). Voluntariam quippe pluviam haereditati suae Dominus segregat, quia non eam nobis pro nostris meritis, sed pro suae munere benignitatis praestat. Et idcirco hoc loco pater pluviae dicitur, quia superna nobis praedicatio non de nostro merito, sed de ejus gratia generatur. Stillae enim roris ipsi sancti praedicatores sunt, qui arva pectoris nostri inter mala vitae praesentis, quasi inter tenebras siccae noctis arentia, gratia supernae largitatis infundunt. De his stillis contumaci Judaeae dicitur: Propterea prohibitae sunt stillae pluviarum, et serotinus imber non fuit (Jerem. III, 3). Ipsae quippe stillae roris sunt quae stillae pluviarum. Quando enim dispensatione aliqua praedicationem temperant, quasi rorem tenerum aspergunt. Quando vero ea quae de supernis sentiunt virtute qua praevalent loquuntur, quasi ubertim manantem pluviam fundunt. Rorem aspergebat Paulus, cum Corinthiis diceret: Non enim judicavi scire me aliquid inter vos, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum (I Cor. II, 2). Et rursum pluviam manabat, dicens: Os nostrum patet ad vos, o Corinrinthii, cor nostrum dilatum est (II Cor. VI, 11). Hinc est quod Moyses, qui et valida fortibus, et tenera infirmis dicturum se noverat, dicebat: Exspectetur sicut pluvia eloquium meum, et descendant sicut ros verba mea (Deut. XXXII, 2).

Sed ecce audivimus quo munere gentilitas vocatur; audiamus nunc qua districtione Judaea repellitur. Audivimus quomodo deserta excolat, arentia infundat; audiamus nunc quomodo ea quae quasi videntur interna projiciat. Neque enim sic colligit electos, ut non etiam judicet reprobos; neque sic quibusdam culpas relaxat, ut non et in quibusdam feriat. Scriptum quippe est: Misericordia enim et ira ab illo (Eccli V, 7). Unde hic quoque postquam tot dona gratiae intulit, etiam irae suae judicia non abscondit. Nam sequitur:

Caput XXVIII

[Vet. XXI]. VERS. 29.---De cujus utero egressa est glacies, et gelu de coelo quis genuit?

54. Esta lluvia voluntaria no se da por nuestros méritos. A veces gotea como rocío, a veces mana abundantemente como lluvia.---Como si dijera: Nadie sino yo, que rocío gratuitamente la tierra seca del corazón humano con las gotas de la ciencia. Pues de esta lluvia se dice en otro lugar: *Apartarás, oh Dios, una lluvia voluntaria para tu heredad* (Sal. 67, 10). En efecto, el Señor aparta una lluvia voluntaria para su heredad, porque nos la otorga no por nuestros méritos, sino por el don de su benignidad. Y por ello en este lugar se le llama padre de la lluvia, porque la predicación celestial se engendra para nosotros no de nuestro mérito, sino de su gracia. Pues las gotas del rocío son los mismos santos predicadores, que infunden la gracia de la largueza suprema en los campos de nuestro pecho, que se secan entre los males de la vida presente, como entre las tinieblas de una noche seca. De estas gotas se dice a la rebelde Judea: *Por eso han sido prohibidas las gotas de las lluvias, y no hubo lluvia tardía* (Jer. 3, 3). Pues las gotas del rocío son las mismas que las gotas de las lluvias. Pues cuando por alguna dispensación templan la predicación, la rocían como rocío tierno. Pero cuando dicen aquellas cosas que sienten de lo supremo con la virtud por la que prevalecen, las derraman como lluvia que mana abundantemente. Rocío rociaba Pablo, cuando decía a los corintios: *Pues no juzgué saber nada entre vosotros, sino a Jesucristo, y a éste crucificado* (1 Cor. 2, 2). Y de nuevo manaba lluvia, diciendo: *Nuestra boca está abierta hacia vosotros, oh corintios, nuestro corazón se ha ensanchado* (2 Cor. 6, 11). De aquí es que Moisés, que sabía que habría de decir tanto cosas fuertes a los fuertes como tiernas a los débiles, decía: *Espérese como la lluvia mi elocuencia, y desciendan como el rocío mis palabras* (Deut. 32, 2).

Pero he aquí que hemos oído con qué don es llamada la gentilidad; oigamos ahora con qué severidad es rechazada Judea. Hemos oído cómo cultiva los desiertos e infunde lo que está seco; oigamos ahora cómo proyecta fuera aquellas cosas que parecen ser internas. Pues no recoge de tal modo a los electos que no juzgue también a los réprobos; ni de tal modo perdona las culpas en unos que no hiera también en otros. Pues está escrito: *Porque la misericordia y la ira proceden de él* (Eclo. 5, 7). De donde aquí también, después de que introdujo tantos dones de la gracia, tampoco escondió los juicios de su ira. Pues sigue:

Caput XXVIII

[Vet. XXI]. VERS. 29.---¿De qué útero salió el hielo? ¿Y la escarcha del cielo, quién la engendró?

55. Judaei reprobati, quasi ex misericordiae divinae utero ejecti, licet a sanctis patriarchis orti.---Quid enim aliud in gelu vel glacie nisi frigida et perfidiae torpore constricta accipimus corda Judaeorum? Qui quondam per acceptionem legis, per custodiam mandatorum, per ministeria sacrificii, per mysteria prophetiae, sic intra sinum gratiae, quasi intra uterum creatoris, habebantur. Sed quia, veniente Domino, constricti frigore perfidiae, fervorem fidei et caritatis amiserunt, a secreto gratiae sinu projecti, quasi glacies, de utero creatoris egressi sunt: Et gelu de coelo quis genuit? Quid hic aliud coelum, nisi sublimis debet intelligi vita sanctorum? cui coelo dicitur: Attende coelum, et loquar (Deut. XXXII, 1). Non enim insensibili, sed rationabili creaturae loquebatur. De hoc coelo Dominus ait: Coelum mihi sedes est (Isai LXVI, 1). De qua sede alias scriptum est : Anima justi sedes sapientiae est. Quia ergo sapientia est Deus, si sedes Dei coelum est, et anima justi sedes est sapientiae, coelum est utique anima justi. Coelum fuit Abraham, coelum Isaac, coelum Jacob. Sed quia persecutores Domini pontifices Judaeorum perfidiae torpore frigidi de illorum patrum progenie processerunt, quasi de coelo gelu exiit, quia de sublimi prole sanctorum processit frigida plebs infidelium. Cum enim de Abraham natus est Caiphas, quid aliud nisi gelu de coelo processit? Quod tamen gelu idcirco Dominus genuisse se dicit, quia Judaeos, quos naturaliter ipse bonos condidit, justo judicio per eorum malitiam frigidos a se exire permisit. Dominus enim auctor est naturae, non culpae. Genuit ergo creando naturaliter quos iniquos permisit vivere tolerando patienter. Et quia illa quondam tenera ac fidei penetrabilia corda Judaeorum, in perfidiae postmodum obstinatione durata sunt, recte subjungitur:

Caput XXIX.

VERS. 30.---In similitudinem lapidis aquae durantur.

56. Ex filiis Abrahae facti sunt lapides, ob cordis duritiam; et gentiles prius lapides in filios Abrahae converti sunt.---Aquas enim populos accipi jam saepius edocuisse me memini. In lapide vero pro ipsa duritia aliquando gentiles populi designantur. Ipsi quippe lapides coluerunt. Et de his per prophetam dictum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis (Psal. XIII, 8). Unde Joannes Judaeos aspiciens se de stemmate generationis extollere, et gentiles praevidens ad Abrahae prolem fidei cognitione transire, ait: Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham.

55. Los judíos réprobos, como proyectados fuera del útero de la misericordia divina, aunque nacidos de los santos patriarcas.---¿Pues qué otra cosa entendemos por la escarcha o el hielo sino los corazones fríos de los judíos, estrechados por el torpor de la perfidia? Los cuales antaño, por la recepción de la ley, por la custodia de los mandamientos, por los ministerios del sacrificio, por los misterios de la profecía, eran tenidos dentro del seno de la gracia, como dentro del útero del Creador. Pero porque, al venir el Señor, estrechados por el frío de la perfidia, perdieron el fervor de la fe y de la caridad, fueron proyectados fuera del secreto seno de la gracia y, como hielo, salieron del útero del Creador: *¿Y la escarcha del cielo, quién la engendró?* ¿Qué otra cosa debe entenderse aquí por cielo, sino la vida sublime de los santos? a cuyo cielo se dice: *Escucha, cielo, y hablaré* (Deut. 32, 1). Pues no hablaba a una criatura insensible, sino racional. De este cielo dice el Señor: *El cielo es mi solio* (Isai. 66, 1). De cuyo solio está escrito en otro lugar: *El alma del justo es el solio de la sabiduría.* Porque, pues, Dios es la sabiduría, si el solio de Dios es el cielo y el alma del justo es el solio de la sabiduría, ciertamente el alma del justo es el cielo. Cielo fue Abraham, cielo Isaac, cielo Jacob. Pero porque los pontífices de los judíos, perseguidores del Señor, fríos por el torpor de la perfidia, procedieron de la progenie de aquellos padres, salió como escarcha del cielo, porque de la sublime prole de los santos procedió el pueblo frío de los infieles. Pues cuando de Abraham nació Caifás, ¿qué otra cosa sino escarcha procedió del cielo? Cuya escarcha, sin embargo, dice el Señor haber engendrado él mismo por esto: porque a los judíos, a quienes él mismo creó buenos por naturaleza, por un justo juicio permitió que salieran de él fríos por la malicia de ellos. Pues el Señor es autor de la naturaleza, no de la culpa. Los engendró, pues, creándolos naturalmente, a quienes permitió vivir inicuamente tolerándolos pacientemente. Y porque aquellos corazones de los judíos, antaño tiernos y penetrables por la fe, se endurecieron después en la obstinación de la perfidia, rectamente se añade:

Caput XXIX.

VERS. 30.---En similitud de la piedra se endurecen las aguas.

56. De hijos de Abraham se convirtieron en piedras, por la dureza del corazón; y los gentiles, antes piedras, se convirtieron en hijos de Abraham.---Recuerdo haber enseñado ya muy a menudo que por las aguas se entiende a los pueblos. En la piedra, en efecto, por su misma dureza, se designan a veces los pueblos gentiles. Pues ellos mismos adoraron las piedras. Y de estos se dijo por el profeta: *Háganse semejantes a ellos los que los hacen, y todos los que confían en ellos* (Sal. 113, 8). De donde Juan, viendo que los judíos se jactaban de la estirpe de su generación, y previendo que los gentiles pasarían a la prole de Abraham por el conocimiento de la fe, dijo: *No queráis decir dentro de vosotros: Tenemos por padre a Abraham.*

Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae (Matth. III, 9); lapides utique duros perfidia gentiles vocans. Quia ergo primum Judaea Deo credidit, gentilitate omni in perfidiae suae obstinatione remanente, postmodum vero ad fidem gentilium corda mollita sunt, et Judaeorum infidelitas obdurata, bene dictum est: In similitudinem lapidis aquae durantur. Ac si diceret: Illa mollia ac penetrabilia fidei corda Judaeorum in insensibilitatem vertuntur gentium. Cum enim misericors Deus gentes traxit, iratus Judaeam repulit. Actumque est ut sicut dudum ad percipiendam fidem gentilitas fuerat obdurata, ita postmodum ad fidem gentilitate suscepta, Judaeae populus perfidiae torpore duresceret. Unde Paulus apostolus eisdem gentibus dicit: Sicut aliquando vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem; ita et isti non crediderunt in vestra misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur (Rom. XI, 30). Quam sententiam suam primum quidem de vocatione Judaeorum, et repulsione gentium, postmodum vero de vocatione gentium, et repulsione Judaeorum subtiliter pensans, seque occulta Dei judicia comprehendere non posse considerans, exclamando subjunxit: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus (Ibid., 33)! Unde hic quoque cum de Judaeorum perfidia Dominus diceret: In similitudinem lapidis aquae durantur, ut de repulsione eorum occulta esse sua judicia demonstraret, apte subdidit:

Caput XXX

[Vet. XXII]. IBID.---Et superficies abyssi constringitur.

57. Judicia Dei abyssus multa.---Quia superjecto quodam ignorantiae nostrae velamine, incomprehensibilitatem divini judicii humanae mentis oculus nullatenus penetrat. Scriptum quippe est: Judicia tua abyssus multa (Psal. XXXV, 7). Nemo ergo perscrutari appetat cur cum alius repellitur, alius eligatur; vel cur cum alius eligitur, alius repellatur; quia superficies abyssi constringitur, et, attestante Paulo: Inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus (Rom. XI, 33).

Pues os digo que Dios es poderoso para suscitar de estas piedras hijos a Abraham (Mat. 3, 9); llamando piedras, evidentemente, a los gentiles duros por la perfidia. Porque, pues, primero Judea creyó en Dios, permaneciendo toda la gentilidad en la obstinación de su perfidia, pero después los corazones de los gentiles se ablandaron para la fe, y se endureció la infidelidad de los judíos, bien se dijo: *En similitud de la piedra se endurecen las aguas.* Como si dijera: Aquellos corazones tiernos y penetrables por la fe de los judíos se convierten en la insensibilidad de los gentiles. Pues cuando el Dios misericordioso atrajo a las gentes, airado rechazó a Judea. Y se dio el caso de que así como antaño la gentilidad había estado endurecida para percibir la fe, así después, habiendo recibido la fe la gentilidad, el pueblo de Judea se endureciera en el torpor de la perfidia. De donde el apóstol Pablo dice a esas mismas gentes: *Como también vosotros en otro tiempo no creísteis a Dios, pero ahora habéis alcanzado misericordia por la incredulidad de ellos; así también estos ahora no han creído en vuestra misericordia, para que ellos también alcancen misericordia.* *Pues Dios encerró todo en la incredulidad, para tener misericordia de todos* (Rom. 11, 32). Cuya sentencia suya, primero por cierto sobre la vocación de los judíos y el rechazo de las gentes, pero después sobre la vocación de las gentes y el rechazo de los judíos, pesándola sutilmente, y considerando que no podía comprender los ocultos juicios de Dios, añadió exclamando: *¡Oh profundidad de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios, cuán incomprensibles son sus juicios e inescrutables sus caminos!* (Ibíd., 33). De donde aquí también, cuando el Señor decía sobre la perfidia de los judíos: *En similitud de la piedra se endurecen las aguas,* para demostrar que sus juicios sobre el rechazo de ellos eran ocultos, aptamente añadió:

Caput XXX

[Vet. XXII]. IBID.---Y la superficie del abismo se constriñe.

57. Los juicios de Dios son un abismo profundo.---Porque, interpuesto un cierto velo de nuestra ignorancia, el ojo de la mente humana de ningún modo penetra la incomprensibilidad del juicio divino. Pues está escrito: *Tus juicios son un abismo profundo* (Sal. 35, 7). Nadie, pues, apetezca escudriñar por qué, mientras uno es rechazado, otro es elegido; o por qué, mientras uno es elegido, otro es rechazado; porque la superficie del abismo se constriñe y, como atestigua Pablo: *Inescrutables son sus juicios e ininvestigables sus caminos* (Rom. 11, 33).

58. Dicta de Judaeorum duritia et reprobatione, de Satana possunt intelligi.---Per hoc vero quod dictum est: De cujus utero egressa est glacies, et gelu de coelo quis genuit? etiam Satan in gelu et glacie nil obstat intelligi. Ipse quippe quasi de Dei utero glacies processit, quia a calore secretorum ejus, malitiae torpore frigidus, magister iniquitatis exivit. Ipse gelu de coelo est genitus, quia constricturus corda reproborum, a summis cadere est ad ima permissus. Qui bene in coelestibus conditus, in culpae frigore mentes sequacium quasi gelu dum cecidit astrinxit. Qui ad terram veniens, quid in hominibus egerit, expletur cum subditur: In lapidis similitudinem aquae durantur. Per aquas namque populi, per lapidem vero ejusdem Satanae duritia designatur. Illo igitur ad ima veniente, in similitudinem lapidis aquae duratae sunt, quia ejus malitiam imitati homines, mollia viscera charitatis amiserunt. Cujus fraudulenta consilia quia a seductis hominibus deprehendi non possunt, recte subjungitur: Et superficies abyssi constringitur. Aliud quippe ei intrinsecus latet, atque aliud extrinsecus ostendit. Transfigurat enim se velut angelum lucis (II Cor. XI, 14), et callida deceptionis arte plerumque proponit laudabilia, ut ad illicita pertrahat. Abyssi ergo superficies constringitur, quia dum quasi bona persuasionis ejus species velut solida desuper glacies ostenditur, in profundo latens ejus malitia non videtur.

59. Et de superbis propter accepta dona insolescentibus.---Cuncta tamen haec intelligere et aliter possumus, si moraliter exquiramus. [Vet. XXIII]. Mentes namque hominum omnipotens Deus dum in suo timore format, quasi concipit, easque ad apertas virtutes, dum provehit, gignit; sed si de acceptis virtutibus extolluntur, relinquit. Et saepe quosdam cognovimus malorum suorum consideratione compungi, divini terroris pavore fervescere, et per pavoris exordia usque ad virtutum summa pervenire; sed dum de eisdem virtutibus quas accipiunt extolluntur, inanis gloriae laqueo astricti, ad antiquum torporem redeunt. Recte ergo cum tales Dominus projicit dicit: De cujus utero egressa est glacies? Quasi enim de Dei utero glacies egreditur, quando hi qui jam intus incaluerant ex virtutum dono frigescunt; et inde exteriorem gloriam torpentes appetunt, unde ad interna diligenda ardentius flagrare debuerunt. Dumque iste signis, ille scientia, iste prophetia, ille magnis operibus pollet, atque per haec dona placere hominibus appetit, omne quod prius intimum caluerat, exteriorem laudem diligens, in torporem vertit. Quasi ergo glacies de utero egreditur, dum post donorum beneficia a visceribus pietatis supernae separatur. An non sunt glacies, qui in virtutibus quas accipiunt laudes ab hominibus quaerunt?

58. Lo dicho sobre la dureza y el rechazo de los judíos, puede entenderse de Satanás.---Por esto que se dijo: *¿De qué útero salió el hielo? ¿Y la escarcha del cielo, quién la engendró?* nada impide que Satanás sea entendido en el hielo y la escarcha. Pues él mismo salió como hielo del útero de Dios, porque, frío por el torpor de la malicia, salió del calor de sus secretos como maestro de la iniquidad. Él mismo fue engendrado como escarcha del cielo, porque, habiendo de estrechar los corazones de los réprobos, se le permitió caer de lo alto a lo profundo. El cual, habiendo sido bien creado en lo celestial, cuando cayó, estrechó las mentes de sus seguidores como escarcha en el frío de la culpa. El cual, viniendo a la tierra, lo que hizo en los hombres se completa cuando se añade: *En similitud de la piedra se endurecen las aguas.* Pues por las aguas se designan los pueblos, pero por la piedra se designa la dureza del mismo Satanás. Viniendo él, pues, a lo profundo, en similitud de la piedra se endurecieron las aguas, porque los hombres, imitando su malicia, perdieron las tiernas vísceras de la caridad. Porque sus fraudulentos consejos no pueden ser detectados por los hombres seducidos, rectamente se añade: *Y la superficie del abismo se constriñe.* Pues una cosa le late intrínsecamente, y otra muestra extrínsecamente. Pues se transfigura en ángel de luz (2 Cor. 11, 14), y por el astuto arte del engaño propone muy a menudo cosas loables, para arrastrar a las ilícitas. Se constriñe, pues, la superficie del abismo, porque mientras se muestra por encima, como hielo sólido, la apariencia de buena especie de su persuasión, no se ve su malicia que late en lo profundo.

59. Y sobre los soberbios que se ensoberbecen por los dones recibidos.---Todo esto podemos entenderlo también de otro modo, si lo buscamos moralmente. [Vet. XXIII]. Pues Dios omnipotente, mientras forma las mentes de los hombres en su temor, como que las concibe, y mientras las promueve a las virtudes manifiestas, las engendra; pero si se ensalzan por las virtudes recibidas, las abandona. Y a menudo hemos conocido a algunos que se compungen por la consideración de sus males, que se enardecen por el pavor del terror divino y que, por los inicios del pavor, llegan hasta la cumbre de las virtudes; pero mientras se ensalzan por esas mismas virtudes que reciben, estrechados por el lazo de la vana gloria, vuelven al antiguo torpor. Rectamente, pues, cuando el Señor los proyecta fuera, dice: *¿De qué útero salió el hielo?* Como que del útero de Dios sale el hielo cuando estos que ya habían calentado interiormente se enfrían por el don de las virtudes; y de ahí, entorpeciéndose, apetecen la gloria exterior, de donde debieron arder más ardientemente para amar lo interno. Y mientras este destaca por los signos, aquel por la ciencia, este por la profecía, aquel por las grandes obras, y a través de estos dones apetece gustar a los hombres, todo lo que antes había calentado íntimamente, amando la alabanza exterior, lo convierte en torpor. Como que sale, pues, el hielo del útero cuando, después de los beneficios de los dones, se separa de las entrañas de la piedad suprema. ¿Acaso no son hielo los que en las virtudes que reciben buscan las alabanzas de los hombres?

Et tamen venienti judici dona sua ad ejus memoriam revocantes, dicunt: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus (Matth. VII, 22)? Sed quomodo hanc glaciem Dominus projiciat ostendit, dicens: Nescio vos unde sitis, discedite a me, omnes operarii iniquitatis (Ibid.). Hanc glaciem nunc in utero Dominus portat, quia intra sinum Ecclesiae tolerat. Sed tunc aperte ejicit, cum tales a secretis coelestibus per extremum et publicum judicium repellit. His itaque verbis quid aperte agitur, nisi ut beatus Job de summis suis virtutibus humilietur, ne in hoc quod bene vivendo caluerat, superbiendo frigescat, et a Divinitatis utero repulsus exeat, si intra sinum sui cordis se tumidus extollat?

[Vet. XXIV.] 60. Superbiae poena, induratio. Quo sensu Deus dicatur indurare.--- Et quia justo judicio superbas mentes ad culpam egredi ex accepta virtute permittit, recte adhuc subjungitur: Et gelu de coelo quis genuit? Plerumque enim sacri eloquii scientiam praestat, sed dum de eadem scientia is qui accipit extollitur, ira districti judicis in ipso sacro eloquio caecatur, ut exteriores favores per illam sequens, ejus jam interna non videat; et qui intus manens calere poterat, exeundo frigescat, duratusque in ima corruat, qui ad cognitionem Dei prius tractabilis in summis liquidus stabat. An sacrum eloquium coelum non est, quod diem nobis intelligentiae aperiens, sole nos justitiae illustrat, quod dum nos vitae praesentis nox continet, stellis nobis mandatorum fulget? Sed quia oportet esse haereses, ut probati manifesti fiant (I Cor. XI, 19), cum ab intellectu sano mens superba repellitur, ultione districti judicis gelu de coelo generatur, ut cum ipsa Scriptura sacra in electorum cordibus caleat, eos qui se superbe scire appetunt a se frigidos emittat. Ibi quippe errant ubi corrigere errata debuerant; et dum a superna intelligentia resplendentis eloquii, et obdurati ipsi, et seducturi caeteros, corrunt, ad ima venientes ut gelu, et alios astringuat. Semetipsum tamen Dominus hoc gelu gignere perhibet, non quod pravorum mentes ipse ad culpam formet, sed quod a culpa non liberat, sicut scriptum est: Ego obdurabo cor Pharaonis (Exod. X, 27). Quod quia misericorditer emollire noluit, profecto districte se obdurasse nuntiavit.

Y sin embargo, recordando sus dones a la memoria del juez que llega, dicen: *Señor, Señor, ¿no profetizamos en tu nombre, y en tu nombre expulsamos demonios, y en tu nombre hicimos muchas virtudes?* (Mat. 7, 22). Pero cómo proyecta el Señor este hielo lo muestra diciendo: *No sé de dónde sois, apartaos de mí, todos los obreros de la iniquidad* (Ibíd.). El Señor lleva ahora este hielo en el útero porque lo tolera dentro del seno de la Iglesia. Pero entonces lo proyecta abiertamente cuando a tales los rechaza de los secretos celestiales por el juicio extremo y público. Con estas palabras, pues, ¿qué se pretende abiertamente sino que el bienaventurado Job se humille por sus altísimas virtudes, no sea que en aquello por lo que había calentado viviendo bien, se enfríe ensoberbeciéndose, y rechazado salga del útero de la Divinidad, si se ensalzara hinchado dentro del seno de su propio corazón?

[Vet. XXIV.] 60. La pena de la soberbia, el endurecimiento. En qué sentido se dice que Dios endurece.---Y porque por un justo juicio permite que las mentes soberbias salgan a la culpa a partir de la virtud recibida, rectamente todavía se añade: *¿Y la escarcha del cielo, quién la engendró?* Pues muy a menudo otorga la ciencia del sacro elocuio, pero mientras se ensalza por esa misma ciencia el que la recibe, se ciega por la ira del juez severo en el mismo sacro elocuio, para que siguiendo los favores exteriores por medio de ella, ya no vea lo íntimo de la misma; y el que permaneciendo dentro podía calentar, al salir se enfríe, y endurecido caiga a lo profundo, el que para el conocimiento de Dios antes estaba dócil y fluido en lo alto. ¿Acaso el sacro elocuio no es el cielo, que abriéndonos el día de la inteligencia nos ilustra con el sol de la justicia, que mientras nos contiene la noche de la vida presente nos brilla con las estrellas de los mandamientos? Pero porque es necesario que haya herejías para que los que son probados se manifiesten (1 Cor. 11, 19), cuando la mente soberbia es rechazada del sano entendimiento, por la venganza del juez severo se engendra escarcha del cielo, para que cuando la misma Sagrada Escritura caliente en los corazones de los elegidos, emita fríos de sí a aquellos que soberbiamente apetecen saberla. Pues yerran allí donde debieron corregir sus yerros; y mientras caen del entendimiento supremo del resplandeciente elocuio, tanto endurecidos ellos mismos como habiendo de seducir a los demás, viniendo a lo profundo como escarcha, también estrecha a otros. Sin embargo, el Señor afirma que él mismo engendra esta escarcha, no porque él mismo forme para la culpa las mentes de los malvados, sino porque no las libra de la culpa, como está escrito: *Yo endureceré el corazón de Faraón* (Exod. 10, 27). Lo cual, porque no quiso ablandarlo misericordiosamente, anunció ciertamente haberlo endurecido severamente.

61. Amissa virtutis, virtute imago saepe retinetur. Quia vero cum inchoata divini timoris virtus amittitur, propter humanas laudes virtutis imago retinetur, recte subjungitur: In similitudinem lapidis aquae durantur, et superficies abyssi constringitur. Aquae enim per glaciem in superficie durescunt, sed fluidae in intimis remanent. Et quid per aquas nisi fluxa accipimus corda reproborum? Quae cum ex proposito virtutem deserunt, fortes se in bonis operibus per hypocrisim ostendunt; dumque in intimis suis ad vitia defluunt, et foris se sanctorum ac fortium imitatores fingunt, Aquae in similitudinem lapidis durantur, et superficies abyssi constringitur, quia per superductam sanctitatis speciem fluxa ac instabilis eorum conscientia hominibus tegitur. Nam cum sibimetipsis intrinsecus turpes sint, ante alienos tamen oculos quadam vivendi vetustate vestiuntur.

63. Praeposteros virtutis fructus Deus sapienter premit.---Sed ne quis haec verba Domini in bonam intelligi velit, debemus sic etiam quaerentibus astruere, dummodo minime judicemur quae perscrutanda fuerant neglexisse. Superiori enim versu dicitur: Quis est pluviae pater vel quis genuit stillas roris? Statimque additur: De cujus utero egressa est glacies, et gelu de coelo quis genuit? Si ergo dictis praecedentibus sequens sententia non dispari sensu conjungitur, profecto et in bonam partem nobis ejus intelligentia sine obstaculo difficultatis aperitur. [Vet. XXV.] Terra enim cum compluitur, jactata in eam semina feracius ligantur. Sed rursum si illam pluvia immoderatius irrigat, in culmo pinguedinem frumenti virtutemque mutat. Sin vero jactatum semen post pluviam gelu premitur, quo foris citius apparere repellitur, eo intus fecundius radicatur; et quo vetatur progredi, cogitur multiplicari, quia cum ab immaturo ortu restringitur, ex conceptionis suae tarditate laxatum ad fructum uberius impletur. Quid est ergo quod Dominus prius quidem patrem se pluviae insinuat, postmodum vero de suo egredi utero glaciem narrat, seque gelu gignere de coelo pronuntiat, nisi quod miro modo nostri pectoris terram ad suscipienda verbi semina, et prius per occultae gratiae pluviam infundit, et postmodum, ne in conceptis virtutibus immoderatius profluat, disciplina intimae dispensationis premit, ut quam acceptae gratiae pluvia irrigat, etiam disciplinae rigor astringat, ne si aut antequam debet, aut plusquam necesse est conceptas virtutes proferat, fruges in herbam vertat?

61. Perdida la virtud, a menudo se retiene la imagen de la virtud. Pero porque cuando se pierde la virtud del temor de Dios que se había iniciado, se retiene la imagen de la virtud por causa de las alabanzas humanas, rectamente todavía se añade: *En similitud de la piedra se endurecen las aguas, y la superficie del abismo se constriñe.* Pues las aguas se endurecen por el hielo en la superficie, pero permanecen fluidas en lo íntimo. ¿Y qué entendemos por las aguas sino los corazones fluidos de los réprobos? Los cuales, cuando por propósito abandonan la virtud, se muestran fuertes en las buenas obras por la hipocresía; y mientras en sus entrañas fluyen hacia los vicios, y por fuera se fingen imitadores de los santos y de los fuertes, *en similitud de la piedra se endurecen las aguas, y la superficie del abismo se constriñe,* porque por la sobrepuesta apariencia de santidad se encubre a los hombres su fluida e inestable conciencia. Pues cuando para sí mismos son torpes por dentro, ante los ojos ajenos, sin embargo, se visten con una cierta vetustez de vida.

62. Dios presiona sabiamente los frutos prematuros de la virtud.---Pero para que nadie quiera que estas palabras del Señor se entiendan en buena parte, debemos también así argüir a los que lo buscan, con tal de que de ningún modo se nos juzgue haber descuidado lo que debía ser escudriñado. Pues en el verso superior se dice: *¿Quién es el padre de la lluvia o quién engendró las gotas del rocío?* Y enseguida se añade: *¿De qué útero salió el hielo? ¿Y la escarcha del cielo, quién la engendró?* Si, pues, a los dichos precedentes se une la sentencia siguiente con un sentido no dispar, ciertamente también se nos abre su entendimiento en buena parte sin obstáculo de dificultad. [Vet. XXV]. Pues la tierra, cuando es regada, liga con más feracidad las semillas arrojadas en ella. Pero, de nuevo, si la lluvia la irriga demasiado inmoderadamente, muda en el tallo la gordura del trigo y la virtud. Pero si la semilla arrojada es presionada por la escarcha después de la lluvia, por la cual es repelida de aparecer fuera más pronto, tanto más fecundamente se enraíza por dentro; y por donde se le prohíbe progresar, se le obliga a multiplicarse, porque cuando se la restringe de un nacimiento inmaduro, se llena más copiosamente para el fruto por la tardanza de su concepción. ¿Qué es, pues, que el Señor primero se insinúe como padre de la lluvia, y después narre que de su útero sale el hielo, y pronuncie que él engendra la escarcha del cielo, sino que de modo admirable primero riega la tierra de nuestro pecho para recibir las semillas de la palabra por la lluvia de la gracia oculta, y después, para que no fluya inmoderadamente en las virtudes concebidas, la presiona con la disciplina de la íntima dispensación, para que a la que irriga la lluvia de la gracia recibida, también la estreche el rigor de la disciplina, no sea que si produce las virtudes concebidas antes de lo que debe o más de lo necesario, convierta los frutos en hierba?

Plerumque enim ab inchoantibus opus bonum dum priusquam oportet ostenditur, a grano perfectionis inanitur, et plerumpue virtutes dum plus quam necesse est exuberant exhalant. Unde et electorum suorum Dominus vel ante tempus desideria renuit, vel rursum in tempore ultra mensuram profectus premit, ne si aut antequam debent, aut plus quam debent, proficiant, per profectus sui magnitudinem in elationis defectum cadant. Nam cum cor post peccata compungitur, terra quae aruerat infusione pluviae rigatur; et cum relictis iniquitatibus bona exsequi opera proponit, quasi post infusionem semen accipit. Et plerique cum desideria sancta concipiunt, in summis jam exerceri virtutibus inardescunt ut non solum culpa operationem non inquinet, sed nec cogitationem pulset. Et adhuc quidem in corpore positi sunt, sed nil jam perpeti de communione praesentis vitae volunt; imitari per intentionem internam mentis stabilitatem appetunt, sed intervenientibus tentationibus reverberantur, ut videlicet infirmitatis suae meminerint, et elati de virtutibus quas accipiunt non sint. Quod dum mira disciplinae repressione agitur, quid aliud quam super infusam terram gelu de coelo generatur? Quid aliud quam de Dei utero glacies producitur, quando de interno secreto dispensatio egreditur, et voluntates nostrae etiam in bonis desideriis frenantur?

63. Quod exemplo S. Pauli confirmatur.---Videamus, Paulus, infusa videlicet terra, quanta disciplinae glacie prematur, dum ait: Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio (Rom. VII, 18). Qui enim velle habere se asserit, jam per infusionem gratiae, quae in se lateant semina ostendit. Sed dum perficere bonum non invenit, profecto indicat quanta illum dispensationis supernae glacies premat. An ista glacies eorum corda non presserat, quibus dicebat, Ut non quaecunque vultis, illa faciatis (Gal. V, 17)? Ac si aperte diceret: Occulta cordis vestri semina jam prodire in frugem quaerunt, sed superni moderaminis gelu premuntur, ut tanto post fecundius exeant, quanto divini judicii prementia pondera patientius portant.

Pues a menudo, en los que inician una buena obra, mientras se muestra antes de lo conveniente, se vacía del grano de la perfección, y a menudo las virtudes, mientras exuberan más de lo necesario, se exhalan. De donde también el Señor, o bien rechaza antes de tiempo los deseos de sus elegidos, o bien, de nuevo, en el tiempo, presiona su progreso más allá de la medida, no sea que si progresan antes de lo que deben o más de lo que deben, caigan por la magnitud de su progreso en el defecto de la elación. Pues cuando el corazón se compunge después de los pecados, la tierra que se había secado se riega con la infusión de la lluvia; y cuando, abandonadas las iniquidades, se propone ejecutar obras buenas, recibe la semilla como después de la infusión. Y muchos, cuando conciben deseos santos, se enardecen por ejercitarse ya en las sumas virtudes, de modo que no sólo la culpa no manche la operación, sino que ni siquiera pulse el pensamiento. Y todavía están situados en el cuerpo, pero ya nada quieren padecer de la comunión de la vida presente; apetecen imitar por la intención interna la estabilidad de la mente, pero son rechazados por las tentaciones que intervienen, para que evidentemente se acuerden de su propia enfermedad y no se ensalcen por las virtudes que reciben. Lo cual, mientras se hace por una admirable represión de la disciplina, ¿qué otra cosa se genera sino escarcha del cielo sobre la tierra infundida? ¿Qué otra cosa se produce sino hielo del útero de Dios, cuando del secreto interno sale la dispensación y nuestras voluntades son frenadas incluso en los buenos deseos?

63. Lo cual se confirma con el ejemplo de S. Pablo.---Veamos a Pablo, evidentemente la tierra infundida, cuánta es la helada de la disciplina que lo presiona cuando dice: *El querer me es dado, pero el realizar el bien no lo encuentro* (Rom. 7, 18). Pues el que afirma tener el querer, ya muestra por la infusión de la gracia qué semillas laten en él. Pero mientras no encuentra cómo realizar el bien, ciertamente indica cuánta es la helada de la dispensación suprema que lo presiona. ¿Acaso no había presionado esta helada los corazones de aquellos a quienes decía: *De modo que no hagáis las cosas que queréis* (Gál. 5, 17)? Como si dijera abiertamente: Las semillas ocultas de vuestro corazón ya buscan salir al fruto, pero son presionadas por la escarcha del moderamiento supremo, para que después salgan tanto más fecundamente cuanto más pacientemente llevan los pesos opresores del juicio divino.

[Vet. XXVI.] 64. Inde graves emergunt tentationes, quae bene vivendi consuetudine superantur.---Et quia plerumque humana corda quoniam erumpere ad virtutes quas appetunt non valent, eo ipso quo ab intentionis suae perfectione resiliunt, tentationum stimulis fatigantur, sed tamen easdem tentationes cogitationum comprimunt, seque per exercitationis usum in quodam vivendi rigore componunt, bene subditur: In similitudinem lapidis aquae durantur. Quia etsi fluxae cogitationes interius lacessunt, nequaquam tamen usque ad consensum pravi operis trahunt. Sed mens sub inolita bene vivendi consuetudine quasi sub quadam duritia exterius abscondit quidquid intus ex tentationis pulsatione mollescit. Unde et bene subjungitur: Et superficies abyssi constringitur. Quia prava cogitatio et si usque ad suggestionem venit, usque ad consensum non prosilit, quia fluctuantes motus animi superductus rigor sanctae deliberationis premit.

65. Adversitas valentiores efficit sanctos.---Potest etiam in gelu vel glacie praesentis vitae adversitas designari, quae dum asperitate sua sanctos comprimit, valentiores reddit. Dum enim nos omnipotens Deus molestiis exerceri permittit, atque ad melioris vitae statum interveniente tristitia provehit, miro consilio super futuram frugem gelu et glaciem gignit, ut electus quisque in hac vita, tanquam in hieme, adversa ventorum et frigorum toleret, et velut in aestiva serenitate postmodum fructus quos hic conceperit demostret. Unde et sponsi voce unicuique animae post hujus mundi turbines ad illa aeternitatis amoena properanti dicitur: Surge, propera, amica mea, formosa mea, et veni; jam enim hiems transiit, imber abiit et recessit (Cant. II, 10). Et quia si sola nobis adsunt prospera solvimur, ad virtutes vero melius per adversa solidamur, recte subjungitur: [Vet. XXVII.] In similitudinem lapidis aquae durantur. Mentes enim quae per prospera molliter fluxerant constrictae adversitatibus durescunt; et ad similitudinem lapidis aqua perducitur, quando infirmus quisque per acceptam desuper tolerantiam passiones sui Redemptionis imitatur. In similitudinem quippe lapidis aqua duruerat, cum ille prius impatiens persecutor postmodum Paulus dicebat: Impleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea (Coloss. I, 24).

[Vet. XXVI.] 64. De ahí emergen graves tentaciones, que se superan por la costumbre de vivir bien.---Y porque muy a menudo los corazones humanos, ya que no pueden irrumpir hacia las virtudes que desean, por eso mismo por lo que retroceden de la perfección de su intención, se fatigan con los estímulos de las tentaciones, pero sin embargo comprimen esas mismas tentaciones de los pensamientos y se componen mediante el uso del ejercicio en un cierto rigor de vida, bien se añade: *En similitud de la piedra se endurecen las aguas.* Porque aunque los pensamientos fluidos los acosan interiormente, de ningún modo, sin embargo, los arrastran hasta el consentimiento de la obra depravada. Sino que la mente, bajo la inveterada costumbre de vivir bien, esconde exteriormente como bajo una cierta dureza lo que se ablanda por dentro por la pulsación de la tentación. De donde también bien se añade: *Y la superficie del abismo se constriñe.* Porque el pensamiento depravado, aunque llegue hasta la sugerencia, no salta hasta el consentimiento, porque el rigor de la santa deliberación sobrepuesto presiona los fluctuantes movimientos del ánimo.

65. La adversidad hace a los santos más valientes.---También puede designarse en la escarcha o el hielo la adversidad de la vida presente, la cual, mientras comprime a los santos con su aspereza, los vuelve más valientes. Pues mientras Dios omnipotente permite que seamos ejercitados por las molestias y nos promueve al estado de una vida mejor por medio de la tristeza que interviene, por un admirable consejo engendra escarcha y hielo sobre el futuro fruto, para que cada elegido en esta vida, como en el invierno, tolere las adversidades de los vientos y de los fríos, y como en una serenidad estival muestre después los frutos que aquí concibió. De donde también por la voz del Esposo se dice a cada alma que se apresura a aquellas amenidades de la eternidad después de los torbellinos de este mundo: *Levántate, apresúrate, amiga mía, hermosa mía, y ven; pues ya el invierno pasó, la lluvia se fue y se retiró* (Cant. 2, 10-11). Y porque si sólo nos asisten las cosas prósperas nos disolvemos, pero para las virtudes nos consolidamos mejor a través de las adversas, rectamente se añade: [Vet. XXVII.] *En similitud de la piedra se endurecen las aguas.* Pues las mentes que habían fluido blandamente a través de lo próspero, estrechadas por las adversidades, se endurecen; y el agua es conducida a la similitud de la piedra cuando cada uno, aun siendo débil, a través de la tolerancia recibida de lo alto, imita las pasiones de su Redención. Pues en similitud de la piedra se había endurecido el agua cuando aquel antes impaciente perseguidor, después Pablo, decía: *Cumplo lo que falta de las pasiones de Cristo en mi carne* (Coloss. 1, 24).

66. Et ad interna dona custodienda magis sollicitos.---Et quia cum deprimuntur adversis, solertius in terna dona custodiunt, recte additur: Et superficies abyssi constringitur. Solet enim laetitia arcana mentis aperire, atque aperiendo amittere; adversa vero cum nos exterius deprimunt, interius cautiores reddunt. Post gelu itaque vel glaciem superficies abyssi constringitur, quia mens nostra, ad conservanda profunda dona quae acceperit, adversitatibus munitur. Abyssi enim suae superficiem Isaias constrinxerat, cum dicebat: Secretum meum mihi, secretum meum mihi (Isai. XXIV, 16). Abyssi suae superficiem Paulus constrinxerat, qui tot periculis ac adversitatibus insudans, sub praetextu cujusdam de semetipso loquitur, dicens: Audivi arcana verba, quae non licet homini loqui (II Cor. XII, 4). Et rursum: Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me (Ibid., 6). Qui igitur foris adversa tolerans, ne fortasse in laudibus deflueret, arcana sua aperire metuebat, quid aliud quam secretorum suorum abyssum per constrictam superficiem presserat? Sequitur:

Caput XXXI

[Rec. XVI]. VERS. 31.---Nunquid conjungere valebis micantes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?

67. Quid Pleiades et Arcturus. Dei omnipotentiam pensates, infirmitatis nostrae admonemur.---Pleiades stellae ἀπὸ τοῦ πλέιστου, id est a pluralitate vocatae sunt. Ita autem vicinae sibi et divisae sunt conditae, ut et simul sint, et tamen conjungi nequaquam possint, quatenus vicinitate quidem conjunctae sint, sed tactu disjunctae. Arcturus vero ita nocturna tempora illustrat, ut in coeli axe positus per diversa se vertat, nec tamen occidat. Neque enim extra se currens volvitur, sed in loco situs, in cunctis mundi partibus nequaquam casurus inclinatur. Quid ergo est quod homo ex terra factus, atque in terra positus (Genes. II, 7), de coelesti administratione discutitur, quia Pleiades conjungere non valet, quas vicinas sibimetipsis conditas et pene conjunctas videt, quia Arcturi gyrum dissipare non potest, quem tamen cernere ipsa sua vertigine pene dissipatum potest? An ut in istis ministeriis auctoris potentiam pensans, infirmitatis suae meminerit, et eum quem adhuc in majestate sua videre non poterat quam sit inaestimabilis in ipsa ministeriorum coelestium gubernatione perpendat?

66. Y más solícitos para custodiar los dones internos.---Y porque cuando son deprimidos por lo adverso custodian con más solercia los dones internos, rectamente se añade: *Y la superficie del abismo se constriñe.* Pues la alegría suele abrir los secretos de la mente, y al abrirlos los pierde; pero lo adverso, cuando nos deprime exteriormente, nos vuelve más cautos interiormente. Después del hielo o de la helada, pues, la superficie del abismo se constriñe, porque nuestra mente se fortifica con las adversidades para conservar los profundos dones que recibió. Isaías había constreñido la superficie de su abismo cuando decía: *Mi secreto para mí, mi secreto para mí* (Isai. 24, 16). Pablo había constreñido la superficie de su abismo, el cual sudando entre tantos peligros y adversidades habla de sí mismo bajo un cierto pretexto, diciendo: *Oí palabras arcanas, que no es lícito al hombre hablar* (2 Cor. 12, 4). Y de nuevo: *Pero callo, no sea que alguien me estime por encima de lo que ve en mí, u oiga algo de mí* (Ibíd., 6). El que, pues, tolerando exteriormente lo adverso, no fuera que tal vez fluyera en alabanzas, temía abrir sus secretos, ¿qué otra cosa había hecho sino presionar el abismo de sus secretos por medio de la superficie constreñida? Sigue:

Caput XXXI

[Rec. XVI]. VERS. 31.---¿Acaso podrás unir las brillantes estrellas Pléyades, o podrás disipar el giro de Arturo?

67. Qué son las Pléyades y Arturo. Pensando en la omnipotencia de Dios, se nos amonesta de nuestra enfermedad.---Las estrellas Pléyades se llaman *apo tou pleistou*, esto es, por la pluralidad. Pero están creadas de tal modo vecinas entre sí y divididas, que están juntas y sin embargo de ningún modo pueden unirse, de suerte que por la vecindad están unidas, pero por el tacto disjuntas. Arturo, en cambio, de tal modo ilustra los tiempos nocturnos que, situado en el eje del cielo, gira por diversas partes y sin embargo no se oculta. Pues no se vuelve corriendo fuera de sí, sino que situado en su lugar, de ningún modo se inclina a caer en ninguna parte del mundo. ¿Qué es, pues, que el hombre hecho de la tierra y situado en la tierra (Gén. 2, 7), sea cuestionado sobre la administración celestial, porque no puede unir las Pléyades, que ve creadas vecinas entre sí y casi unidas, porque no puede disipar el giro de Arturo, al cual sin embargo puede ver casi disipado por su propia vertigine? ¿Acaso para que en estos ministerios, pensando en la potencia del Autor, se acuerde de su enfermedad, y pondere cuán inaestimable es él en esa misma gobernación de los ministerios celestiales, a quien todavía no podía ver en su majestad?

SENSUS MYSTICUS.---Pleiadum nomine sancti designantur.---68. Sed cur ista loquimur, qui stimulo rationis urgemur, ut haec verba mysticis sensibus gravida cognoscamus? [Vet. XXVIII.] Quid enim micantes Pleiades, quae et septem sunt, aliud quam sanctos omnes denuntiant, qui inter praesentis vitae tenebras septiformis Spiritus gratiae nos lumine illustrant, qui ab ipsa mundi origine usque ad ejus terminum diversis temporibus ad prophetandum missi, et juxta aliquid sibi conjuncti sunt, et juxta aliquid disjuncti? Stellae enim Pleiades, sicut supra dictum est, vicinitate sibi conjunctae sunt, et tactu disjunctae. Simul quidem sitae sunt, et tamen lucis suae viritim radios fundunt. Ita omnes sancti aliis atque aliis ad praedicandum temporibus apparentes, et disjuncti sunt per visionem suae imaginis, et conjuncti per intentionem mentis. Simul micant, quia unum praedicant; sed non semetipsos tangunt, quia in divisis temporibus partiuntur.

69. Omnes, etiam qui Christum praecesserunt, eum praedicant, et Trinitatis mysterium.---Quam diversis temporibus Abel, Isaias, et Joannes apparuerunt! Divisi quidem fuerunt tempore, sed non praedicatione. Nam Abel Redemptoris nostri passionem significans, agnum in sacrificio obtulit (Genes. IV, 4), de cujus passione Isaias ait: Sicut agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum (Isai, LIII, 7). De quo Joannes quoque ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. I, 29). Ecce divisis quidem temporibus missi, et tamen concorditer de Redemptoris nostri innocentia sentientes, eumdem agnum Joannes ostendendo, Isaias praevidendo, Abel offerendo locutus est; et quem Joannes in ostensione, quem Isaias in locutione, hunc Abel significando in manibus tenuit.

